BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
152
F
52
NAPOLI


103
p
94

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM
INEDITORVM ADHVC.
TOMO IV.

VERE AVSTRIACO, HABENTVR

I. IVS GERMANICVM AVSTRIACI DVCATVS *anni* 1190.

II. CODEX ZVVETTALENSIS, *diplomatibus* Caeſarum, Auſtriae *ducum*, pontificum, *ac* dynaſtarum *inſtructus ab an.* 1140. *ad an.* 1328.

III. CODICILLVS GARSTENSIS *an.* 1082.

IV. DIPLOMATA TABVLARII ADMONTENSIS, *Auſtriae coenobii ab an.* 1124.

V. DIPLOMATARIVM MISCELLVM *ab an.* 1140 *ad an.* 1400. *refertum* inveſtiturae, foederum pactorum, inaugurationum, edictorum *codicillis*; *Caeſarum*, *pontificum*, *ducum ac dynaſtarum*.

VI. CHRONICON MERSEBVRGENSE *ab an.* 968 *ad annum* 1500. eiusdemque APPENDIX *ad an.* 1732. additis IMAGINIBVS epiſcoporum.

Cum PRAEFATIONE, *ubi inſignia haec monumenta recenſentur ſigillatim et, cuius commatis ac utilitatis, in hiſtoria ciuili et ſacra ſtudioque iuris publici, feudalis, priuati, prouincialis et eccleſiaſtici illa ſint, eruitur* [illegible] *explicatur.*

IO. PETRI a LVDEWIG, Icti
FRIDERICIANAE CANCELLARII.



PRAEFATIO
DATA AD
RELIQVIAS MANVSCRIPTORVM ATQVE DIPLOMATVM
OMNIS AEVI,
TOMI IV.
CVM RECENSIONE EIVS SINGVLARIVM ARGVMENTORVM.

Cauſae iuſtitii cIↃIↃCCXX Decembr

IN eo eram, ut *quartum* hunc *tomum* finirem, quo ille proſtaret in *nundinis Lipſienſibus*, anni 1721. quae haberi ſolent ſub auſpicium noui cuiusque anni. Verum urgent me cauſae academicae, ad iter ſuſcipiendum et tranſigendum has ferias in curia regali. Non eſt, quod uel me pœniteat conſilii uel alios, qui bene cupiunt liberioribus muſis in Fridericiana. Cum enim apud primarios ſanctioris curiae regalis administros litterariae reipublicae, quam Halae colimus, rati-

 ones

ones inirem; oſtenderem, quae eam promouere et prouehere iterumque quae adfligere et delere poſſent; praeſertim, quod idem omnibus diſciplinis ſeruandus eſſet honor et magna ingenia magni eſſent facienda, in quocunque demum doctrinae genere ac ordine uires animi defigerent: factum eſt, indulgentia POTENTISSIMI REGIS ſingulari, ut primus, poſt fata illuſtris SECKENDORFII, nominarer ACADEMIAE CANCELLARIVS. Inde cum codicillo regali, *IVto iduum Ianuarii* an. CIↃ IↃCC XXII. honeſtisſimis uerbis ac formulis concepto, iterum dimiſſus. Morae igitur huius ueniam rogo praeſertim ab illis, quibus ego ſpem libelli feceram celeriorem.

Largitor rerum in tom. IV. illuſtrisſimus.

§. 2. Omnis enim adparatus, quo *totum IVtum* inſtructisſimum habes, non meae ſupellectili; ſed magno Mecaenati ac PVRPVRATO SENATORI debetur imperatoris inuictisſimi. Sunt ideo, ſi ultimum chronicon exceperis, omnia *Auſtriaca*, deprompta et erogata ex publicis coenobiorum tabulariis et auguſtali ἀρχείῳ. Ideo non mihi gratiae habendae, ſed patrono, COMITI S. R. I. et in maximis cauſis praeſidio ſingulari. Tu ILLVSTRISSIMVM NOMEN me-

mecum uenerare ſilentio, a quo eum uindicabit locus alius; cum hic obtemperandum ſit illius iuſſui, quo nobis impoſuit accepti beneficii reticentiam.

I. CODEX IVRIS AVSTRIACI 1190.

RECENSIO LIBRORVM ſigillatim I. CODICILLI LEGVM AVSTRIAE CIↃ CXC.

§. 3. Igitur ad rem ipſam et rerum in *tomo IV.* exhibitarum recenſionem ſingularem. Principio ſe offert, IVS PROVINCIALE AVSTRIACVM ANNI *1190.* Hanc illi aetatem fere adſerit codex uetuſtisſimus in bibliotheca VIENNENSI, quod me docuit eius largitor illuſtrisſimus. LEOPOLDVM auctorem habet, *Auſtriae ducem.* Cum uero in *Babenbergenſi* proſapia *ſeptem* numerentur *Leopoldi*: cui demum noſter dandus ſit, illud definiendum. Principio extra dubitationem, quod *quinque* priores huc non pertineant. Illi enim *auſtriae* tantummodo *marchiones* fuere: non *duces*, quo tamen nomine adpellatur noſter legislator in *proœmio*, *das ſindt die recht, nach gewohnheit des landts bey* HERTZOG LEOPOLDTEN *von* OESTERREICH. Sed *Auſtriae* MARCHIONATVS anno demum CIↃ CLVI. uerſus eſt in DVCATVM et Boico territorio, cui paruerat, ſubtractus. *Leopoldus quintus* autem ante iam mortuus fuerat

rat CIↃ CXLI. *marchio auſtriae* adpellatus. *Leopoldus VI.* anno CIↃCLXXVI. ſuccesſit *auſtriae* DVX, anno CIↃ CXCV. *die* XI. *Kal. Ian.* mortuus. Quem frater eius *Leopoldus VII.* anno CIↃ CXCIX. (primogenito filio Leopoldi ſexti demortuo) ſequitur in Auſtriae ducatu, cui ultra XXX annos praefuit obiitque anno CIↃ CCXXX. Quicquid uero ſit, ſiue *ſexto* ſiue *ſeptimo* leges has tribuamus, cum iſto aeuo principum nomina numerata non ſint neque illi a numeris cognominati, uti imperatores (*): pretio earundem et uetuſtati nihil decedit, cum *utriusque Leopoldi* huius eadem fere aetas, uirtus et auctoritas ad dandum Auſtriae ordinibus iura. Plura uero ex illis intelliguntur. *Principio uniuerſim*, in tanto uetuſtiorum *patriae legum* deſiderio, libellus noſter omnino maximi faciendus, cum, praeter *Saxonicum* et *Sueuicum* nugarum plenos *ſpeculatores*, uix ſint, quae ex illo aeuo uiderint lucem. Et, ſi aliarum prouinciarum leges eius temporis et pretii in tabulariis lateant: utinam carceres demum illae morderent, quo nobis luculen-

(*) Licet *p. 141.* habeatur exemplum, quod alii ita diſtinxerint liberos aut agnatos *aequiuocos*, uti dicti, ideſt, nominis eiusdem.

lentius conſtet, quibus moribus et inſtitutis uixerint tum ciues reipublicae Germanicae atque in quibus cauſis opus ſit Latium uocare in ſubſidium. *Deinde* ſigillatim plura in noſtris offenduntur, unde patrio iuri cum *publico*, tum *priuato* lumen. Praeſertim etiam inde a §. XXI. plures conſuetudines *feudorum* Auſtriae, unde ordinum prouinciae et *libertas* patet ſingularis et officia et nexus. Certe §. XXXV. clare dicitur: *cogere poſſe principem Auſtriae uaſallos ad militiam, neceſſariam et utilem prouinciae. Qui eam ſequi nequeat, eum altera redituum ex feudo parte teneri.* Vnde, puto, intelligi, copias militares non ex domanio aut patrimonio principis alendas; ſed uiribus ac impenſis nobilium incolarum et poſſeſſorum fundorum clientelarium. Neque obeſſe huic officio ordinum libertatem, in Auſtriae maximopere decantatam. In qua feuda et oblata ſunt et eorundem poſſeſſores in regiminis quadam cum ipſo principe ſocietate. Adeo, ut § X. *domini* audiant in prouincia, *Herren in dem lande.* Qua de re plenius ſuo loco. Quid? quod §. LV. non alia cauſa laudatur immunitatis *nobilium* a uectigalibus, quam

 haec,

haec, quod illi ad *militaria ſeruitia* adſtringantur, quorum loco, tributa praeſtent et telonia reliqui ſubditi et incolae ignobles. Noſtri inſtituti non eſt, ſcribere iuris huius commentarium. Potiora certe in margine notauimus, quae ſtudium lectoris, rerum non ignari ad plura alia poſſunt excitare. Tandem licet *technica iuris uerba* in codicillo noſtro ſatis uetuſta ſint: neſcio tamen, annon amanuenſis aliquid in ſcriptura et litterarum elementis mutauerit in gratiam recentioris aeui. Vt indoles ſermonis intellectu eſſet facilior, relicto loquendi et ſcribendi more uetuſtiori, horridulo illo et prorſus inculto. Illud praeterea omittendum non eſt; *meridionales* Germanos, cultioris Latii uicinos, uetuſtiſſimo etiam tempore *molliora* idiomata habuiſſe, quam Saxones ſeptemtrionales.

II. DIPLOMATARIVM ZWETLENSE.

II. DIPLOMATARIVM ZWETTLENSE ab 1130, ad 1338.

§. 4. Diplomatarivm zwettlense abſoluit *librum* tomi noſtri *ſecundum*. Coenobium *Zwetlenſe*, *Zwettlenſe*, *Zwethalenſe*, diuerſimode enim ſcriptum uerbum reperitur, quaſi inter *biiugos montes duae ualles*, quem locum forte cum Latii templo bidental contuleris.

ris,ſi quidem ſacra licet paganis miſcere. In Auſtria inferiori ſitum eſt,cuius origines *p. 24.* expoſitae. Ex ipſo *codicillo* noſtro eiusdem largitores, patroni, hoſtes, hiſtoria et fata, plena fide, poſſunt hauriri. Cuius tamen intereſt, ea legere in annalibus, opera prolixiori, illi chronica ZWETLENSIA patent, edita, cura ſingulari, ab *Hieronymo* PEZIO *in Auſtriacis;* cuius fratri, *Bernardo* PEZIO, anecdotorum plura uolumina debemus: ut clariſſimum PEZIORVM nomen noſtro aeuo memoriam refricet fratrum Samarthanorum, qui ſua induſtria Galliam illuſtrarunt, luminibus nullo tempore perituris. Habet coenobium *Zwetlenſe* abbatem *purpuratum,* cuius beneuolentiae dandum, quicquid hic monumentorum adparet. Sunt uero plurima eorundem interciſa et abrupta, inſtar fragmentorum. Quod quidem dolendum: ſed tamen. uenia ſimul danda eſt piorum locorum antiſtitibus, ne, editione documentorum cauſarumque, arment alios in ſe ad faciendum lites et excitandum crabrones ex cauernis. Licet, meo iudicio, ille metus plerumque uanus. Nam adeo cauti ac prouidi fuerunt omni tempore antiſtites ſacri; ut litteris adnotarent

adſeruarentque illas diligenter, ſui magis et coenobii cauſa; quam amore poſteritatis. Quapropter ex eiusmodi membranis maior iurium cœnobii ſpes; quam metus iniuriarum ab aliis. Quicquid ſit, antiſtes purpuratus nulla ratione permoueri potuit, ut omnia daret nobis integra et plena; ſed liberalis eſſe maluit fruſtatim. Nihilominus gratiae eidem ſoluendae: cum praeſtet aliqua habere, quam nihil. Neque enim alii ulli, nec ipſis quidem myſtis aut bigae fratrum PEZIIS, omni alias largitione dignis, aditus patebit ad huius ſacrarii edendum folia Sibyllina.

SINGVLARIA Zwetlenſis Diplomatarii. 1) G. quare ignara TESTAMENTORVM?

§. 5. Quid uero ex his fragmentis ad literariam rempublicam? Eſt hoc, quod nunc oſtendemus. Patet certe hic campus ampliſſimus. Saepius idque primus ſcripſi adſeruique: *Germanico iure in bonorum diſpoſitione nihil efficere potuiſſe ultimam uoluntatem; ſed, quamdiu fuerint propinqui eiusdem nominis ac ſtirpis, bona his fuiſſe relinquenda ex legis neceſſitate.* Quod magis eſt, *ne quidem in bonis* AVITIS, allodiis *ſcilicet, aliquid alienari potuiſſe, ſine propinquorum conſenſu.* Egregiis hoc teſtimoniis confirmant diplomata Zwetlenſia. Nam teſtantur haec: in talibus contractibus

Quia propinquitantum heredes idque ex *legis* neceſſitate.

con-

conſenſum adhibitum LIBERORVM atque PROPINQVORVM p. 31. 36. 43. 53. 119. 123. 12E. 169. extantium quidem, nam futurorum nullam habitam rationem p. 86. HEREDVM p. 52. etiam in teſtamentis p. 99. 100. SORORVM p. 68. 74. Vnde certisſima ratio conſtat, quare in Germania locus non fuerit teſtamentis? Scilicet non, quod ſolennia Romanorum neſciuerint Germani; ſed potius ideo, quia ius hereditarium propinquis non licuit auferre. Inde neque alienationibus aut donationibus locus fuit. *Ganerbiatus* uero et ſucceſſoria pacta tum demum ualuere: ſi omnes agnati fuerant extincti. Poterant tamen huic iuri ſuo nuntium mittere propinqui, quod faciliùs factum eſt in fauorem ſacrorum collegiorum et piarum cauſarum. Licet autem, ob LL. R. ſolennem receptum haec *gentilitia iura*, ſi non penitus ſublata, certe multum deminuta ſint: remanent tamen eius reliquiae in *retractu gentilitio;* in ſtatutis equeſtribus Stadenſium, dem *Bremiſchen Ritterrecht;* in ualetudinis faciendo periculo et edendo ſpecimine ab alienatore *dem uorrit*, quod in Luſatia hodieque obtinet atque olim per omnem Saxoniam fuerat in uſu; in *gentilitiis fidei*

Inde in contractibus et teſtamentis ſemper opus conſenſu 1) *liberorum* 2) *propinquorum.* Neque *confraternitati* locus, niſi omnibus *propinquis* demortuis.

Reliquiae priſtini iuris uariae.

fideicommiſsis, den ſtammgutern, quo nexu bona immobilia ipſo iuro adficiuntur, non facto teſtatoris, uti in LL. Romanis. Vtadeo nobilium feuda, per Franconiam uniuerſam, non aliter aeſtimari posſint, quam iure feudi antiqui, cum proprinquo cuiuis debeatur ſuccesſio patria lege, quam nequeunt expungere aliena decreta Longobardorum. Sed plenius de hac re in *tom I. miſcell. lib. I. opuſc. 8. de obligatione ſucceſſoris in feudum* atque clarius in *differentiis iuris R.* et *G. in donatione et, barbari adnexus, acceptatione*, quod ultimum commendare omnino poſſumus patrio iureconſulto ob rerum in eo ſingularium copiam inſignem.

2) ORDINVM prouincialium proditae CLASSES. §. 6. Deinde cum in CIVIVM Germaniae diſtinguendis CLASSIBVS multae tenebrae et *ſpeculatoris Saxonici* naeniae et gerrae ſint plus quam Siculae, praeſertim in illis nominum offuciis *der hohen* et *mittelfreyen*: Zwetlenſis codex nos reddit ea in re certiores, idque doctrina, admodum luculenta et firmisſima fide diplomatum. Scilicet, poſt DOMINVM TERRITORII alicuius, fuerant ORDINES PROVINCIALES, qui egerant cum ſuo principe in regiminis ſocietate.

a) praelatorum. Claſſes eorundem fuerant hae: I PRAELATO-

LATORVM ſiue ſacrorum antiſtitum; epiſcoporum, nam hi quoque in numero *landſasſiorum*, usque dum conſtaret de eorundem *exemtione*; abbatum; praepoſitorum; ſacrorum collegiorum generis multiplicis II. MINISTERIALIVM prouinciae, *dienſtherrn*, quibus non a principe, ſed a republica publici muneris ſparta commiſſa, praeſertim inſtruenda in prouincialibus comitiis. Nam in illis MARESCHALCI cura fuerat, ut ordinaret omnia, indiceret diem, conuocaret et dimitteret, requireret colligeretque ſuffragia, adſignaret hoſpitia, animaduerteret in facineroſos, aeſtimaret annonam, cetera. PINCERNAE, ut potulentis praeeſſet: DAPIFERI, ut eſculentis. CAMERARII, ut legatis et aliisque ad principem aditum pararet iterumque eosdem dimitteret, reſponſa daret referretque. PALATINI et cancellarii, ut iura diceret, reſponderet decideretque cauſas controuerſas. VENATORIS, ut reſpiceret rem ſylueſtrem, foreſta, uenationes, aucupia, canes, iumenta, greges, uias, flumina. Quod cum ita ſit, quilibet facile intelligit, ab his MINISTERIALIBVS omnem reipublicae curam pependiſſe, non a nutu principis ſolius. Hinc nominibus adpellati DER DIENSTHERREN, qui aliis rerum adminiſtris leges darent idque per

b) miniſterialium, *Dienſtherren.*

c) nobilium dominorum *landherrn.*

per prouinciam uniuerſam III. NOBILIVM DOMINORVM aut dynaſtarum, qui ideo audiuerunt LANDHERREN, et *Herrnherrn*, quod et ipſi in ſuis praediis poſſiderent *regalia* uectigalium, iurisdictionis, conductus, belli priuati, ſubterraneorum rerumque aliarum. Hinc alios iterum nobiles illi habuerunt ſub ſuo dominatu, miniſterio, ſeruitio militari. Ceterum perinde fuerat his ſiue *comites* audirent ſiue *barones* ſiuae *nobiles* uiri aut domini. Cum horum omnium in ſuis fundis aequalis ipſique potentatui aemula poteſtas. IV. MEDIOCRIVM NOBILIVM, qui pependerunt uel ab ipſo principe, cuius egerant adminiſtros et ideo audiuerant eius miniſteriales, *Dienſtmannen*, milites, clientes, uel etiam a nobilibus dominis aut prouinciae miniſterialibus aut praelatis. Neque enim *miniſteriales* prouinciae confundendi cum miniſterialibus principis aut prouincialium. Primi fuerant in ordine dominorum, *dienſtherren*: ultimi in claſſe famulorum *dienſtmannen*, *milites*, *clientes*, *Knapen*, cetera. Quapropter ſi, forte ob rerum egeſtatem, ex maiori nobilitate ſe aliquis, ſubiecit locauitque operas ſuas ſiue principi ſiue maioris ordinis nobilium

d) mediocrium nobilium i. e. *militum*, *Knappen*, *miniſterialium*, *clientum.*

lium alicui: ille deminuit et tantum non deleuit dignitatem ſuam maioris ordinis. Adeo, ut exempla penes me ſint, quare horum miniſterialium liberi priſtinam dignitatem poſtea in meliori fortuna recuperauerint, nonniſi imperialibus codicillis. V. CIVIVM, qui ex urbibus pariter uocati, ut prouincialibus conuentibus intereſſent. Atque haec ſunt, quae inſigni iterum lumine illuſtrat codex Zwetlenſis p. 53. 54. 56. 73. 77. 102. 106. 110. 111. 114. 118. 121. 127. 141. 148. Quorſum etiam referri debet largitoris noſtri, polyhiſtoris purpurati animaduerſio, quam exhibuimus et laudauimus p. 190. 191. in ipſo uolumine. e) ciuium.

§. 7. Praeterea in iuribus et ſacris inſtitutis plurima argumenta lucem accipiunt ex Zwetlenſi codicillo. Donationes coenobio hac lege factae: *ut animae donatoris omnia bona opera proſint coenobitarum; ut annua conditoris celebretur memoria* die hac cauſa feriato; *quibus feriis neglectis, coenobium excidat re donata; imo annuatium paretur conuiuium pauperibus et ſacris collegis; diſtribuanturque numi et eſculenta* aliaque fiant *p. 89. 92.* 101. 122. 130. deſcripta. 3) lumina uarii generis IVRIVM ſacrorum. *Memorienrecht. Seelengeraeth.*

§. 8. Erat quoque uetuſtioris in Germania Onus coenobiorum

canes alendi *uenaticos.* mania inſtituti: ut coenobia principis aut conditoris *alerent canes uenaticos;* etiam *educerent* illos; agerentque inter uenandum. Forte, quod ita redimerent coenobia angarias generis alius contenderentque ceteroquin ad immunitatem. Quo officii genere liberatur Zwetlenſe, uti monumenta oſtendunt p. 90. 91. Taceo alia de matrimonio *fratris* ex ordine Teutonico p. 73. pactis de *non alienando* p. 45. ſacris *aduocatiis; indulgentiis;* legatis ad *pias* cauſas; *immunitatibus* a placitis, a *mautis* ſiue *vectigalibus*, et quae iura ſunt generis eiusdem.

4) ſingularium in HISTORICIS a) genealogiae familiarum. §. 9. Eorum tandem, qui ad ſingularia in hiſtoricis pertinent, ſeges amplisſima. Offenduntur in his monumentis *familiarum nobilium* et *illuſtrium* multae centuriae: perſonarum uero nobilium, *Auſtriae* praeſertim, numeri millenarii. Vnde confici, ſuppleri et emendari posſunt *genealogiae* et *hiſtoriae*, certis familiis ſingulares. In quibus *Cheunringiorum* et *Wurmbrandiorum* nomina hic tenent principatum. Vnde ſpecimen noſtro aeuo: quanta olim faſtigia fuerint opum, dignitatis, iurium ac poteſtatis nobilibus *landſasſiis.* Vt fruſtra uerbum hodie extimeſcant incuſentque auctores rerum ignari.

§. 10.

§. 10. De Auſtriae ducatu iam an. 1250. dicitur, quod fuerit principatus promiſcuae ſucceſſionis et quod foemina uerus Auſtriae heres p. 50. 51. Inde plura diplomata *Ottocari*, titulis numeri plenioris concepta. *Eliſabethae Koenigin zu Rom* p. 127. 128. 129. Praeſertim uero FRIDERICI IV. *anticaeſaris Ludouici Bauari*, qui an. 1318. non ſolum ſe *imperatorem* ſcripſit; ſed etiam imperialia priuilegia eſt largitus; imo gratiarum ergo id fecit, ob conceſſum a Deo imperiale diadema p. 160. 161. 162. Alia innumera ſilentio praetereo. b) Auſtriae foemineae. c) Friderici IV. anticaeſaris.

III. DIPLOMATARIVM ADMONTENSE.

§. 11. Sequitur faciſculus diplomatum coenobii ADMONTENSIS in uernacula *Admund* et *Agmund* in Styriae ducatu conditum an. 1074. quod notat *Chronicon Salisburgenſe* p. 341. cuius abbas infula decoratus a pontifice an. 1231. teſte eodem *p. 354.* Licet uero numerus diplomatum paruus hic ſit: ex illis tamen ſingularia plura intelliguntur. Nam principio eius cœnobii aduocatia *muneris* inſtar conferenda, non *feudi* inſtar INBENEFICIANDA *p. 171. 172.* Inde formula: *aduocatiam* non in BENEFICIO, ſiue feudo, ſed ex *gratia*, muneris in- III. ADMONTENSIS Diplomatarii NOTABILIA.

ſtar.

ſtar. *p.781.* Chunradus archiepiſcopus Moguntinus ſigillatim *Germaniae* dicitur cancellarius, quo *praeſente*, nihilominus diploma ſubſcripſit *cancellarius aulae* imperialis *p.172.* Formula Styriae ducis manu *potenti p. 173.* et *poteſtatiua p. 175.* Inter ſubſcriptores reperitur ducis frater, loco quidem poſt nobiles dynaſtas *an.1187.p.174.* Neque forte alius locus *apanagiatis*, quibus tum principis nomine non licuit uti. Vtrum *num. V. an. 1360. p. 177.* titulus Rudolfi IV. recte ſe habeat: *dei gratia palatinus,* ARCHIDVX *Auſtriae*, illud quidem non auſim adfirmare. Cum poſtea ſaepius Auſtriae principes etiam ſimplici utantur nomine *ducis.* Occurrit *p.178.* et *292. palatinus comes Carinthiae*, noua acceſſione *palatinorum in prouinciis.* Glorioſae *poenitentiae* ſpecimen et formulam eierantis malos conſiliarios, habes p.179. 180. In contubernio *ſerui* cum alterius *ancilla*, partus non uentrem ſequitur, ſed aeque *diuidendus* inter dominum utriusque p. 180. In eodem diplomate *teſtes* alii iurati, alii *uulgares* ſine iuramento p. 180. Diplomatis unius adiecta uaria *chronologia, incarnatio* domini; *indictio, epacti; archiepiſcopi; epiſcopi* p. 181. Verba Germanica non ubiuis obuia

uia: *curia iumentalis* ein Vorwerk; *hortus domeſticus, heimgarten p. 183.* idem habetur p. 215. Etiam alicubi *Styriae* ducatus praefertur ordine *Auſtriaco* p. 183. 184. Alia plura notabit eorundem lector. Ceterum fœcundior noſtris fragmentis, ea in re, codex DIPLOMATICVS ADMONTENSIS, quem beneuolentiae huius aeui PRAELATI et curae debemus collegae Benedictini, BERNARDI PEZII *tom. III. part. III. p. 657.* nouiſſimorum anecdotorum.

IV. DIPLOMATARIVM GARSTENSE.

IV. GARSTENSIS diplomatarii NOTABILIA.

§. 12. Coenobium *Gerſten, Gerſtenſe, Garſtenſe* anno 1107. inſtitutum fuiſſe in Auſtria ſuperiori, *chronicon* MELLICENSE habet *p. 228.* his uerbis: *ordo monachorum coepit in loco* GARSTEN, *ab Ottocaro marchione Styriae, qui ipſum coenobium fundauit. Canonicos* SECVLARES *primo ibi inſtituens.* Quod poſtea addictum ordini Benedictino. Etiam pauca fragmenta ſunt, quae huic cœnobio debentur; ſed tamen ideo non momenti nullius. Quae *p. 191.* in margine notata, illa habentur in MSCTO, qua cauſa et fide? non definio. Claſſes ſubſcriptorum *p. 192.* diſtinguuntur in 1) *ſeruientes* 2) *milites* ducis 3) *familiares.* Quod *teſtes* olim

b *per*

per aurem attracti; ſpecimina et formulam habes *p. 194. 207. Sit reus delictorum* meorum, formula donatoris aduerſus illos, qui ſe oppoſuerint donationi *p. 197.* Munia *aduocati eccleſiae* recenſentur ſigillatim ordine *p. 199. 202.* unde intelligi poteſt *aduocatorum eccleſiae* tum inſolentia et luxus. Feudum in *perſona* conſtitutum, addictione ſui ipſius in clientelam ſacri collegii, offendis *p. 199. 200.* Dux Auſtriae idem audiit *dux orientis* *p. 200.* et quae ſunt reliqua.

V. Diplomatum STARHENBERGIANORVM notabilia.

V. DIPLOMATA GENTIS STAHRENBERGIANAE.

§. 13. Dedimus hunc faſciculum honori gentis illuſtriſſimae de *Stahrenberg*, *Starckenberg*, *Storckenwerg*, *Starhenberg* ſcriptura enim eſt multiplicium elementorum. Vt fieri ſolet in uetuſtioribus monumentis. Cum enim *tredecim diplomatum* horum peculiaris eſſet *faſciculus*, quem nobis transmiſit ILLVSTRISSIMVS COMES, omnium horum largitor munificus: uolui illum quoque a reliquis diſtinguere adpellatione ſingulari. Certe plerorumque ex hac gente uel auctores uel ſubſcriptores uel largitores: ut nomen omnino tueri queant. Notabilia indicanda curſim ac breuiter. Cœnobii ad S. FLORIANVM et SEKOVIENSIS

ENSIS frequentior memoria, ut inde utriusque hiſtoria queat ſuppleri. *Feudi oblati* exemplum ſatis illuſtre; quod malit poſſeſſor iure *feudi* habere aliquid ab eccleſia; quam iure *proprietatis*, inde *promiſcui ſexus* indulta ſucceſſio, prouide admodum definita et diſtincta caſibus ac formulis *p. 211. 212. 213.* *Tranſumptum* et ex Latina lingua in uernaculam uerſum diploma plurima habet in uerbis ac formulis ſingularia *p. 217. 218.* reſtringitur etiam immunitas a uectigalibus ad res *proprii* uſus *p. 218.* Et *marchſuter p. 222. 228.* idem, quam *azung* in itinere, quo cœnobia obligata ſunt ſuis patronis. Ius, acquirendi *feuda ſine conſenſu* domini, tribuitur *p. 222. 228.* Quod cœnobia abhorrere debeant a iurisdictione et *iudicio ſanguinis*, habetur *p. 225.* Germanici iuris uerba uetuſtiora ſunt *loſung*, *uberſang*, *gramlos*, *haferban*, *uice-aduocatus*, *uicedefenſor* et reliqua, uti extant *p. 226.* Priuilegium aduerſus *praeſcriptiones* cuiuscunque generis *p. 222. 228.* Actioni in *quadruplum* locus *p. 229.* *Sepulturae* gentilitiae *einer erbbegrabnuſs* iura, cauſas et commoda habes *p. 233.* Prouidentia patris aduerſus *diſſenſum filii*, metuendum in alienatione, *p. 236.* Ipſe

princeps ſuos *landſasſios* dicit *landherrn* *p. 238.* Donatio in *ſalutem* et *memoriam* defuncti mariti a uidua Romanorum regina, cuius formula admodum ſingularis *p. 239.* reliqua.

VI. DIPLOMATARII miſcelli SINGVLARIA.

VI. DIPLOMATARIVM MISCELLVM.

§. 14. Tantopere, rerum iuriumque ampliſsima ſegete, fœcundus eſt *liber ſextus*, quo *diplomata* exhibemus miſcellanea, ut omnino credi debeat, nullum eorundem noſtris muſis transmiſiſſe largitorem *illuſtrisſimum*; niſi ob cauſam utilem noſtro inſtituto ſigillatim. Accedit, quod plurima diplomata in ſuperioribus libris fuerint interpolata, ex rationibus ſupra allegatis in *Zwetlenſibus*: in hoc noſtro integra omnia et fidei plenisſimae. Notabimus aliqua, indice digito, ad mouendum

Henrici IV. ordinatio, regnum, imperium.

ſaliuam. Principio Henrici IV. diploma docet, quod concepta uerba nomine *imperatoris pupilli*; deinde quod anni eius numerati ſint in coronatione, uiuo patre facta, ſub uerbo *ordinationis*; ſed patre mortuo, ſub nomine *regni*; porro, quod alienauerit *imperator impubes* octo annos natus in gratiam *pediſſequae*; praeterea alienatio facta in *manſis regalibus*; demum Auſtria tum marchionatus,

natus, Boici ducatus pars; tandem alienatio facta, uoluntate matris genitricis; taceo Henricum ordine *quartum* dici atque ita *aucupem* numerari in ordine regum imperii Germanici *p. 240. 241. 242.* Diploma ſequens nos docet, quod Cunradus, uulgo *tertius* ſe dicat *ſecundum*, deleto ſcilicet ex regum Romanorum ſerie Cunrado, Ludouici infantis ſucceſſore. Exemplum porro ſatis momentoſum *exemptae* de territorio dynaſtiae *p. 243.* Inter ſubſcriptores *Caſtellanus de Nurnberg* adparet et *miles Dei*, primum certe non obeſt iuribus *Noribergenſis principatus*, ſeculo XIII. ſub Rudolfo I. acquiſiti. *Vienna* in *Fauiae* comitatu ſeu pago *p. 245.* Cœnobia ſint *unius* populi ciuium, non diuerſi, unde ſolis *Scotis* coenobium adſignatum *p. 245.* Triplex ordo ſubſcriptorum 1) *nobilium* 2) *miniſterialium eccleſiae et ducis* 3) *capellanorum p. 246.* atque 4) *burgenſium p. 248.* Verſio *filiae* eccleſiae in *matrem* et peculiarem parochiam *p. 250. 251.* Immunitas *Ciſtercienſium* ab aduocatia et uectigalibus atque eorundem addictio et ſuſceptio Caeſaris, absque intermedio principe alio, *p. 255. 256.* Sed prae aliis omnibus momentoſum eſt *Rudolfi I.* imperatoris diplo- De libertate

LANDSASSIATVS ordinum prouincialium.

diploma *p. 258. 259.* quo ipſe munit STYRIAE ordinum libertatem. Neque enim, meo iudicio, hoc *priuilegii* indolem habet: cum ea recenſeat litteris, quae moribus debentur ordinibus prouincialibus ſiue *landſaſſiis* in Germania. *Grotius* olim in *Hollandiae comitatus iure publico ſingulari* talia retulit inter iura Germaniae prouinciarum ſingularia. Quem fruſtra ideo impetiit *Conringius.* Quaſi finxiſſet ille talia in gratiam Belgii liberioris hodierni. Id uolo, fuiſſe haec *iura prouincialia* propria Germaniae uniuerſae. Quanti facienda ſingula, illud indice digito oſtendimus in margine. De *donatione omnium bonorum* dubitant Latii iureconſulti, utrum illa habeat locum; ſed confirmauit hoc donationis genus imperator *p. 265. Ciſtercienſis* ordinis collegiique praerogatiuae et praecipui iura uere inuidenda *p. 266. 267.* Indulgentia *caſtri* extruendi datur a principe territorii *p. 268. Mortis cauſa* donatio *p. 269. 270.* plura habet ſingularia. *Feudum* confertur promiſcuae ſucceſſionis, ceteroquin iuxta *conſuetudines terrae teutonicae p. 271.* Iterum occurrit diploma *Friderici IV. ſiue pulchri imperatoris an. 1319.* in lite *iudaeorum* cum aliis *p. 272.* et *anno 1326,*

in

in *recompenſam* fratrum, auxiliatorum, *p. 275.* Nundinatio *bonorum operum* alterius, diſcitur *p. 273. 274.* *Waywoda transſyluaniae* uxorem accipit ſibi, ſpondetque ab agnatis de Buchaim et conſtituit ſponſae *dotem* et *dotalitium*, fide iurata, ante thalami conſcenſum *p. 277.* Scilicet uolunt hoc inſtituta Germanorum omnis aeui, ut maritus dotet uxorem, quod docui in opuſculo *de dote mariti.* Laudum *Caroli IV. anno 1352.* inter alia plura etiam illa habet; quod *Burggrauii* munus tribuatur *nobilium* clientibus, fœdera et *bella priuata* probentur *nobilium*, *obſtagii* iura tum ordinaria et quae generis eiusdem *p. 279. 280. 281.* *Auſtriae* PINCERNATVS pretio redimitur ſub nexu feudali; ſed iure *alienandi* illum agnatis *p. 285. 286.* *Septem nobilium* prouinciae incolarum *foedera*, pace belloque colenda ſpatio duodecim annorum *1359. p. 286. 287.* In *magiſtri uenatorum Auſtriae* inueſtitura *an. 1359.* *auſtriae* princeps adpellatur *archidux*, ERZHERZOG; *inueſtitura* ſimul confertur omnibus in die, *homagio* deſtinata; in quo conuentu *hereditarii officiales* defunguntur ſuis muneribus ritu ſolenni; conſtituitur *magiſter uenatorum* ob pretium ſolutum; cum

Dotare mariti. Foedera nobilium. Pincerna. Venator. Archidux *Erzherzog* an. 1359.

nexu feudali ob *praedia*, ideo collata nouo officiali, cum *minoribus regalibus* et conditione, pretii uel reddendi uel muneris transferendi in heredes. TESTES huius rei plurima habent, quae, intereſt, docere ac diſcere. Principio nobis maximi facienda eſt ſubſcriptio MEINHARDI BRANDENBVRGICI *marchionis*, *S. R. I.* ARCHICAMERARII. Is enim ordine praefertur *Saxoniae* duci electori *S. R. I. archimareſchallo*. Vti clare docet definitque diploma *p. 292.* Nouum itaque mihi in noua doctrina argumentum, quam *in formula ducatus Brandeburgici* plenius declaraui. Tantum abeſſe *Brandeburgicum electorem* ordine ultimum eſſe, ut potius plura exempla et teſtes extent, Brandeburgicum aliis quibusuis electoribus in itu ac reditu, litterisque praelatum eſſe. Quod ideo notari debet in hoc codicillo, quoniam ille poſt tempora A. Bullae conceptus, ut etiam tunc, praeter ſuffragandi ordinem, partium ſtudio a Carolo IV. inuerſum, loco non ceſſerit aliis electoribus *Brandeburgicus*. Porro non dubitauit *Mainhardus*, *Brandeburgicus elector*, ſibi id ſumere etiam impubes. Licet etiam uulgo dicatur, BRANDEBVRGICVM *electoratum* a Ludouico

Exemplum momentoſum ordine praelati *Mainhardi*, BRANDEBVRGICI *electoris*, Saxoniae electori, etiam poſt *A. Bullam an. 1359.*

uico ſeniori conceſſum eſſe fratri *Ludouico Romano*: hoc tamen ideo falſum eſt, quoniam *filius*, quod etiam ſuperius in hoc uolumine adparet, ſe dixit ſcripſitque *Brandeburgicum electorem*. Vt adeo certum ſit, Ludouicum R. patruum non tam electorem fuiſſe, quam *Brandeburgici* electoratus *adminiſtratorem*, nomine etiam tutelari. Reliqui ſubſcriptores *claſſes* et hic alibi *p. 297. 298.* habent, ſupra §. 6. 12. explicatas ac definitas.

§. 15. Illud praeterea FOEDVS, quod quatuor AVSTRIAE principes fratres et *Boioariae* dux MEINHARDVS fecere cum regibus Hungariae et Poloniae non legendum eſt obiter; ſed expendendum cum cura. Nam initum eſt illud cum *conſenſu ordinum prouincialium*, imo adverſus confoederatorum hoſtes obligat, cuiuscunque illi fuerint ſtatus, conditionis, eminentiae p. 295. Vt adeo illud *ligium* fuerit neque *pontifex* neque alius princeps ullus exceptus eſſe uideatur. BVRGGRAVIVM etiam eundem eſſe, quam comitem ſiue iudicem alium, non ordinis principalis, cum hic intelliges *p. 299. 300.* tum ſupra *p. 178. 292.* SPONSALIA inter patres contracta, non inter conſponſos, uides p. 301. idque

FOEDERA principum S. R. I.

Burggrauii et Palatini uulgares et prouinciales.

Sponſalia illuſtrium.

cum *conſilio adſenſuque imperatoris et ordinum* prouincialium, quod plenius explicui in opuſculo de *conſenſu connubiali extra patrem diſſ.* 7. Formulas PROSCRIPTIONIS imperialis eiusque poenas an. 1376. habes *p. 303. 303.* De Auſtriae PINCERNATV, praediisque huic muneri adnexis agit *pag. 306.* et ſupra *p. 286. 287.* atque *p. 297. 298.* Modum probandi GENTILITIAM NOBILITATEM praeſcribit *p. 407. 308.* Abſolutionis formulam ab EXCOMMVNICATIONE auctoritate nuntii a latere an. 1452. ſuppeditat *p. 308.* Ibi peccata excipiuntur indulgentiae, nonniſi pontificialis.

HEREDITARIA AVSTRIAE munera.

Abſolutio a *banno* exceptis caſibus *reſeruatis.*

VIENNENSIS epiſcopatus inſtitutio 1468.

§. 16. Cum in eo nunc ſit imperator auguſtiſſimus, ut VIENENSEM *epiſcopatum* uertat in *archiepiſcopatum*: omnino grata eſt Pontificis R. bulla, qua anno *1468. Viennenſem eccleſiam*, addictam *Patauienſi dioeceſi*, extulit ad dignitatem *epiſcopalem*, ſubduxitque Patauienſi. Variae ibi cauſae laudantur *novi epiſcopatus*; etiam *patrocinii* iura dantur conditori, id eſt, facultas *nominandi* primi ordinis *ſacros collegas*, *praepoſitum*, *decanum*, *cantorem*, *cuſtodem p. 314. 315.* Ex qua cauſa etiam Auſtriae archiduci debentur *primariae preces*; *annatae* et alia. Imo licet epiſco-

ſcopus coruſcet honore *S. R. I principis*: non tamen ideo in ſuis praediis ac fundis gaudet *potentatu*. Neque eſt inter ſuffragatores in comitiis imperialibus: licet, ſi moribns antiquis res definienda, hoc eidem facile poſſet indulgeri. Saluo eius nexu *landſaſſico*, prouinciali.

§. 17. Vltimus CODICILLVS AVGVSTALIS eſt, anno 1509. ſcriptus Italiae ciuitati LVCENSI. Vnde diſcere debent *principes* et ordines *Italiae*; ſe *regalia* omnia debere *Caeſarum* munificentiae, *beneficiis* et priuilegiis: non, quod in Germania uerum, iuri prouinciarum originario. Quod enim de *Sileſiae principibus* hodieque dicitur; illos eſſe *landſasſios*, id eſt, in ſuis tractibus, pagis, latifundiis eminentiora iura, quae *regalia* dicimus, illos nonniſi ex Bohemiae regum habere beneuolentia et priuilegiis; illud fidenter adfirmare licet de ordinibus, principibus, marchionibus, ciuitatibus ac rebuspublicis Italiae uniuerſae. Quod non difficile eſt ad demonſtrandum. *Principio* enim Italiae prouinciae a *Gothis, Herulis, Oſtrogothis, Longobardis* et *Francis* ſubactae ſunt iure armorum. Regna autem, armis quaeſita, praeſumtionem fidemque habent

ITALIAE ordines ac principes LANDSASSII quondam S. R. I.

Probatur 1) ex imperio ARMIS quaeſito.

bent

bent legibus ac pactis ſoluti dominatus. In horum etiam populorum loca & iura ſucceſſerunt *Germani*. Cum ex hiſtoria illud conſtet, quod *Otto M.* igne ac ferro, id eſt, *belli iure, Italiam* redegerit in ſuam poteſtatem, proſtratis et deletis barbaris, etiam ipſis Romanis rebellibus ſub obſequium et in ordinem redactis. Quibus de ueteri *Quiritario dominio* ſuperfuit nihil. Deinde haec etiam cauſa eſt, quare in Longobardicis legibus 2. F. 56. iura, quae in aliis regnis pro aeceſſoriis fundi habentur aeſtimanturque, ſoli tribuantur *regi* in Italia. Huic enim cum reſeruata ſint et incolis ſubducta, inde hodieque audire ſolent *regalia*. Quae uox in Italiis nata: inaudita regnis aliis, illis praecipue, quae poteſtatis adductae. Licet illa hodie omnem peruaſerit orbem. Quod cum ita ſit, quantum abeſt, ea, quae *regis ſolius*, tribui poſſe *duci, marchioni, comiti, principi*, ciui, ſubdito: tantum abeſt, potuiſſe ullum ex Italiae ordinibus ac principibus *leges ferre; iudicia conſtituere; arma cogere; tributa indicere;* exercere *rem monetariam; imperare uectigalia;* inire *foedera* et *pacem*. Certe criminis ſtatus et perduellionis reus fuerat Italiae princeps, quis-

1) REGALIBVS i.e. iuribus *regi reſeruatis.*

quiſquis tale quid ſibi adrogauerit,ſine Caeſaris indulgentia et auctoritate. Atque ultimum idem illud eſt, quod ſententiam noſtram firmat nouo argumento. Quotquot enim Italiae respublicae et *principes* ſunt florentiſſimi; id tantummodo agunt, ut, in eius generis iuribus, prouocent ad priuilegia imperatorum. Quibus ſibi tantopere opus eſſe, exiſtimant, ut ſaepius illa fingant, ſupponantque partus adulterinos. Nobis ſpecimen eſſe poteſt *codicillus auguſtalis*, reipublicae Lucenſi ſcriptus hoc fine a Caeſare, ut eundem nullius *regalis* non agnoſcat largitorem. Certisſimum ſane uinculum conſecutionis: non meae deberi manui, quod debeo alienae; neque idem ante me habuiſſe, quod refero alii acceptum. Et ſi quis expenderit *principatuum* Italiae omnium origines, noui ſunt illi et uix aliquot ſeculorum habent aetatem. Sunt enim partus et creaturae Caeſarum Germanicorum et quicquid habent ac ualent, horum omnino debent beneuolae largitioni. Sed hae profuſiones, quam magnae etiam illae ſint, deprehendanturque, praeſertim in uitis *Rudolfi I. Ludouici IV. Caroli IV.* aliorumque: non tamen ante credi debent,

3) Italiae *principum* et *rerumpublicarum priuilegiis.*

4) PRINCIPATVVM Italiae ADOLESCENTIA.

bent, quam ex idoneis rerum inſtrumentis comprobentur. Mouit hoc Germanos, ut ſaepius de *recuperatorio* iudicio inſtituendo agerent aduerſus perduellis Italiae improbos conatus. Sed optima conſilia deſtituta ſucceſſu, nunc deſidia, nunc artibus, multoties nimietate fidei et ſacrorum, ne recuperator offenſam incurreret diuorum diuarumque atque, his aliquid eripiendo, ſubiret periculum aeterni cruciatus. Non moereo Italiae ordinum diuitiis ac potentatui. Sed mallem, prouidentiores eſſent, qui hodie in ſcriptis ſuis eorundem agunt tutelares. Nam illi incredibili importunitate et audacia armant Italiae dominatus, ut omnem ueluti erga imperium Germanicum, cuius munificentiae omnia debent, exuant reuerentiam. Quo pertinent humanisſimus ceteroquin FONTANINVS et omnes illi, qui nuperrime cauſas egerunt *Comachii*, *Parmae*, *Placentiae*, *Etruriae*, reliqua. Qua impudentia eorundem fit, ut etiam Germanici ſcriptores acuant aduerſus hanc audaciam calamos, licet diſpari ſucceſſu, cum hanc ſpartam et philoſophi occupent et theologi. Extra quorum oleas omnino eſt, de publicis imperii iuri-

5) RECVPERATORIA iudicia inſtructa in S. R. I.

iuribus ferre iudicium. Sub calamo mihi IVS PVBLICVM ITALIAE, quod, ſi iuerit in lucem, uiam aperiet uniuerſim, qua ire licet etiam in ſingularibus legum argumentis.

VII. CHONICON EPISCOPORVM MERSEBVRGENSIVM.

VII. CHRONICON MERSEBVRGENSE ab an. 968. ad an. 1722.

§. 18. Meditor GERMANIAM SACRAM et hoc fine congero ſcripta, illos Germaniae *epiſcopatus* illuſtrantia, quibus adhuc defuit lumen. Nil de WVRZBVRGENSI ſiue Herbipolitano; nihil de WORMATIENSI; parum de BAMBERGENSI; minus de CAMINENSI, epiſcopatibus, praecipuis et purpura principali coruſcantibus, ante litteris proditum fuerat. Verum ſingulis his nos reſtituimus ſcriptores ſingulares. In gratiam itaque MERSEBVRGENSIS, libro *ſeptimo* pariter CHRONICON exhibemus EPISCOPORVM MERSEBVRGENSIVM a principio rerum ad annum usque praeſentem CIↃ IↃCC XXII. Factum eſt hoc partim uiciniae cauſa; partim Magdeburgici primatus ergo, cui Merſeburgenſis antiſtes, lege addictus, paruit; demum etiam ideo, quoniam pedetentim iter eſt peragendum, quo abſoluere animo inſtituimus alios etiam quosque Germaniae noſtrae, nobilioris ordinis,

dinis, praeſulatus. Nam in futuro ſemeſtri proſtabit NAVMBVRGENSIS ſiue CIZENSIS; quem ſequentur proxime ARGENTINENSIS et AICHSTADIENSIS, de quibus inſigniora nobis monumenta, quam in aliis. MAGDEBVRGENSI excepto, cui ſingulare deſtinauimus uolumen, ne *tabularium* eius fruſtra in ordinem diſpoſuiſſe uideamur, cui aliquot abhinc luſtris fuimus praefecti.

MERSEBVRGENSIVM epiſcoporum SCRIPTORES.

§. 19. Deſiderauit autem MERSEBVRGENSIS *epiſcopatus* operam noſtram ideo, quoniam illi adhuc defuit ſcriptor, qui hanc ſpartam occupauiſſet. Sunt aliqua edita de eodem, ſed in uernacula. In quorum numeris *Erneſtus* BROTVFFIVS, cuius *Saxonicum* quoque *chronicon* muſae posſident MENKENIANAE, inſtructisſimae his cimeliis; *Georgius* HAHNIVS, qui et catalogum confecit antiſtitum et Germanice ea reddidit, quae habet Ditmarus; *Ioannes* VVLPIVS, qui, quod potuit, adiecit in temporibus nouiſſimis; *Georgius* MOEBIVS, adhuc ineditus, qui cum *Merſeburgenſis ſcholae rector* eſſet, res huius epiſcopatus, Germanice ſcriptas, digeſſit in certas claſſes et ſingularibus argumentis capita dedit ſingularia. Neque labor illis erit ingratus, quibus uolupe eſt, legere huius prin-

principatus minutias et crepundia recularum, licet nauſeet illas forte ſtomachus, adſuetus exemplis grandioribus. Veniam certe et gratiam meretur LAZARVS HEINEMANNVS, aduocatus huius urbis et pagi Halenſis, quod in continuandis noſtri chronici annalibus, Morbianis hiſtoriolis multoties fecerit locum, ampliorem forte noſtro et aliorum uotis. De DITHMARI ſiue *Dietmari chronico Merſeburgenſi* auctor noſter plura dixit a *p. 349. ad p. 359.* ut opus non ſit, aliqua addere. Cum ille *quartus* ordine fuerit epiſcopus, praeter origines parum eſt, quod ab eo licet expectare.

§. 20. Quicquid ſit, cum DITHMARI in rebus ſui aeui magna autoritas fideſque, noſtro etiam ſcriptori laudata: igitur editores DITHMARI ex noſtro chronico non ſolum eius uitam exſcripſerunt; ſed etiam poſuerunt in uotis, ut *chronicon integrum* in lucem iret. Certe copiam illius *Chriſtianum* DISTELMEIERVM REINECCIO feciſſe, auctor eſt *Maderus p. 251.* Vnde etiam in Dithmaro reſtituto locum deſcripſit *Godefridus Wilhelmus* LEIBNITIVS *tom. I. rer. Brunſuic. p. 427.* addito graui deſiderio: *dolemus chronicon iſtud* (Merſeburgenſe, unde

Vota Viri Cl pro NOSTRO AVCTORE.

unde uita Dietmari decerpta a Reineccio) *nunc, quod conſtet, non haberi.*

Occaſio MSCTI, nobis oblati.

§. 21. Expleuimus igitur nos deſiderium LEIBNITIANVM, qua de re grates ſoluendae inſtituti noſtri auctoribus. Scilicet uidimus nos exemplum *chronici* noſtri apud *Merſeburgenſem* olim *cancellarium*, STOESSERVM, nobilem de *Lilienſeld*, qui poſt in hoc ducatu munus obiit uicarii cancellarii et in noſtras muſas, dum uiueret, fuerat aequisſimus. Sed cum illuſtris uir iuſtum *rerum Merſeburgenſium* meditaretur uolumen, diplomatibus ſpiſſum, quae in noſtro chronico laudantur pasſim et dicuntur extare adhuc in *tabulario ſacri collegii* (dem capitulararchiu,) moras traxit, in quo conatu etiam eſt demortuus. Neque mihi licuit eſſe adeo felici, ut copiam MSCTI conſequerer. Sed tamen huius ſpem mihi identidem etiam poſt fecere alii, in iisque ſacri collegii decanus *Baltaſar Wilhelmus de* GAFRAN, uir rerum epiſcopatus ſui peritiſſimus et uiua, quod dicitur, earundem bibliotheca. Praeuertit autem ſpes meas ſupremus in *Magdeburgica primatu* antiſtes ſacer, *Ioan. Michael* HEINECCIVS, uir cultu ac doctrina celebris, quod copiam non ſolum conſequeretur

retur chronici, ſed etiam illud mihi elargiretur beneuola manu. Succeſſerunt huic exemplo ſtatim poſt alia *duo*, quae mihi obuenere. Vnum ex ſupellectili *Gaſrana*, quae, neſcio quo caſu, *Merſeburgenſibus* eſt ſubtracta: alterum munificentia fautoris Merſeburgenſis, qui nominari non debet, quod nobis commendauerit beneficii reticentiam. Vt adeo *trigis* uehi licuerit in hoc itinere, eo quidem felicius, quod ex duobus exemplis tertium corrigi poſſet ac emendari.

ACCESSIONES ab an. 1500
1) adpendicis ab an. 1500. ad an. 1722.
2) indicis a) nominum b) rerum;

§. 22. Noluimus uero in *an.* CIↃIↃXIV. finire *Merſeburgenſem hiſtoriam*, quos usque limites MSCTI fuerant prolati: igitur ſoliciti fuimus de uiro, qui DVO SECVLA nouiſſima *adiiceret*, ut opus haberetur, annorum numeris, plenum et abſolutum. Varii ad hoc inſtitutum noſtrum uaria communicarunt nunc ſermone, nunc litteris, nunc ſchedis antea ineditis. Quae omnia congeſſit recenſuitque ſupra laudatus *Lazarus Heinnemannus*, cui etiam INDICIS curam dedimus, noſtro conſilio tam RERVM, quam NOMINVM copia inſtruendi. Vnde AVSTRIACI archiducatus et principatus MERSEBVRGENSIS intelligi, ſuppleri ac emendari

 poſſunt

poſſunt *illuſtrium familiarum genealogiae* et *geographiae* ſingularium locorum, quorum memoria in uetuſtioribus monumentis ſaepe nobis crucem figit, non aliter e medio tollendam, quam ope eius generis inſtrumentorum ſingularium.

3) picturarum et imaginum.

§. 23. Cum porro in baſilica MERSEBVRGENSI conſpiceremus EPISCOPORVM omnium IMAGINES, in lapidibus exhibitas, in cathedrali ſacello: curauimus, ut etiam hae perita manu *Rudigeri*, inſignis artificis, delinearentur: quo poſſent in aere incidi, ac imprimi papyro. Licet uero opinabile non ſit, habitum et ora, praeſertim aetatis uetuſtioris, reſpondere olim uiuis: reddidimus tamen, quales accepimus, ne etiam libello is deeſſet ornatus. In *heraldicis idolis* adiectis aliquoties etiam reperi ea, quibus difficile eſt, fidem dare. Nolui tamen mea manu delere, quae ueteres protulerent retuleruntque in parietibus et tabulis.

De INSIGNIBVS MERSEBVRGENSIS epiſcopatus.

Illud dubii aliquid non habet, Merſeburgenſem epiſcopatum *clypeo* uſum AVREO, ATRA CRVCE interciſo. Quam figuram cum ſacris collegiis ac principatibus in S. R. I. celeberrimis habet communem. Nam eadem CRVCE, diuerſo quidem colore tincta, utun-

utuntur *Treuirenſis*, *Colonienſis*, *Rigenſis*, *Spirenſis*, *Conſtantienſis*, *Lubecenſis*, *Viennenſis*, *Hauelbergenſis*, *Verdunenſis*, aliique archiepiſcopi et epiſcopi magni nominis ac ordinis. Quod magis eſt, admodum uero ſimile, nullo quondam ſchemate frequentius uſos eſſe antiſtites ſacros, quam hoc pietatis in Chriſtum ſymbolo. Idque in ſigillis ac nummis. A *torneamentis* enim et ludis *equeſtribus* cum illi, per ſacri ordinis rationes, abeſſent; *inconcinna illis alia quaeque*, *clypei*, *caſſides*, *ſcuta*, *galeae*, *laciniae*, *timbi*, *criſtae*, *animalium feracia* ac furor, incitamenta ad dimicandum et confligendum. Rident fere extranei, quod antiſtites noſtri non erubeſcant, his teſſeris uti. Quibus reſpondere neſciuit SPENERVS, *part. I. cap. 6. §. 12.* quem noſtris argutiis adiuuabimus. Ex eo enim tempore, quo ſacris praeſulibus in Germania data ſunt *ciuilia* iura *potentatus*; congruunt illis non minus ciuilia *ſchemata* et *arma*. Cum *duplicem* ex hoc tempore ſuſtineant perſonam. *Vnam* quidem in eccleſiis, *presbyteri et myſtae*: alteram in curiis ac caſtris *principes*, *duces*, *purpurati*, *enſiferi*, *ferro* ac *armis* inſtructi. Quare mirum non eſt, deſtitutos eſſe hoc adparatu

epiſcopos et praeſules extraneos; cum haec iura propria ſint Germanis. Ceterum, caue, uinculo conſecutionis uti hoc: quod, ubi arma abſint epiſcopi inſignibus, ibi etiam deſit epiſcopatui potentatus. Nam multis placuit priſtina ratio et ſimplicitas, abſtinere ab armis etiam eo tempore, quo iura armorum illis acceſſerunt. Quod facile eſſet ad oſtendendum; ſi quidem talia eſſent huius oleae ac loci.

Num inter epiſcopos DOCTORES, non conſpicui XVI. imaginibus auitis?

§. 24. Neque etiam ideo iuribus MERSEBVRGENSIS EPISCOPATVS aliquid decedit; quod in illo admittantur ſacri collegae *canonici* ex ordine *ignobilium* gentium, dummodo INFVLA DOCTORIS IVRIVM illi coruſcent. Nam his quondam moribus uſi ſunt Germani, ut *cathedralis collegii* ſocius dignitate aliqua polleret uel *litteraria* uel *gentilitia*. *Prima* nobilitas non *ſanguini* ineſt; ſed *menti*. Neque parentibus debetur aut mammis; ſed induſtriae et doctrinae. Quapropter fieri non potuit, ut in hominibus doctis locus daretur auitis imaginibus aut maioris haberetur litteraria nobilitas, quod illa eſſet a maioribus in poſteros propagata. Artes non naſcuntur; ſed fiunt tenentque ſuos cultores tantum neque pretium accipiunt ex uirtute aliena. Igitur aut litteris omnis in republica honor

ne-

negandus aut locus in illa faciendus cuique litterato, cuiuscunque demum ille gentis, ſanguinis, familiae: aut uia ad doctrinas ingeniis, ſanguinis ergo, neganda et occludenda. Primum cum damno; ultimum cum iniuria coniunctum: igitur alterum commendauit aequitas et ſalus reipublicae. Atque haec cauſa eſt: quare *doctores*, infula litterarii honoris induti, in capitulis, etiam cathedralibus, adſumti collegae. Quibus moribus ac inſtitutis uiuitur hodieque in Merſeburgenſi epiſcopatu. In quo DOCTORIBVS, familiarum parum nobilium, non obeſt, quo minus quoque eligantur et DECANI et PRAEPOSITI, imo etiam EPISCOPI inſtar illorum, qui atauis editi nobilibus.

§. 25. Vti uero GERMANICA NOBILITAS cum in torneamentis, tum in militia equeſtri, non attenditur, ſi fuerit NOVA: ita etiam in ſacris collegiis et epiſcopatu hoc ſigillatim requiritur nobilitas XVI. aut XXXII. imaginibus maiorum conſpicua. Quas exemplo numerabimus uiri perilluſtris de nobis muſisque noſtris optime meriti. Vt hoc ſpecimine etiam illud conſtet: non Germanos tantummodo; ſed etiam extraneos Scotos tangi cura nobilitatis, quae auis atauisque potens. Eſt autem illuſtris MARSCHALLIANAE gentis, utriusque ſexus, ſtemma hoc:

Ratio NVMERANDI imagines ATAVITAS in nobilitate, ſacris collegiis digna DEM STIFFTMAESSIGEN ADEL.

 Illud

1	2	3	4	5	6	7	8
Ioannes *Marſchall* de Clathhoderich duxit in uxorem	Catharinam filiam Ioannis *Cochran* de eodem, cuius ſucceſſor eſt Comes de *Dundonalt.*	Iacobus *Glen* de *Barr* duxit in uxorem	Chriſtianam *Hamilton* filiam Iacobi *Hamilton* de *Wootball.*	Robertus Dominus *Semple* duxit in uxorem	Iſabellam *Hamilton* Filiam Iacobi Comitis de *Arran*, cuius ſucceſſor eſt Dux de Hamilton.	Georgius Stirbing de *Craig-Barlett* duxit in uxorem	Margaretham *Parck* filiam Wilielmi *Parck* d[e] eodem.

1	2	3	4
Alexander *Marſchall* de Clathhoderich duxit in uxorem	Ioannam *Glen*, filiam Iacobi Glen de *Barr.*	Andreas Semple de *Bruntsheill* Magiſter de *Semple* duxit in uxorem	Margaretham *Stirling*, Georgii Stirling de *Craig-Barlett.*

1	2
Alexander *Marſchall* de Clathhoderich duxit in uxorem.	Margaretham Semple filiam Andree Magiſtri de *Semple.*

1

Ioannes *Marſchall* de Clathhoderich duxit in uxorem

SEMPER VIRES

Andreas *Marſchall*, filius Ioann[is]
procreatus in legitimo th[oro]
et Helenam *Napi*[er]
nat. 1643. m

RATIO NVMERANDI ET ORDI[NANDI]

IN

NOBILITATE PVRPVRAT[A]

SCOTIAE regni illuſtrisſimam MARSCH[ALLORVM]
in *dedicatione tomi II.* opuſculorum *miſc*[ellaneorum]
Scotiae regni miſit in Germaniam, fide [...]
iurata firmataque auctoritate NO[...]

9.	10	11	12	13	14	15	16
Robertus *Napier* deKilmahan duxit in uxorem	Iſabellam Maxwell filiam Georgii Maxwell de *Newark.*	Ioannes Cuningham de *Drumquhaſile* duxit in uxorem	Eliſabetham *Erskini* filiam Ioannis Domini, cuius ſucceſſor Comes de *Mar.*	Alexander Comes de *Glencair* duxit in uxorem	Ioannam Hamiltonfiliam Iacobi Comitis de *Arran,* cujus ſucceſſor eſt Dux de *Hamilton.*	Iacobus Gordon de *Lochenuar,* cuius ſucceſſor Vice-Comes de *Kenmure,* duxit in uxorem	Margaretham *Crichtoun* filiam et haeredem Roberti *Crichtoun* de *Kalpatrick.*

5	6	7	8
Petrus *Napier* de Kilmahan duxit in uxorem	Ionetam Cuningham de *Drumquhaſile.*	Willielmus Comes de *Glencair* duxit in uxorem	Ionetam Gordon filiam Iacobi Gordon de *Lochenuar.*

3	4
Ioannes *Napier* de Kilmahan duxit in uxorem.	Suſannam Cuningham filiam Willielmi Comitis de *Glencair.*

2

Helenam *Napier* de *Kilmahan,*

SCIT VIRTVS.

...is Marſchall de *Clathbhederick,*
...*oro* inter dictum Ioannem
heres terre Auſtrie ex patre duce *Leupoldo*, *Romanorumque regina* impenderit, videamus. Dedit enim integrum *ornatum miſſe* domui noſtre, uidelicet ſubtilem *dalmaticam* cum *caſula*, cum aliis ornamentis eccleſie, taleque priuilegium ſuper libertatibus hominum noſtrorum.

Margarethae Auſtriacae, Romanorum reginae, *confirmatio immunitatis Zwettlenſium an.* clↄ cc lxiv.

MARGARETHA Dei gratia ROMANORVM quondam REGINA, *ducifſa Auſtrie et Styrie*, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Progenitorum noſtrorum pietatem imitari deſiderantes, in donatione libertatis religioſorum locorum, et *defenſione*, *ſpeciali* fauore clauſtrum in *Zvvetl* complectimur, perſonis ibidem degentibus non ſolum, dum uiuimus, intendentes prodeſſe, ſed et poſt obitum noſtrum ipſorum quieti ſollicite prouidere. Significamus igitur uniuerſis preſentibus et futuris, quod *libertates* et *iura*, inſtitutione piiſſime memorie CHVNRADI regis quondam Romanorum *ſecundi* eidem clauſtro per priuilegium confirmata; *principum* quoque *terre* ab antiquo priuilegiis exarata, precipue tamen dulciſſime recordationis patris noſtri ducis *Leupoldi*, fratris etiam noſtri felicis commemorationis ducis *Friderici*, ſicut monumenta literarum declarant, de *confirmatione* poſſeſſionum et exemtione libertatis, qua homines ipſorum uti debent, gratia principum, ut ipſi fratres liberius domino Deo famulentur, cum *homines* eorum quieti a violentia, poſſunt eis efficacius deſeruire. Verum quia

Diploma reginae Rom. an. 1264.

Principes terrae.

Reginae pater, frater.

Homines Zwettlenſes immunes a placitis.

1264. quia *exemtiones conceſſas* a principibus eis adhuc uiuentibus, nemo *iudicium* attentabat infringere; propter quod preſtita libertatis gratia in

Vis conſuetudinis. iuſtitiam *iure conſuetudinis* tranſiuit, que ubique in poſſesſionibus iam dicti clauſtri eſt hactenus obſeruata:

Guerra iudicialis. excepto, quod *guerre* tempore quedam fuerunt ex uiolentia iudicum immutata, in eo quoque

Coloni. *coloni* eorum ſola ſpe queſtus ad placita indebita cogebantur. Que nos in omnibus locis poſſesſionum predicti cenobii perpetuo reuocantes, *hominibus* ipſorum hanc gratiam concedimus, ne coram indictis *placitis* compareant, niſi in talibus, que petitione conuentus prouiſa fuerint, tunc *officialis* uille cum

Ruſtici. uno *ruſtico* poterit comparere etc. Ne autem huius libertatis utilitas aliqua impoſterum ualeat calumpnia impediri, hanc literam conſcribi fecimus, et noſtro ſigillo ac teſtibus robora-

Teſtes. ri. TESTES ſunt: Leupoldus *camerarius.* Aloldus de *Khambek.* Fridericus frater *camerarii.* Vlricus, Otto et Chunradus ſacerdotes.

Datum. Symon *notarius.* DATVM anno domini 1264. indictione ſeptima.

NVM. XXIX. LIB. II. fol. XLVI. pag. 2.

Libertas data Zwettlenſibus cum conſenſu heredum largitoris an. CIƆCCLVII.

Charta dominae de Puechberg. VNiuerſa negotia uoci teſtium ac literis commendata ab utroque trahunt immobile firmamentum. Cognoſcant igitur preſentes ac poſteri, quod ego *Gertrudis* domina in *Puechberch* ex aſſenſu *heredum meorum* Chunradi, Vlrici et Irenfridi conuentui Zvvettalenſi ordinis Ciſtercienſis ſuper areis, uineis, reliquisque bonis,

nis, ſuper proprietatibus, et in iurisdictione, 1257.
noſtra ſitis, que a nobis annis pluribus habue- 1274.
runt et habebunt tempore procedente, hanc damus et concedimus libertatem etc. *Datum* *Datum.*
anno dominice incarnationis 1257. in craſtino annunciationis genitricis Dei Marie.

NVM. XXX. LIB. II. fol. XLVII. pag. 1.

Charta Ebronis abbatis Zvvettlenſis *de rebus acquiſitis* clↄ cc LXXIV.

NOs frater EBRO dictus *abbas* in *Zwetl* innoteſcimus uniuerſis Chriſti fidelibus preſentibus et futuris, quod *nobiles domini* et fratres dicti de *Puechperch*, uidelicet Vlricus, Chunradus, Irenfridus pro remedio anime matris eorum domine Gertrudis pie recordationis de bonis quarti *dimidii talenti* in *Weicharteſtorf* pro ipſorum pecunia apud *Ierocenſes* uiros uenerabiles comparatis ſtatuerunt concorditer *ſeruitium ſingulis* annis ſub die ſancti Iohannis euangeliſtae etc. ACTVM in *Zwetl* anno domini 1274. decimo kalendas Februarii.

Charta abbatis. *Nobiles domini.* *Actum.*

NVM. XXXI. LIB. II. fol. XLVIII. p. 2. col. 4.

Chunradi miniſterialis domini donatio feudi aperti Zwettlenſibus clↄ ccc IX.

Ich CHVNRAD *gehaizzen von* PVECHBERCH, DIENSTHERR *in Oſterreich, thuen khund an dieſen Briff allen den, die in ſehent oder horent leſen, beid di nu lebent oder hernach chunſtig ſint. Daß ich mit wolverdachten Muth mein ſelbs und mit meiner* Hausvravven *vron Agneſen und* meiner Sun *Wolfings, Albers, Rapots, und meiner* Tochter *Gertrauden, Elspreten, Agneſen, guten* Wiſſen

Charta Chunradi de PVECHBERCH 1309. *Miniſterialis* Dienſtherr. *Cum conſenſu liberorum.*

1309. Wiſſen *durch unſer und aller unſer Vorvordern Seel Hail ledichleich gegeben han unſer Vrowen hinß* Z*wetl meines rechten* freien aigens *ein* lehen *daz dem* Ottleins *bey* Glokkniz, *daz alle iar ſechs Schilling Wienner Munz dienet, daz mir ledig worden iſt von* Hiltpranden *meinen* Diener *von Strezt, dem ich es verlihen het, want er on* Geerben *tod iſt etc. Dez ſint auch* GEZEVCH *Herr Leutold und Herr Alber von* Chuenring, *Herr Hauch und Reinprecht die* Turſen *von* Liechtenfels, *Herr Alber, Herr Vlreich und Herr VVernhart die drei Bruder. Straun von* Svvarzenovv, *und ander* Ritter *und* Chapen *und* frumer *liut genug. Diz Ding iſt geſchehen und der Brief iſt* GEGEBEN *daz* Zvvetl *in dem Cloſter an St. Blaſen Tag nach Chriſtes Geburt dreitzehen hundert Iar, und darnach in den neunten Iar.*

Liberum proprium.

Feudum apertum miniſteriali.

Teſtes.

Miles ritter.

Datum.

NVM. XXXII. LIB. II. fol. XLIX. pag. 1.

Charta miniſterialis DIENSTHERRENS *de Zvvettlenſibus facta donatione an.* CIↃ CCC IX.

Dietrich Puechbercher 1309. Dienſtherr.

Alienatio allodii cum conſenſu agnatorum et horum liberorum.

*I*Ch DIETRICH gehazzen *der* PVECHBERCHER *von VVazzerberch* Dienſtherr *in Oeſterreich, thuen chunt an dieſen Brief allen den die in ſehent oder horent leſen, baid die nu lebent oder hernach chunftig ſint, daz ich mit wolverdachten Mueth mein ſelbs und mit meines* Vettern *Herrn Chunrads von Puechberg und aller ſeiner* Sun, *daz iſt, VVolfings, Albers, und Rapots gueten VVillen, und mit iren Rat, durch meiner und meines Bruders Seel Hail Herrn Vlreichs von* Wazzerberch, *dem Got genade, ledigleich gegeben han unſer* Vrovven *hinz* Zwetl *in daz Cloſter da mein vorgenanter Bruder*

der und all mein Vorvorn beſtattet *ſint ein leben daz dem Otleins bei Glokknitz meins* freier aigens *daz alle Iar ſechs Schilling Pſenninge VVie-ner Munz dienet, daz mir ledig worden iſt, von Heltpranten meinen Diener von Stroß, dem ich es ſambt meinen vorgenanten Prueder verliehen het ze rechten Lechen, want er an* Geerben *verſchaiden iſt etc. Und daz di Red alſo ſtet und unzerbrochen bleib, darumb geb ich der offigenanten* Samnung von Zvvetl *dieſen Brieff, beſtattigten mit meinen und mit meins vorgenanten* Vettern *Herrn Chun-rads* Inſigl, *meines Vettern von Pucchberch, der diz Dings auch* Gezeuch *iſt, mit ſamt ſeinen vor-genanten* Sunen, *daz iſt VVilfing, Alber, und Rapot, dazu Herr Leutold und Herr Alber von Chuenring, Herr Haug und Herr Remprecht die Turſen von Liechtenfelß, und andere* Herren, Ritter *und* Chnappen *genueg. Daz iſt geſchehen und der Brief iſt gegeben daz* Zwetl *in dem Cloſter an St. Blaſen Tag nach Chriſti Gepurd* dreizehen hundert Iar, *darnach in dem* neunten Iar.

1309. Coenobium Samnung. Sigillatores. Teſtes. Herren, Ritter, Knappen. Datum.

NVM. XXXIII. LIB. II. fol. LII. pag. I.

Charta donationis factae Zvvettlenſibus in Erlbach an. clɔ cc LVIII.

VNiuerſis Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit, Ortlibus de VVINCHEL *miniſterialis Auſtrie* ſalutem in omnium ſaluatore. Quia res geſta facile in contemptum ducitur, cuius origo neſcitur, debet omne factum *literis* imprimi, et poſterorum memorie commendari. Tenore igitur preſentium notifico uniuerſis preſentibus et futuris, quod de *conſenſu uxoris* mee Eliſabeth et de bona voluntate *matris* mee

Charta de WINCHEL 1258. *Donatio alodii cum*

1258 mee dominę Chunegundis ob remedium animę
conſenſu matris, uxoris. patris mei et anteceſſorum meorum, et ob meorum remiſſionem peccaminum, clauſtro in Zvvetl et conuentui ibidem libere contradidi
Erlbach. omne *ius proprietatis* in uilla mea *Erlbach* tam in agris quam in paſcuis et uirgultis et omnibus in ipſa uilla cum attinentibus, ſicut iure hereditario quiete poſſederam, nullo me penitus impetente: preterea manſum unum, quem Vlricus
Feudum nobilis ab alio. de *VVinchel* a me iure *feodi* ibidem receperat, ab eo redemi, quem etiam manſum predicto loco contuli etc. Ne autem dubium aliquod impoſterum ſuper hoc oriri contingat, literam
Teſtes. hanc ſubnotatis *teſtibus* et *ſigillo duplici*, meo uidelicet et domini Rapotonis de *Valchenberch* feci ad pleniorem euidentiam communiri. TESTES vero ſunt domnus Albero de *Türnſtain* et frater eius, domnus Heinricus de *VVitra*, Domnus Hadmarus de *Valchenberch* et frater eius *Rapoto*. Item Rapoto iunior filius eiusdem. Domnus Hadmarus de *VVerde*, et frater eius Catholdus. Chunradus *Miles* de *Valchenberch*, Katoldus et Vlricus de *VVinchel*, Orphanus de *VVinchelperch*, Erneſtus de *Stokſtel*, et Ludouicus *Officialis de Valchenberch* cum pluribus a-
Actum. liis fide dignis et honęſtis uiris. ACTVM publice in Hedreinſtorf. *anno* domini 1258.

NVM. XXXIV. LIB. II. fol. LIII. pag. I.

Matricula nobilium Auſtriae cIↃ CC LXXV.

Charta foeminae de Winchel 1275. ELiſabeth de *VVinchel* RELICTA domini *Ortlibi* dedit priuilegium monaſterio Zvvetalenſi ſuper uilla et eccleſia in Erlbach. TESTI-
Teſtes. BVS adhibitis ſequentibus: Otto de *Hipleinſtorf*. Chun-

Chunradus de *Puechberch*, Chunradus *Eſſinrieder*, Vlricus de *Redebrunne*. Ludouicus officialis de *VVinchelberch*. Leutoldus de *Stokhſtal* et alii quam plures viri fide dignisſimi et honeſti. *Actum* publice in parochia ad ſanctum Stephanum anno domini 1275. ſabbatho Sitientes. 1275. 1295. *Actum.*

NVM. XXXV.

Item priuilegium Wernhardi *epiſcopi* PATAVIENSIS *ſuper eccleſia iuris* PATRONATVS *in* Erlbach *an.* clc cc. xcv.

NOs VVERNHARDVS Dei gratia *eccleſie Patauienſis* epiſcopus tenore confitemur preſentium, nos uidiſſe priuilegium nobilis uiri domini *Ortliebi* de *VVinchel*, ſigillatum *ſigillo* ipſius penitus in hec uerba; Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, Ortliebus de Winchel miniſterialis Auſtrie ſalutem in omnium ſaluatore. Quia res geſta facile in contemtum ducitur, cuius origo neſcitur, debet omne factum literis imprimi, et poſterorum memorie commendari. Tenore igitur preſentium notifico uniuerſis preſentibus et futuris, quod de conſenſu uxoris mee Eliſabeth, et de bona uoluntate matris mee domine Chunigundis ob remedium anime patris mei et anteceſſorum meorum et ob meorum remisſionem peccaminum clauſtro in Zvvetl et conuentui ibidem libere contradidi omne ius proprietatis in uilla mea Erlbach etc. Vt hec ipſa actio irreuocabiliter firmaretur. Ne autem dubium aliquod in poſterum ſuper hoc oriri contingat, literam hanc ſubnotatis teſtibus et ſigillo duplici, meo uidelicet et domini Rapotonis de Val-

Wernhardi Ep. Patauienſis diploma 1295.

1295. chenberch feci ad pleniorem euidentiam communiri. *Teſtes.* Teſtes uero ſunt dominus Albero de Türnſtein et frater eius dominus Heinricus de Witra. Dominus Hadmarus de Valchenberch, et frater eius Rapoto. Item Rapoto iunior filius eiusdem. Dominus Hadmarus de Werd et frater eius Catholdus, Chunradus miles de Valchenberch. Cathold et Vlricus de Winchel. Orphanus de Winchelberch. Erneſtus de Stokchſtal, et Ludvvicus officialis de Valchenberch cum pluribus aliis fide dignis et honeſtis viris. Actum publice in Hedreinſtorf anno domini 1258. Nos itaque deuota inſtantia uenerabilis in Chriſto fratris domini Ebronis abbatis et conuentus in Zvvetla inclinati, donationem premiſſam in omnibus premisſis articulis, preſertim in *iuris patronatus* eccleſie in Erlbach transla…ne ſeu *donatione* de certa ſcientia, *auctoritate ordinaria* confirmamus, prohibentes, ne quis inpoſterum eccleſiam Zvvetlenſem audeat quomodolibet perturbare. DATVM in Zvvetl anno domini 1295. in die omnium ſanctorum.

Ius patronatus.

Datum.

NVM. XXXVI. LIB. III. fol. LIV. p. 1.

RVD. I. *Imp. confirmatio immunitatis Zwettlenſium a uectigali ſalinario an.* CIↃ CC LXXI.

Diploma Imp. Rud. I. 1281.

RVDOLFVS *Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus*, uniuerſis imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. *Regalis ſerenitas* libenter intendit commoditatibus ſubditorum; ut ceteri ex eo ſuſcipiant purioris deuotionis et fidei incentiuum. Nouerint itaque uniuerſi tam poſteri

ſteri quam preſentes, quod nos honorabilibus et religioſis uiris abbati et conuentui in *Zwetl Ciſtercienſis ordinis* hanc gratiam de *benignitate regia* duximus faciendam, quod iidem *duo talenta ſalis* maioris ligaminis, prout ipſis illuſtris quondam *Fridericus dux* Auſtrie per ſuum priuilegium dignoſcitur indulſiſſe, ſingulis annis in Danubio libere poſſint *traducere* ſine *muta*. Concedentes ipſis has noſtras literas in teſtimonium ſuper eo. Huius rei teſtes ſunt illuſtris *Albertus dux* SAXONIE, princeps noſter kariſſimus, nobiles uiri Fridericus BVRGGRAVIVS de Nurenberch. Comes de *Hardeke*. Leuroldus et Heinricus de *Chuenring* fratres. Heinricus, Chunradus, et Siboto fratres de *Potendorf*, et alii quam plures. DATVM Wienne quinto Calendas Maii indictione nona anno domini 1281. Regni uero noſtri anno octauo,

1281. 1287. *Muta* mau- te *uectigal.* *Teſtes.* *Datum.*

NVM. XXXVII. LIB. III. fol. LVIII. pag. 1.

ALBERTI *ducis indulgentia data* BVRGGRAVIO MAGDEBVRGICO *an.* clɔ cc LXXXVIII.

NOs ALBERTVS Dei gratia *Dux Auſtrie* et *Styrie Dominus Carniole, Marchie ac Portus Naonis* publice profitentes declaramus preſentium inſpectoribus uniuerſis, quod nos uiro nobili Burchardo BVRGGRAVIO DE MAIDBVRCH et Capitaneo in Witra fideli noſtro dilecto autoritatem damus plenariam, et conceſſimus liberam facultatem, ut omnes homines *cenſuales* ad *Weitra* ſpectantes, quos quondam Heinricus *Chunringarius* de Witra ſenior manumiſiſſe dinoſcitur, poſſit et debeat, dum per ipſos fuerit re-

Charta Alberti D. Auſtr. 1287. *Burggrauius Magdeburg. fidelis tum Auſtriae.* *Indulgentia liberandi manuiſſes.*

1297. Datum. requiſitus, perpetuo *liberare*. DATUM *Wienne* Anno Domini 1287. 12. Calend. Maii.

NVM. XXXIIX. LIB. III. fol. LXIII. pag. 1.

Protectio *Zwettlenſibus promiſſa a Chuenringio nobili, quoad fert prouinciae conſuetudo* clↃ cc xcv.

Charta Leopoldo de Chuenring. 1295. Samnung. Scherm nach Landsſitte. Widerwechſel. Teſtes. Dienſtherr. Dynaſtae Auſtriaci miles. Actum.

ICh Leutold *von* CHVNRING *Schencke in Oeſterreich tuen chunt an dieſen Brieff allen Leuten die nu ſint, oder hernach chunftig ſint, daz ich mich annim und gelobe der* ſamnunge *und dem Cloſter ze zwetel rechten* ſcherm *nach deſſ* Landes ſitte, *aber dritthalb Pfund gulte ze Poſenwiſchenpach diu in di Vrowen von tyernſtain an ainen* vviderwechſel *gegeben han etc.* Gezeug *ſind Alber von Weitrach meines Vettern ſun. Herr Alber von* Hohenſtain, *Hadmar und Rapot von* Valchenberch. *Diu* Dieneſtherren, *Heinrich mein* ſchreiber. *Otto von* Pargarn. *Hainrich der Svvellenpekke mein* Ritter. *Alber der* richter *von tyrnſtain. Pilgreim von* Praitenaiche *mein* ſchaffer. *vnd ander vil* piderleut *vil und genueg. Ditz ding iſt geſchehen zu* tyrnſtain *in ainem hoff. do man von Chriſtes geburt zalte 1295. Iahr, 2. Calend. Martii.*

NVM. XXXIX. LIB. III. fol. LXIII. pag. 2.

Ratificatio exemtionis in Poſenvveizenbach clↃ cc xcvii.

Eodem titulo uſus eſt Albero dictus de Chuenring in documento de anno 1251. videat. fol.

NOs Leutoldus de CHVENRING *pincerna* Auſtrie uniuerſis tam poſteris quam preſentibus huius tenore litere, volumus eſſe notum, quod *coemtionem* bonorum illorum in villa dicta *Poſenweizenbach*, que ſanctimoniales femine

ne de Tyrnſtain cum iudicio ac iure proprietatis, quod eisdem dederamus, dominis de *Zwetl* omnimodis vendiderunt, ratam habemus, et prout inſtrumentum earundem ſuper hoc confectum continet, confirmamus; ſuper cuius rei certitudine predictis Dominis de Zvvetl preſentem damus literam, noſtri ſigilli robore conſignatam. Datum Wienne anno Domini 1297. undecimo Kalend. Auguſti.

60. pag. 1. et in alio documento de anno 1283. fol. 63. p. 2. ab Leutoldo de Chunring conſcripto. Datum.

NVM. XL. LIB. III. fol. LXIV. pag. 1.

NOtandum, quod anno Domini 1300. Domina Agnes de *Velſperch* uxor Domini Leutoldi de *Chuenring* obiit in die Sancti Egidii confeſſoris. Qua defuncta predictus Leutoldus ſummus *pincerna* Auſtrie ad *conſilium* domini ALBERTI Sereniſſimi Romanorum Regis iterato duxit uxorem de *Sucuia*, dominam videlicet Agnetem comitiſſam de *Abſperch cognatam* predicti Domini *Alberti Romanorum* Regis et de ſtirpe *regia* oriundam, *ſancteque Elizabeth* affinitate et cognatione coniunctam. Hec inquam Agnes genuit *ſeptem* liberos, videlicet Agnetem, Claram, Iohannem, Hadmarum, Elizabeth, Agnetem et Leutoldum. Prima autem Agnes et Hadmarus cum Clara etate immatura obierunt, et regna ſyderea poſſederunt. *Iohannes* autem et *Elizabeth*, *Agnes* et *Leutoldus* iunior eorum genealogiam ſine dubio occupauerunt.

Codicis Zvvettlenſis genealogia Chuenringiorum. Nobilis dynaſtae matrimonium caeſari cognata uxoris.

NVM. XLI. LIB. III. fol. LXVI. pag. 1.

Chunringi Pincernae Auſtriaci gratia, facta ſuo miniſteriali clɔ CCC IV.

I*Ch Leutold von* CHVENRING Schenck *in Oſterrich und ich Agnes ſein Hauſſ Vrowe wir vergeben an*

Charta *gratiae* Chunringii.

1304.
1302. *an den Brief und thuen khund allen Leuten, daz wir unſern getreuen* Diener *Otten den* Anhanger *die* Genad *ze Fuerdrung haben getan, daz er ain Lechen daz leit daz Ungerdorf in den Obern Velde, daz er von Uns ze lechen hat, verkauffen mag und*

Burgrecht. *auch ſcholl ze rechten und freien* Burgrecht *hinfur immermer zwem er will und zwo ez ihm allerbeſte fueget etc.*

Datum. *Der Brief iſt geben nach Chriſtes gepurt über dreizehen hundert Jahr in den viertem Jahr, darnach an den Palmtag.*

Teſtamentum. Item, *Litera* teſtamenti domine Agnetis de *Chuenring*, Comitiſſe de Ahſperch que ſepulturam in *Zwettlenſi* monaſterio vide icet in gradu presbyterii elegit, quia ipſa de regali ſtirpe eſſe dignoſcitur oriunda.

NUM. XLII. LIB. III. fol. LXV. pag 2.

Confirmatio teſtamenti uxoris a marito an. CIↃ CCC II.

Charta 1302. **I***Ch Leutold von* CHVENRING SCHENCK *in Oſterreich vergibe an diſen Brief, und chund allen Leuten, daz mein* Hausvrovve *deu* Grævine *von*

Uxor nobilis comitiſſa. *Ahſperch durch ihr Seel willen ir letztes* Geſchæffte *offent und ſchaffet an diſen Brief. Dez erſten hat ſie*

Teſtamentum Geſchæffte. *geſchaffet meiner vordern und meiner Stiftunghinz* Zwetl *viritzig Marck Silbers Wiener Gewichtes etc.*

Datum. *Der Brief iſt* geben *und ditz Ding verſchrieben da von Chriſtes gepurt waren ergangen dreizehen hundert Iar in dem andern Iar darnach; an den Perchthag.*

NUM. XLIII. LIB. III. fol. LXVI. pag. 1.

Hardeccii *C. et* Chunringii *pincernae donatio Zuvettlenſibus* CIↃCCLXIX.

Chartae excerptum. 1269. **H**Einricus comes de HARDEKKE et Heinricus de CHVENRINO miniſterialis Auſtrie ſalutem

tem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Quia cauſis ſecularibus multipliciter occupati non poſſumus continua deuotionis et orationum inſtantia omnipotentis Dei miſericordiam impetrare, opportunum iudicamus omiſſiones noſtras atque negligentias eleemoſynarum remedio compenſare. Igitur pro noſtra atque uxorum *noſtrarum* domine Wilpurgis *illuſtris comitiſſe* et *domine Chunegundis* liberorumque eius Heinrici, Alheidis, Hadmari et Marie ſalute, omniumque parentum noſtrorum animarum remedio, cenobium ſanctimonialium Ciſtercienſis ordinis quod Meylan dicitur in Patauienſi diœceſi concordi voluntate fundauimus etc. *Acta* ſunt hec in Meylan Anno Domini 1269. tertio Idus Februarii, indictione undecima.

1269. 1266. *Actum.*

NVM. XLIV. eodem fol. p. 2.

Donatio Bar. de Wilitſchin Zvvetlenſibus cum conſenſu ſororis cIↄ cc lxvi.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas audituris *Schethſo* de VVILITSCHIN *Baro* terre Bohemie ſalutem in perpetuum. Quoniam ſecularibus implicati negotiis minus agere valemus, que nos auctori noſtro reconcilient, et commendent, ſalubre exiſtmauimus illorum neceſſitatibus ſubuenire, qui a mundanis remoti tumultibus Deo liberius, et ſuis precibus pro aliorum exceſſibus poſſunt efficacius intercedere apud Deum. Hinc eſt quod diuina commoniti inſpiratione cum *bona voluntate coniugis* noſtre Domine *Giſle*, *ſororis*, nobilium dominorum de Chuenring, villam in *Reinprechts* ſitam juxta Weitra monaſterio beate Marie virginis in Zvvetl delegauimus ad laudem ipſius, et fratrum

Charta Baronis terrè Bohemiae. 1266.

Conſenſus ſororis, uxoris.

uſum

1266. 1285. uſum, Deo ibidem iugiter famulantium, ea conditione, qua iam dicte *uxori* noſtre aſſignata fuerat, multis coram aſtantibus nobilibus et honeſtis viris, ipſo tempore, quo nobis legitime fuit

Teſtes. copulata etc. Teſtes ſunt dominus Vlricus de *noua domo.* Witigo de *Chrumnavv.* Boribohe de *Scalitz.* Albero de *Borsbcowe,* Zmilo de *Zimlenberch* et filius ſuus Rapoto. Heinricus iunior de *Witra.* Pilgrinus de *Swarzenawe*, et frater ſuus Heinricus. Hugo de *Liechtenſelſ.* Marquardus *Posbu* et alii* plures viri idonei et

Actum. honeſti. ACTVM publice anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto, in clauſtro *Zwetl*, in die ſanctorum martyrum Iohannis et Pauli.

NVM. XLV. LIB. III. fol. LXVII. pag. 2.

Liberatio a cenſu an. ↀ CC LXXXV.

Charta H. de Chuenring. 1285. NOs Heinricus de *Chuenring* dictus de VVITRA preſentis pagine ſcripto notificamus omnibus preſentem literam inſpecturis, quod cum viri diſcreti Gerungus de *Norprechtſtorf* dictus *Raide*, Ottvvinus de *Haslab* nepos Gertrudis dicte *Studel*, Hitzo de *Haslab* dictus Parcus etc. a prenotato *cenſu* et *penſione* ipſos abſoluimus etc. In cuius rei teſtimonium preſentes literas tam noſtri ſigilli, quam noſtrorum generorum, videlicet Reinberti de Eberſtorf ac Wilfingi de Ke-

Acta. gavve fecimus munimine roborari. *Acta* ſunt hec anno ab incarnatione Domini 1285. decimo kalendas Martii, preſentibus teſtibus ſub-

Teſtes. notatis: *Plebanis* Domino Ot de *Wldenſtorf.* Domino Gotfrido de *Norprechtſtorf*, domino Leupoldo de *Hollabrunna militibus*, domino Vlrico de *Ruchendorf* ſeniore, Vlrico filio ſuo, et Karo-

Karoló de *Eſpeinſtorf* dicto *Cino.* Clientibus Heinrico filio *Ruchendorfarii*, Ottone de *Ruchendorf.* Diethero de *Ymdorf.* Dietmaro de *VVildeinſtorff.* Pilgrino et Arnoldo de *Praunſtorf.* Leupoldo de *Grunt*, uiris ſimplicibus, Rugero officiali de *Haslah*, Dietmaro officiali de *Haslah*, Rugero filio Hittzonis de *Haslah*. Theodorico officiali de *Weichartſtorff.* Ottone officiali de *VVeichartſtorf.* Trautmanno de *VVeichartſtorf*, et aliis uiris probis quam plurimis et honeſtis. 1280.

NVM. XLVI. LIB. III. fol. LXIIX, pag. I.

Hiſtoria de Henr. Chuenringii exilio, quod paſſus eſt, quando a iurib. ſtetit Bohemiae regis in Auſtriam aduerſus Rud. I. Habſpurgicum Vbi Weitra *arce deſtitutus* cIↄ cc LXXX.

Qvomodo autem uel per quem modum predictus dominus Heinricus *Chuenringarius* ſenior de *VVitra* exiliatus fuerit, nunc ſcribere curamus, ceterosque amicos eius ad timorem Domini in hac noſtra deſcriptione attentius prouocamus. Cum idem nobilis uir *Heinricus de Chuenring* honoribus, diuitiis, poſſeſſionibus, pueris et nepotibus, uallatus fuiſſet, ſi Deum pre oculis habuiſſet, et aliis moleſtiis pauperes captiuitatibus non oppreſſiſſet, conſiliarios malos uitaſſet, et *Regi Romanorum Rudolfo*, ſicut debuit, obediſſet, forſan tribulationes et exilium euaſiſſet. Sed Deus omnipotens, ut ſperamus, exceſſus eius per *lima m tribulationis* et exilii purgauit, et animam eius que ſimplicisſima erat, in *igne purgatorio* forſitan renouauit. Per hunc autem modum miſſus eſt in exilium

Ex codice Zvvettlenſi hiſtorie an. 1280.

Fortunae Henr. de Chuenring.

Infortunium.

1280. exilium. Habuit enim *filium* nomine Heinricum uirum ſtrenuum et fortem, qui multis diebus *marſcalcus* Auſtrie dignoſcitur extitiſſe, et *Regi* Romanorum ſe per hanc *occaſionem* *oppoſuiſſe*. Habuit enim coniugem idem *marſcalcus* filiam Regis Bohemie *Ottochari* ex *obliquo*. Igitur uxor eius nomine *Agnes* animum ipſius Heinrici marſcalci crebris ammonitionibus immutauit, et ut Regi Bohemie, uidelicet *ſocero ſuo* adhereat, inſtigauit. De quo Rex Romanorum *Rudolfus* nimium exacerbatus quomodo eum cum *patre* et *matre* ac *fratribus* de terra eiiciat, eſt a ſuis emulis ſuſcitatus. Quapropter *emuli* ipſius Heinrici gaudentes quaſi iam occaſionem certisſimam inueniſſent, contra eum tale conſilium dederunt, et ad *Regem Romanorum* pacifice reduxerunt, tali tamen impoſita conditione: ut ſi ipſe aliquatenus mutaretur, et ad Regem *Bohemie*, relicto Romanorum rege, reuerteretur, caſtrum in *VVeitra* cum ciuitate et omnibus ad idem caſtrum pertinentibus, perdidiſſet, ac ſi illud nunquam cum patre et matre et fratribus habuiſſet. Poſt hanc ſponſionem predicta *uxor* eius animum ipſius ut prius, in deterius commutauit, et ut *ſocero* adhereret, inſtantius perſuaſit; ſed poſt hanc immutationem *Romanorum Rex* caſtrum *VVeitra* cum ſuis pertinentiis popoſcit, cui ſe predictus Heinricus *marſchalcus* una cum patre oppoſuit. Sed amicis marſchalci hinc inde conſulentibus, ut caſtrum in *gratiam Romanorum regis* traderet, et ſic indignationem eius euaderet, conſenſit. Quod cum factum fuiſſet, et ipſe *Rex* poſt aliquod tempus caſtrum reddere promiſiſſet, inimicis inſtigantibus caſtrum *VVeitra* non eſt redditum, ſed in manus

Filius A. mareſchalcus. Vxor Boh. R. filia ex obliquo, naturalis.

Offenſa in R. R. Rud. 1. Habſ.

Rud. 1. deſtituit eum Weitra.

ducum

ducum Auſtrie, *filiorum* ſcilicet Romanorum regis annis pluribus deuolutum. Fuit autem predictum caſtrum *Weitra* in gratiam Romanorum *regis* aſsignatum anno Domini 1280. ſicque predictus marſchalcus Auſtrie Heinricus in exilium eſt miſſus, et in *Troppau* defunctus, et cum maximo labore a *matre* ipſius domina Chunegunde in *Zwetlam* reductus, et in monachorum capitulo *ſepultus*, anno Domini 1281. in die beate Margarethe uirginis. Eodem anno ſepulta eſt domina Alheidis de Cheyavve ſoror eiusdem Heinrici, in die ſancti Achatii et decem militum martyrum, uidelicet ante ſolſtitium. Sicque mater miſerabilis amborum cum filium *ſepeliret*, paſſa eſt *duplex* martyrium, quia agnorauerat filie de hoc ſeculo exitum. Poſt hec anno Domini 1283. in die beati Pancratii obiit dominus Heinricus *ſenior* Chuenringarius in Znoyma, iuxta *Brunnam*, et reductus eſt Zvvetlam ad anteceſſorum ſuorum ſtructuram, ac etiam ſepulturam. Iſte predictus Heinricus ſenior Chuenringarius de *Weitra* genuit *tres* filios, et duas filias, ſicut eius pictura declarat. Primum *Hadmarum*, qui obiit ſine liberis. Secundum Heinricum *marſchalcum*, qui genuit Hadmarum Pulkonem, et Chunegundem uxorem Zmyelonis de Gretzen. Tertium *Alberonem*, uirum induſtrium et ſagacem. Primogenita autem filiarum eius dicebatur Alhaidis de Chayavve. Secunda dicitur Maria, que poſt Reinpertum de Ebersdorf fuit domino Eberhardo de Walſe in coniugio copulata. Hec Maria matri compaſſa ipſam de exilio reuocauit, et eam pluribus annis in Lintza aluit atque pauit.

1283. 1280.
Obit.
Sepultura gentilitia in Zvvetle.
1283.
Genealogia

1303.

NVM. XLVII. LIB. III. fol. LXIX. pag. 2.

Chuenringii donatio Zwettlenſibus clɔcccııı.

Charta Alberonis de Chuenring 1303.

EGo *Albero* de CHVENRING harum patentium profeſſione tam preſentibus quam poſteris ipſarum tenorem intuentibus, ſeu audientibus, notum fore cupio uniuerſis; quod ego prouida deliberatione maturi conſilii prehabita una cum conſenſu dilecte *ſororis* mee Marie de *VValſe* nec non cum voluntate Hadmari et Pulkonis *filiorum fratris* mei, pie memorie, videlicet domini Heinrici quondam *marſcalci* Auſtrie, ſed et cum aſſenſu domini Leutoldi de Chuenring *conſanguinei* mei, ob precipuam uenerationem Dei ac glorioſe ſemperque uirginis Marie nec non ob perenne remedium anime patris mei, domini Heinrici de Weitra, et matris mee Chunegundis, omniumque predeceſſorum meorum, proprieque ſalutis obtentu, *eccleſiam* meam in *VVindiſtey* etc. In cuius collationis firmum et euidens teſtimonium dicto abbati et conuentui has patentes cum *ſigilli* mei robore, necnon prefatorum *coheredum* meorum *ſigillorum* munimine roboratas ſtatui ſagaciter aſſignare. Videlicet predicte ſororis mee Marie ſigillo, et fratruelium meorum prefatorum Hadmari et Pulkonis, et Domini Leutoldi de Chuenring ſigillis cum annotatione teſtium ſubſcriptorum, uidelicet Dominorum Heinrici dicti *Canis* et Chunradi et Sibotonis fratrum de *Potendorf*, necnon Domini Vlrici *archi-diaconi* partis *Auſtrie*, et *Vice Domni* Patauienſis eccleſie, et domini Chunradi de *Puechperch*, fratris eiusdem, domini Wilfingi de *Cheyawe*, Domini Aloldi et filii eius Heinrici de *Cheyawe*, domini Hugonis et *Reinperti* Turſonis, *miniſteria-*

Donatio cum conſenſu ſororum & conſanguineorum.

Sigillatores.

Teſtes.

rialium terre. Rudigeri quoquê *Pruzendorſſarii* et Turingi de *Seueld*, cum aliis quam plurimis fide dignis. *Datum* et actum in monaſterio Zvvetlenſi, anno Domini 1303. in die beati Georgii martyris precipui et preclari. 1303. *Datum.*

NVM. XLVIII. LIB. II. fol. LXX. p. 2.

Confirmatio epiſcopi Patauienſis chartae praecedentis clↄ CCC III.

NOs WERNHARDVS *Dei gratia eccleſie* PATAVIENSIS *epiſcopus*, aduertentes diligenter, quod ſumma eſt ratio, que pro religione facit, ea que ad profectum eccleſiarum et eccleſiaſticarum perſonarum pertinent, uotiua proſecutione libentibus animis dirigimus, et directa perpetua firmitate conſolidamus. Sane cum *nobilis uir* Albero de *Chuenring* accedente benigno *conſenſu domine* Marie de Walſe *ſororis* ſue et Hadmari, et Putkonis filiorum fratris ſui domini Heinrici uidelicet, quondam *marſchalci* Auſtrie et domini Leutoldi de Chuenring conſanguinei ſui pro reuerentia glorioſe uirginis Marie, et pro remedio patris et matris ius patronatus eccleſie in Windiſtey noſtre diecefis, quod ſibi competiit in eadem, uenerabili fratri domino Ebroni abbati ſuiſque ſucceſſoribus et conuentui fratrum monaſterii in Zvvetla liberaliter donauit etc. DATVM et ACTVM in ſancta Agatha anno Domini 1303. Cecilie uirginis et martyris. *Charta Pa-tau. ep.* 1303. *Datum & Actum.*

NVM. XLIX. LIB. III. fol. LXXI. p. 1.

Tranſactio de feudo dubio an. clↄ CC LXXXVII.

ICh Ekhardt von PVSLEISTORF *und meine Hauſvrowe Gerdraut und unſere* Chint *Heinreich*, *Charta de Pusleistorf* 1287.

1287. *reich, Ortolf und Rudiger, tuen allen den chunt, die diſen Brief ſehent oder hœrent leſen, und den die nu ſint oder noch chünſtig ſint, daz wir* Chalhohen *von* Potendorf *anſprachen umb ein* Lehen *ze Celdrendorf, daz ez unſer* rechtes erbe vvare, *dez macht wir bedenthalben einen Mnitak hinze*
Auſtregae. *Pusleiſtorf und liezzen die Anſprach an* Schidleut *nach unſer peder* Vrevvnde Rate, *do nam wir an unſerm Teile den Vuchs von Schretental und Rudgern von Pulka, ſo nam* Chaloch *Herrn Friedereich VVallıſchrat und Fridreichen von Proumſdorf ze ſeinem Taile, und Herrn Herbort von Simeningen nam wier bedenthalben ze einen Vbermann, die beſchieden ez alſo etc.*
Litere Handfeſte. *Daz daz ſtete ſei und unzerbrochen, dez hab wier in diſe* Handveſte *gegeben mit unſers* Herrn Inſigel,
Sigillatores. *Herrn Chunrades von Potendorf und mit Herrn Herbotes Inſigel von Simeningen, und mit VVuchſens Inſigl von Schretental, vergewiſſet und geſtetiget.*
Teſtes. *Dez ſint Gezeug der Almar von Potendorf. Der Heinreich von Graize. Vlrich von Grunt. Alber von* Sitzendorf. *Vlreich und VVeichard die* Huntaſſen. *Heinreich der* Zvvetler. *Albrecht des Preunſtoffer Sun. Albrecht von* Pusleiſtorff. *Ott von* Proumsdorf. *Fridreich der* Enikel. *VVeichard von* Grunt. *Arnold von* Gokendorff. *Albrecht von* Pusleiſtorf. *Heintzlieder* Chrieche *und ander* bidervve *levvt.*
Actum. *Daz iſt geſchehen nach Chriſtus Geburt über tauſent Iar zwey hundert Iar, an den ſiben und achzigſten Iar, an Sand* Scolaſtice-*Tag.*

NVM. L.

1300.

NVM. L. LIB. IV. fol. LXXIIX. p. I.

Lis aliquoties repetita et poſt compoſita cIↄ ccc.

NOs *Vlricus de* VVOLFERSTORS *iudex prouincialis Auſtrie* notum fore cupimus uniuerſis tam preſentibus quam futuris hanc paginam inſpecturis, quod Hartnudus, Chunradus, Vlricus, Heinricus, Iſenricus, Hadmarus, Hermannus, *filii* quondam Ottonis de *VVerſenclage* et Chunegundis, Eliſabeth, Leukardis, Catharina *filie* eiusdem dominum EBRONEM *abbatem et conuentum in* Zwetl ſuper bonis in *Haibach* et *Vogtſchlage* eorumque pertinentiis coram nobis anno domini 1.00. impetierunt in *placito* generali; ipſe vero dominus abbas ſuis priuilegiis, uirorumque fide dignorum aſſertione nos certius informauit, quod dicti filii et filie Ottonis de *VVerſenclage* ſuper eisdem bonis etiam antea uidelicet anno domini 1290. impetere conuentum in Zvvetl ſtudioſius nitebantur. Sed tunc per patruum ſuum fratrem Heinricum de *Lilinfelde*, dictum *Chom*, nec non per priuilegia dicti conuentus plenius ſunt inſtructi in dictis bonis *iurisdictionem aliquam* ſe nullatenus habere etc. qui noſtro et aliorum uirorum nobilium conſilio *acquieſcentes* dictam querelam et cauſam dicti abbatis grauem commiſerunt etc. In cuius ſponſionis et compoſitionis *teſtimonium* ad petitionem *partium utrarumque* has patentes domino Ebroni abbati prefato et conuentui in Zvvetl cum appenſione noſtri *ſigilli* et *ſigillorum* dominorum Alberonis uidelicet de Hohenſtain, et Hugonis de Liechtenfels, tradidimus roboratas. Teſtes uero huius compoſitionis

Charta Vlrici de Wolferſtors, an. 1300.

Lis compoſita 1209. *recruduit.* 1300.

Sigillatores.

1309. *Teſtes.* ſunt dicti domini, quorum ſigilla cum noſtro appenſa ſunt; hic, in quorum etiam preſentia hec acta ſunt, et dominus Chunradus de *Liechtenekke* et Otto frater eius, et dominus Heinricus miles de *Paitenueid*, et dominus Griffo de *Vienna*, et alii quam plurimi fide digni. *Actum.* ACTVM et datum in Neunburga anno domini 1309. in die ſancti Benedicti abbatis.

NVM. LI. LIB. IV. fol. LXXIX. p. 2.

Renunciatio iurium Cunringianorum in Zwettle clɔ ccc ix.

Charta Chunringianorum 1309. WIr Heinrich und Vlreich Herrn CHVNRADS Sune *des* Werſenſchlager *von* Purchhuoten *wir tun kund an dieſen Brief, allen Lewten die in ſehent oder hœrent leſen, die nu ſint oder hernach chunftig ſint, daz wir alle die* Anſprach *die wier gegen den* Abt *und der* Samnung *von Zwetl hietten, um daz Guet da ze* Haidbach *und ze* Voitſchlach *etc. Darum geben wir dem offigenannten Abt und der Samnunge von Zwetl* *Sigillatores, defectu proprii ſigilli.* *dieſen* Brief *verſigelten mit den* Inſigln *der* Edlen Herren *Leutolds von* Chuenring, *der* Schencke *iſt in Oeſterreich, und Herrn Albers von* Chuenring *und Herrn Steffans von* Meiſſavv, *des Marſchalcks in Oeſterreich, und unſers* Oheims *des* Abbtes *von* Raitenhaslach, *want wir ſelb nicht* *Teſtes.* aigener *Inſigl haben. Diz Dinges ſind* Gezeug *dieſelben Herrn, die dieſen Brief verſigelt habn, und Herr Haug, und Herr Hainrich ſein Sun, die Turſen von* Lichtenfels, *Herr Vlreich de* Streun, Dienſtherren. *Herr Arnold von* Dobra *der* Richter *von Zwetl, und vier vorgenanten* Schidlevvt, *Actum.* *und ander* bidervver *lewt viel. Diz Ding iſt geſche-*

ſcheben daz Zvvetl *in den Cloſter vor Vrowvn Alter an Sand Lamprechts Tag*, *an* Kirc..vveich *Abend nach der Veſper*, *do man von Chriſtes Geburt zalt dreyzehen hundert Iar und Newn Iar*. 1291.

NVM. LII. LIB IV. fol. LXXX. pag. I.

ZYSTERDORFII *fratris Teutonici ordinis conjugati donatio capellae Zwettlenſibus cum ordinis et dynaſtae conſenſu qui* Kometewr cIↄ cc xcI.

*I*Ch Ott *von* Zyſterſtorf *Brueder von den* Teutſchen Haws *thun chunt allen den*, *die hie gegenwart ſind*, *oder hernach immer chunftig werden*, *daz ich die* Capelle *die ich ze* Zyſterſtorf *in der Stat mit meinem Guet erzeuget*, *gebawet und gewidmet han*, *in Sanct Niclaus Ere*, *gib lediglichen und genzlichen mit allem dem*, *daz ich dazue gewidmet und gegeben han*, *Herrn* Ebern *dem* Abbte *und ſeiner* Samnunge *von* Zwetl, *ewiklichen ze habent mit allem Rechte aigentlichen*, *daz ich daran hab oder gehabt han*, *je oder daran gehaben mœchte*, *ich oder meine* Geerben *mit mines* Koumedewers, *und mit meines* Ordens gueten Willen, *und mit meiner* Hauſs - Vrowen Vrowen Gislen, *und mit aller meiner Geerben*, *und mit meines* HERRN HERRN Leutoldes von Chuenringen *willen*, *durch Got*, *und durch unſer Vrowen und durch des guten* Herrn Sand Niclaus *und aller Heiligen Ehre*, *durch min und miner* Hausvrowen *und meiner* Kind *und aller miner Geerben Sele*, *und miner Vordern Sele*, *alſo etc. Daz diz Dinge ewiglichen ſtete ſei*, *ſo gib ich dieſen Brif der vorgenanten Abt und ſeiner Samnunge von* Zweitl, *veringeſigelt mit dem Inge-*

Charta militis Teutonici 1291.

Capella condita.

adſignata Zwettlenſibus.

Miles Teutonicus uxoratus.

Herr Here nobiles.

Sigillatores.

1291.
1294. ſigel des Koumotewrs der Land Koumodewr iſt von den Teutſchen Haus ze Wienne, und mit dem Ingeſigl meines Herrn, Herrn Leutoldes von
Teſtes. Chuenring. Diz ſind die Gezeug die hernach geſchriben ſtent. Brueder Heinrich der Land Koumodewr von den Tuſchen Huſs der vorgenante. Bruder Ortwein der Kumodevvr von den Tutſchen Huſs zu Wien. Bruder Ott der Prior. Bruder Arnold der Subprior. Bruder Hainrich der Guſter von Zvvetl. Herr Haidenrich der Pfarrer von Zyſteſtorf. Mein HERR HERR Leutold von Chuenring. Herr Gotſchalch der Richter von Flachenekke. Herman mein Vreund der Ritter, gehaizzen der Cholminzer. Heinrich mein Oheim, der Richter von Zyſterſtorf, Reicher genant der Smirle. Friderich der Ritter von Michelſtett. Dietmar und Otte von Zyſterſtorf. E-
Actum. & datum. berhard von Drezing, und ander bider Lewt. Diz Dinge iſt geſchehen und dieſer Brief iſt gegeben ze Wienne in der Stat an den Suntag nach der zwelff Bothen Tag Philippi und Jacobi, da vvaren von Chriſtes Geburt tauſend zvvaihundert neunzig und ein Iar; in dem ain und neunzigſten Iar.

NVM. LIII. LIB. IV. fol. LXXXI. p. 2.

HAGGENBERGII *donatio Zvvettlenſibus facta cum conſenſu uxoris et liberorum* CIↃ CC XCIV.

Charta Ottonis 1294. ICh Otte von HAGGENBERG *tuen chunt allen den die diſen Brif leſen hœrent oder geſehent. Daz ich mit freier hand und guetlichen* Willen *min und*
Conſenſus liberorum. Vrovven *Hedvvigen miner* Huſsvrovven, *und meines* Sunes *Hainriches und miner* Tochter *Catherinen, Margareten, Elzbeten, und mines* Schwe-

1294.
Schvveres Hern Wilſinges von Kyovve *mit aller* 1258.
der vorgenanten Hand *und* gueten Willen *han ich* Conſenſus,
Hern Ebrein dem Ambte uud ſiner Samnunge ze band.
Zvvetl gegeben mein Guet *da zu* Chlaubendorf Chlauben-
vierzehen Phund Geldes für rechtes aigen etc. dorf.
GEZEVG *diz dinges ſint des erſten die vorgenanten* Teſtes.
der Ingeſigl hier hangent, darnach die Dienſtherrn
Herr Leupold von Sachſengange, *Herr Rapot von*
Volchenperch, *Herr Ortolf der* Winchler. *Herr*
Chunrad von Puechberch. *Irnfried der* Ekharts-
ovver, *und darnach die* Ritter *Herr Hermann der*
Cholmünzzer, *Herr Reicher der* Smirle, *Herr*
Hainrich von Zyſteſtorf, *und meiner* Brueder
zvvene. Herr Chunrad Schelhaſs, *Herr Fride-*
rich von Bazmanſtorff, *und auch Herr Hainrich*
von Gavvatsh. *und ander viel* biederlevvt *den*
daz gevvizzend iſt. Diz Ding iſt GESCHEHEN *ze* Actum.
Haggenberg *auf den Hauß nach Chriſtes unſers*
Herrn Geburt 1294. Iar in dem lezten vorgenanten
Iar an den erſten Montag in der Vaſten.

NVM. LIV. fol. eod. pag. 2.

STALECKII *donatio duor. manſor. facta Zvvettlenſibus* clc cc LVIII.

VNiuerſis Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit, *Otto de* STALEK *miniſterialis Auſtrie* ſalutem in omnium ſaluatore. Omnem litis materiam aufert ſucceſſoribus, qui collata religioſis locis beneficia ſcriptis et teſtibus confirmat ad memoriam poſterorum. Hinc ego tenore preſentium notifico preſentibus et futuris, quod, ob remedium anime patris mei, et anteceſſorum meorum, et ſpecialiter in remiſſionem propriorum peccaminum duos *man-*

Charta Ottonis de Stalek 1258.

Duo manſus

ſus

ſus in Stainbach. *ſus* in *Stainbach* iure mihi *hereditario* attinentes clauſtro in *Zwetl* et conuentui ibidem ad ſeruitium beate uirginis perpetuo delegaui eosdem in *manus* domini Chunradi eiusdem loci abbatis libere *reſignando* etc. *Teſtes.* Huius itaque rei TESTES ſunt dominus Aloldus de *Chambek*, dominus etiam Marquardus de *Striweſin*, Vlricus *plebanus* de *Aloldſtei*, Albero de *Gerſten*. Item Alrannus de *Aloldſtei*. Otto de *Ronſpach*. Item Marquardus de *Stalek*, et alii quam plures nobiles et honeſti uiri. *Acta.* Acta ſunt hec publice anno domini 1258. in caſtro Chrummavve. Preſentibus plurimis hominibus de ipſo caſtro.

NVM. LV. LIB. IV. fol. LXXXVI. pag. 1.

Matricula nominum nobilium an. cIↃ CC XC.

Charta Ottonis de Guetrad 1290. EGO OTTO MINISTERIALIS *de Guetrad* uniuerſis hanc literam inſpecturis cupio eſſe notum etc. *Teſtes.* *Teſtes* huius promiſſionis et compoſitionis ſunt *arbitri* partis utriusque predicti. Inſuper et dominus Berhtoldus comes de *Hardekke*, dominus Leutoldus de *Chuenring*, dominus Chunradus de *Potendorf*, dominus Chunradus de *Pilhdorf*, Vlricus dictus *Gruenenbech*. Vlricus dictus *Purchktorfer*, Otto frater ſuus, et alii quam plures MINISTERIALES, MILITES et CLIENTES ac uiri *idonei* et honeſti. *Miniſteriales milites, clientes.* *Actum.* ACTVM et datum *Wienne*, in refectorio minorum fratrum anno domini 1290. pridie idus Ianuarii.

NVM. LVI. LIB. V. fol. LXXXIIX. pag. 1.

Claſſes ordinum prouincialium hic deſcriptae tabularii ita diſpoſiti.

Quin-

1308.

QVintum librum ex his priuilegiis intendimus coadunare, que ex quinque *loculis burſe* Zvvetlenſis monaſterii potuimus congregare. Videlicet ex loculo, ubi reponuntur priuilegia abbatum et prelatorum, ex loculis miniſterialium, ex loculo nobilium dominorum, ex loculo mediocriter nobilium, ſcilicet militum vel clientum, ex loculo ciuium et aliorum proborum. Vnde et priuilegia abbatum et prelatorum primitus declaramus, ita ut cetera per ordinem ſubnectamus.

CLASSES *I praelatorum. II. miniſterialium. III. nobilium dnorum. IV. mediocriter nobilium, qui milites, clientes. V. ciuium.*

NVM LVII. LIB. V. fol. XCIV. p. 2.

Conceſſio decimarum ad dies uitae a Zvvettlenſibus an. clↄ ccc viii.

Charta Sigmar. abbatis Lambac. 1308.

NOs *frater* SIGMARVS *diuina miſeratione dictus* ABBAS *eccleſie Lambacenſis totusque conuentus ibidem ordinis ſancti* BENEDICTI, *uniuerſis Chriſti fidelibus preſentes inſpecturis ſalutem.* Cum ſecundum Iohannem mundus iſte temporibus labentibus diſtinctus cum omnibus que in eo ſunt, quotidie defluere non deſiſtat, non immerito a ſapientibus facta ſeu geſta, ne ſimul cum tempore tranſeant, *ſcripture* teſtimonio confirmantur. Hinc eſt, quod conſultos imitari cupientes ad omnium notitiam cupimus peruenire, quod uenerabiles in Chriſto uiri dominus OTTO *abbas*, totusque conuentus in *Zwetl Ciſtercienſis* ordinis, ex ſua ſpeciali gratia capellano noſtro domino Valentino plebano de ſuperiori eccleſia, cuius *patronatus* ad nos pertinet, quandam decimam in duabus uillis eorum, ſcilicet in *Bebenſtorf* et *Wurmprant* ſub predicta eccleſia iure parochiali ſituatis pre ceteris eorum officialibus loca-

Villae Bebenſtorf. Wurmprant.

1308. 1267. locarunt ad *dies uite ſue* duntaxat *annis ſingulis* colligendam. Tali conditione, ut tam *maiora* quam *minora* eiusdem *decime* omnique iure quo eam, prefatus conuentus *Zwetlenſis* hactenus tenuir, et ipſe plebanus tenere debeat, et in u-

Precaria. ſus ſuos quoad uixerit, expendere prout placet. Poſt *mortem* uero eiusdem plebani prefata *decima* ad predictum *Zwetlenſe* cenobium nullo impediente, uel eam quaſi ad ſepe memoratam parochiam pertineat, impetente, *integraliter reuertetur.* Ne autem alicui poſt mortem memorati plebani aliqua occaſio prefatam decimam impetendi remaneat, memoratis domino abbati de Zvvetl, ſuoque conuentui preſentem

Sigillum. literam noſtris ſignatam *ſigillis* tradimus eis de conſeruatione ſue prefate decime, remota contradictione et impetitione qualibet, firmum teſti-

Datum et actum. monium perhibentes. DATVM et ACTVM in *Zwetl* anno domini 1308. in annunciatione beatiſſime uirginis Marie.

NVM. LVIII. LIB. V. fol. XCV. pag. 2.

Donatio VI. talentorum de uilla in Schonau, uxori deſtinata inſtar uictalitii c̶l̶ɔ cc LXVII.

Charta Rugeri de PRANT. 1267. **V**Niuerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis. *Rugerus de* PRANT, *miniſterialis Auſtrie ſalutem in Domino IEſu Chriſto.* Cum iſtis que pie a fidelibus geruntur, interdum imo ſepiſſime inſolentia hominum pro ſtatu temporis aduerſetur, neceſſe eſt, ut quod digne geſtum fuerit, ſcriptura ſimul et teſtibus roboretur. Sciant igitur preſentes et diſcant

Schonau uilla. poſteri, quod ego dimidiam partem *uille in Scho-*

Schonaw que in patrimonio meo mihi ſorte ob- 1267.
uenerat, uidelicet quinque beneficia cum tribus areis *ſex talentorum reditus* de uoluntate ac conſenſu domine *Albeidis* dilecte mihi *coniugis*, cui predictam ſortis mee diu ante in *dote* asſignaueram, fratribus monaſterii in *Zwetl* uendidi pro *ſexaginta talentis* totum ius noſtrum, quod in predicta noſtra parte uille nos habuiſſe multo tempore notum fuit, ad *manus fratris* Conradi, ordinis *Ciſtercienſis*, integraliter reſignantes, cui commiſſum fuerat idem pertractare negotium pro conuentu. Verum quia prefate uille poſſeſſio, ſi ego absque liberis deceſſiſſem, domino Ruegero fratri meo ac domino Vlrico et heredibus eorundem cum in patrimonio mihi fuerint *coheredes*, eis de iure cedere debeat. Idem dominus Rugerus dictus de *Prant*, cum filia Elsbete, quam illo tempore unicam habuit, ac dominus Vlricus ſororis mee filius *dictus Hauſer*, cum ſuis liberis toti ſuo iuri in ſepe dicta poſſeſſione ad manus predicti fratris Conradi renunciauerunt. Vt autem hec mea *uenditio* ac fratrum predictorum emtio firma iugiter permaneat, et inconuulſa, preſentem literam meam ſigillo meo proprio et ſigillis predictorum ſcilicet domini Rugeri fratris mei, ac domini Vlrici dicti Hauſer, cenſui roborandam; cum TESTIBVS ſubnotatis, qui ſunt: Dominus Waltherus, abbas in *Poumgartenberch*, dominus Fridericus prepoſitus in *Walthauſen*; Vlricus ſenior de *Capella*. Item Vlricus iunior de *Capella*. Hartmarus de *Smida*, Heinricus de *Tade*. Vlricus et *Leutoldus* fratres de *Mitterberch*. Herbordus de *Harde*. Dietericus de *Awe*. Freitel de *Fridhalmdorf*. Heinricus de *Chatze*. Dietmarus de

Conſenſus uxoris.

Eius dos, pro dotalitio.

Teſtes.

1261. de *Pach*. Heinricus *iudex de Perge*. Albertus *Longus* cum aliis multis probis et honeſtis uiris.

Actum. Acta ſunt hec anno domini 1267. decimo quinto Kalendas Ianuarii, in Werden in domo Prantarii ſenioris.

NVM. LIX. LIB. V. ſol. CII. pag. 1.

Renuntiatio iurium filii, in praedio, ſine eius conſenſu a patre alienato Zwettlenſib. CIↃ CC LXI.

Pilgrin. de Schwarzenowe 1261. VNiuerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis *Pilgrinus de* SVVARTZENOVVE *miniſterialis Auſtrie ſalutem in omnium ſaluatore*. Vt anteceſſorum facta uideantur apud poſteros, eadem per *teſtes* et ſcripta ſucceſſorum memorie transmittuntur. Hinc eſt, quod ego *Pilgrimus* tenore preſentium notum facio preſentibus et futuris, quod pater meus pie memorie *Albero* de *Swartzenowe* ſpeciali affectu complectens conuentum in *Zwetl* pro anteceſſorum ſuorum

A patre alienata detinentur a filiis. remedio delegauit eidem in *Wetzlenſtorf* tria predia de *patrimonio iure hereditario* ſibi attinente. *Quartum quoque predium* ſpecialiter pro anima ſua addidit predicto conuentui in eadem uilla, quod predium ego et *fratres* mei inter nos *detinuimus* annis multis. Tandem poſt *obitum fratris* mei pie memorie domini Vlrici ex

Renunciatio iuris et ſatisfactio. diuina inſpiratione *reſipiſcens* prefato conuentui pro me in predicta uilla contuli *cenſum* ad dimidium talentum pro recompenſatione prouentuum, quos diu *indebite* perceperam ex predio memorato. Contuli etiam ſepe dicto conuentui pro remedio anime mee ac fratris mei predicti Vlrici aliud *predium* in prenominata

uilla,

1261. 1271.

uilla, de conſenſu *uxoris* mee Margarethe et *filii* mei Chadoldi, qui mecum ſunt et in eisdem bonis et in omnibus aliis premiſſis, proprietati ac omni iuri ſuo penitus renunciauerunt. Ne autem ſuper his aliqua impoſterum poſſit ſuboriri calumpnia, literam hanc conſcribi et ſigilli mei ſ.ci munimine roborari, cum TESTIBVS ſubnotatis, qui ſunt: Dominus Otto de *Meiſſowe*, dominus Hugo dictus *Türſe*, et frater ſuus Hadmarus de *Liechtenſels*. Heinricus de *Henich*. Wilfingus de *Gerlos*. Albertus de *Renberch*, cum aliis multis. Acta ſunt hec anno domini 1261.

Teſtes. *Actum.*

NVM. LX.

Donatio redituum plurium Zvvettlenſibus cIↃ cc LXXI.

Charta Pilgrini de Swarzenowe 1271.

Glorioſa poenitentia ducis minorennis, qui rexit.

1191\.

Saniores miniſteriales. et conſilio *ſaniorum miniſterialium* meorum, ſubſcriptis *iuſtitiis ampliaui*, ſcilicet: *ne aduocato* praedicti loci liceat alicui uim inferre; ne *placitum abbatiſſae* aduocatus adeat, non rogatus aut inuitatus; ut tribus uicibus in anno placitet absque *omni exactione*, et *lucro*; ut *abbatiſſa officialem*, quem uelit, et quando uelit, conſtituat: et ſi *miniſterialis* eiusdem loci unum de *famulis* occiderit, compoſitionem cum aduocato faciat LX. denariorum, et eccleſiae hominem reſtituat: ſi *filius* eccleſiae ex *aliena familia* uxorem duxerit, cum aduocato LX. denariis componat: abbatiſſa uero ius eccleſiae plenarie exquirat: ſi autem de *familia Styrenſi* matrimonium contraxerit, nullam uim utrobique patiantur, ſed *filiis* et *nobis* uel *eccleſiae* aeque diuidantur. Ne aduocatus aliquem *abbatiſſae* rebellem defendat, aut tueatur. Si *famulus famulum* occiderit, aduocato LX. denarios conferat, hominem uero *eccleſiae* reſtituat. Iſti ſunt qui praedicta iura *iure iurando* confirmauerunt. Gundacher *de Styra*, Otto de *Volkensdorff*, Pillungus de *Kircheim*, Richerus de *Marchburg*. Hartnidus de *Orte*. Heinricus de *Clunic*. Eberhardus *plebanus* de *Trunkirchen*. Gerlach de *Talheim*. Engilſcalcus et Hartungus de *Pulicheim*, Heinricus de *Rulesheim*. Iſti ſunt uero TESTES, quorum teſtimonio haec omnia roborata ſunt: Herrandus de *Wildonia*, Arnoldus de *Wartenberch*, Duringus filius Gund &c. Dietmarus *dapifer*, Vdalricus de *Chienowe*, Hardnidus de *Aus*, Engeſcalcus *Hulinger*, Heinricus de Steine, Heinricus de *Salmanesliten*, Heinricus Portel, Vdalricus de *Patenanger*

Homicidii mulcta.

Nuptiae ſerui ex aliena familia.

Diuiduntur ex ſeruabus nati.

Teſtes iurati,

uulgares.

ger et frater eius Engilſcalcus, et alii quam plures. Nam et ex praedictis IIII. ſcilicet, Gundacher, Otto, Herrandus, Pillungus *ſacramento affirmauerunt Chunradum de Woluefekke* eandem *aduocatiam* non in *beneficio*, ſed ex *gratia*, et permisſione *Otacharii* marchionis habuiſſe, quod et ipſe in extremis confeſſus eſt. ACTA ſunt haec anno ab incarnatione domini MCXCI. indictione VIIII. Epacta XXIII. concurr. XI. Anno XI. Adalberti *Saliſburgi* archiepiſcopi et legati ſedis Romanae. Anno primo Wolfgeri epiſcopi *Patauienſis*, praeſente abbatiſſa *Diemude* apud Aniſum in interiori domo Riwini, qui tunc temporis *monetam* tenebat.

1191. 1202. Rem habere non in beneficio ſed ex gratia. Acta. Chronologia principibus addita. Lege XXI. Monetam tenere.

NVM. VII.

Diploma LEOPOLDI *glorioſi* DVCIS Auſtriae, *et Styriae*, *priuilegia* SECCOVIENSIVM *canonicorum confirmantis in praediis et iuribus aduocatiae* clↃ cc II.

LEOPOLDVS *fauente Dei clementia* DVX AVSTRIAE, *et* STYRIAE *omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum*. Quia diuinae diſpenſationis prouidentia gubernationem *Styrienſis principatus* aſſecuti ſumus, pariter et adepti, dignum Deo miniſterium exhibere nos credidimus, ſi poſt auctii noſtri culminis *magnificentiam* religioſarum eccleſiarum domus bonorum temporalium deuotis ſubſidiis, et profectionis noſtrae clypeo ſtuduerimus ampliare. Hinc eſt, quod uenerabilis *Seccouienſis* eccleſiae praepoſitus praeſentatis nobis ſuis *autenticis* priuilegiis

Leop. D. Auſtriae. 1202. adſequitur Styrenſem principatum. Magnificentia.

1202.

Excellentia noſtra. *excellentiae* noſtrae ad memoriam reuocauit, quomodo dominus Abramus de *Waldek*, uir *nobilis*, et *ingenuus*, monaſterii ſui fundator egregius, caſtrum ſuum *Starchenberch*, cum uilla adiacente dicta *Trabſtetten*, quae titulo proprietatis contingebat eundem, ſimulque omnes ſuos *milites nobiliores*, felicis recordationis domino *Otachero*, *illuſtriſſimo Styriae* marchioni ſub tali conditione tribuit, ac libere reſignauit, ut ipſam ſuam fundationem cum omnibus ſuis praediis, tunc habitis, et poſtmodum habendis, ſine quolibet emolumento iuris, *aduocatiae*, per ſe tantum, et non per aduocatos *inpheodatos* aduocare deberet pariter et tueri. Ideoque noſtrae *principali clementiae*, ex quo nobis eiusdem *principatus diſpoſitio* ceſſiſſet, cum ualida inſtantia ſupplicauit, ut *omnes gratias*, ſeu *donationes* ſiue etiam libertates per eundem marchionem, et filium ſuum *Otacherum*, praeclariſſimum *ducem* eiusdem Styriae, *noſtrum dilectum auunculum* domui ſuae factas, et liberaliter conceſſas per unius priuilegii concluſionem ſibi confirmare noſtrae largitatis munificentia dignaremur. Nos uero ipſius *praepoſiti petitionem* rationabilem, et fundatoris remunerationem nobilem fauorabilibus oculis intuentes poſtulationem ſuam de noſtrorum conſilio procerum duximus admittendam. Igitur iuxta condonationem antedicti marchionis *confirmamus* eidem monaſterio curiam *iumentalem* dictam *uorwiz*, in praebendae ſubſidium datam fratribus cum omnibus *alpibus* paſcualibus, *ſiluis*, *uallibus* ad eandem curiam pertinentibus, cultis, et incultis quae-

Starchenberch. *Trabſtetten.* *Milites nobiliores.* *Aduocatia inpheodata.* *Auunculus Leop. dux Styriae.* *Curia iumentalis uorwiz*, uorwerck.

quaeſitis, et non quaeſitis, uidelicet *ſiluam* di- 1202. 1205.
ctam *Laimriſe*, *Hofgart*, *Trigeal*, *Goſtal*, *Perntal*, *Setal*, *Swalbental*, *Tautental*, *Tiertal*, *Tomtal*. Item iuxta donationem ipſius *auunculi* noſtri domini Otacheri ducis *Styriae ortum domeſticum*, qui *baimgart* communi uocabulo nuncupatur, quem duo fluuii, *Grada* uidelicet, et *Leugnicb* ſuis meatibus intercludunt &c. (*Exinde ſequitur deſcripta prolixe immunitas ab omni teloneo de rebus monaſterii perſoluendo, pariterque prolixa iurisdictio in ſubditos, excepto ſupplicio capitali puniendos.*) TESTIBVS ſubnotatis, qui ſunt Vlricus de *Stubenberch*, Herrandus de *Wildonia*, Dietericus de *Liechtenſtain*, Hainricus de *Chapbenberch*, Bertholdus de *Emerberch*, Gundacherus de *Styra*, Ortolfus, et Hertnidus de *Volchenſtorff*, Gundacherus de *Starchenberch*, Albero de *Polnheim*, Albero de *Grimſtein* Otacherus de *Slierbach*, Vlricus et Leutoldus de *Peccach*, Hainricus de *Adelwanch*, Otto et Otacherus de *Wolchenſtain*, Waltherus de *Fürſtenueld*, Dietericus de *Hochenſtain*, et plures alii fide digni. DATVM apud *Admundiam* anno domini milleſimo, ducenteſimo ſecundo, quarto nonas Iunii, indictione ſexta, ſub Purchardo prothonotario.

Hortus domeſticus, baimgart.

Teſtes.

Datum.

NVM. VIII.

Diploma LEOPOLDI *glorioſi ducis Auſtriae et Styriae, inuerſo ordine, in titulo, ob locum factae donationis ex* ferrifodinis *in Runenſes munifici* CIↃ CC V.

IN nomine etc. LIVPOLDVS *Dei gratia* DVX STYRIAE, ET AVSTRIAE. Notum eſſe uo-

LEOPOLDVS *Styriae et Auſtriae D.* 1205.

 ia-

1205.
1206. *Ordo inuerſus.* lumus, quod fratribus de *Runa* dedimus in *fodina ferri noſtri*, quantum eis utilitatis prouenire poteſt ex quatuor *follibus*. Et hanc paginam ſigillo noſtro munitam ad huius donationis confirmationem conſcribi *fecimus* anno domini milles. ducentes. quinto. Huius rei TESTES ſunt: *Teſtes.* Vlricus de *Stubenberch*. Otto de *Haſelowa*, Otto de *Grez*. Otaker de *Grez*. Otto de *Cremeſe*, Otto de *Lapide*. Rudigerus de *Blanckenwart* et alii multi.

NVM. IX.

Diploma LEOPOLDI GLORIOSI *ducis Auſtriae et Styriae donationem Leutoldi et Elizabethae de Guetenberg confirmantis* cIↄ CC VI. *Styria* iterum *Auſtriae praefertur, quia diploma a Leopoldo concepta qua duce Styriae.*

Leop. D. Styriae et Auſtriae 1206. LVIPOLDVS DEI *gratia dux* STIRIAE *et* AVSTRIAE. Notum eſſe uolumus, qualiter nobilis matrona Elizabetha de *Guetenberch*, *alpes*, quae uocantur *Neciſtal* pium uotum uiri ſui *Leutoldi* ſecuta fratribus de Runa recognouit, eiſque teſtamento confirmauit etc. *Datum 1206.* DATVM anno domini milles. ducentes. ſexto. *Teſtes.* TESTES huius ſunt Wernhardus de *Schowenberch*, Godefridus et Otto de *Truchſen*, Dietmar de *Rotenſtein*, Otto de *Grez*, Wigandus de Clamme, Reinpertus de *Mourekke*, Albero *pincerna*, Otaker et filius eius Otaker, et Vlricus de *Grez*, Herrandus de *Wildonia*, Wichardus de *Carlesberch*, Erchengerus de *Landeſer*, Otto de *Ha-*

Haſelowe, Otto de *Weruen*. Wichardus de *Waltſtein*, Rudigerus de *Planckenwart*, et alii multi. 1206. 1209. 1312.

NVM. X.

LEOPOLDI glorioſi *ducis Auſtriae et Styriae* inſtaurantis *Carthuſiam* Gyrienſem in Styria clɔ cc ix.

TESTES ſunt etc. de Auſtria Vlricus Struno, Bernhardus Struno, Hainricus de *Brunen*, Henricus *camerarius* de *Tribeswinkel*. Dietmarus de *Recelnberg*, Vlricus de *Webing* Witgerus de *Leubs*, Henricus de *Subenkirchen* ACTA ſunt etc. Ao. clɔ cc ix. *Teſtes nobiles.* *Actum.*

NVM. XI.

Diploma FRIDERICI *pulchri ducis* AVSTRIAE et STYRIAE *confirmantis literas Leopoldi glorioſi* fundatoris *Gyrienſis in Styria* clɔ ccc xii.

FRIDERICVS *DEI gratia dux* AVSTRIAE *et* STYRIAE *dominus* CARNIOLIAE, *Marchiae, ac* PORTVS NAONIS; uniuerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Accedens noſtram praeſentiam frater Bartholomaeus, prior conuentus de *ualle S. Mauritii in Gyrio Carthuſienſis* ordinis, *Aquileienſis* dioeceſis quoddam priuilegium piae memoriae *illuſtris domini* LIVPOLDI olim *ducis Auſtriae* et *Styriae*, et poſtmodum a diuae recordationis domino *Alberto*, quondam Ro- *FRIDER. dux Auſtr.* *1312.* *Titulus illuſtris ducis.* *Albertus I. imperator.*

 ma-

1212. manorum rege, tunc *duce Auſtriae*, et *Styriae*, *genitore noſtro* chariſsimo confirmatum nobis exhibuit, petens humiliter, et deuote, quatenus memoratum priuilegium cum omnibus articulis in eo contentis, ſuo monaſterio ſupradicto confirmare de noſtra munificentia dignaremur; cuius quidem priuilegii tenor per omnia talis erat: LIVPOLDVS *D. G. dux* AVSTRIAE, et STYRIAE, uniuerſis Chriſti fidelibus praeſentibus, et futuris ſalutem in domino. Ad notitiam omnium cupimus prouenire; quod coenobio noſtro in *Gyrio*, in die dedicationis eccleſiae, quam ibi ad honorem Dei, et beatae Mariae, et Ioannis baptiſtae, et beati martyris *Mauritii ducis*, et principis martyrum *Thebaeorum* propriis ſumptibus aedificauimus, plures fecimus gratias ſpeciales, et quasdam ante facta nobis placuit confirmare. Imprimis poſſeſsiones quas ab epiſcopo et capitulo *Gurcenſis* eccleſiae emimus centum marcis argenti, pondere *Friſacenſi*, cum terminis, quos ei in priuilegio fundationis aſsignauimus, concludantur, alios terminos uiſum eſt diſcretioni noſtrae diſtinguendo limitare, et ad preces uenerabilis *Eckeberti, Babenbergenſis epiſcopi*, qui eccleſiam dedicauit, et *Friderici* dilecti filii noſtri, et multorum nobilium miniſterialium noſtrorum, qui de *Auſtria*, et *Styria* ad dedicationem nobiscum conuenerant, aliquantum ultra riuum *Graſſenich* ampliare, ſupra uillam quae dicitur *Gotronich*, eſt uia publica uerſus meridiem, iuxta quam uallis eſt ſita, quae uallis in imo ſui fundi ſeparat terram noſtram a poſſeſſionibus dicti coenobii uſque in torren-

Diploma Leopoldi Auſtr. et Styr. D. an. 1212.

S. Mauritius, D. Thebaeorum.

Deſcriptio geographica. Graſſenich. Gotronich.

tem

tem Lochomel. A ſiniſtra uero parte ipſius 1212.
uiae, dicta uia diuidit eius terram, et noſtram usque ad rupem, quae dicitur *Crucerenne*, de qua riuus *Gotrounich* nomine deſcendens ſeparat dictas poſſeſſiones a terra *Ortolfi* de *Momparis* usque in *Graſſenich*. Abhinc extenditur per uallem terminus, et in aſcenſu montis diuidit terram, quam ab epiſcopo Gurcenſi emimus, et terram Vlrici domini de *Momparis*, usque ad terminos uillae, quae dicitur *Praprocb*. A *Praprocb*.
quo loco relicta uia ad ſiniſtram, erigit ſe terminus ad dextram per uerticem collis usque ad ſummitatem montis, quem terrae incolae uocant *Graez*. Inde protenditur usque ad ca- *Graetz*.
cumen montis, qui dicitur *Sitikonich*. A quo *Sitikonich*.
loco extenditur terminus ſemper eundo per montium cacumina, usque ad extremam partem *montis*, qui uocatur Leicit. Horum montium partem, quae uerſus *aquilonem* reſpicit, cum paſcuis ſibi adiacentibus coenobio tribuimus memorato. A dicto uero *Leicit* exten- *Leicit*.
ditur terminus ad montem, qui dicitur *Cremen*, cuius montis partem, quae uerſus *Graſſenich* reſpicit, coenobio conferimus memorato. A *Cremen*.
monte uero *Cremen* extenditur terminus in *Graſſenich* uerſus occidentem. Inde aſcendunt termini inter uillam noſtram, quae dicitur *Pogoriz*, et uillam Nygozeliz, *Pogoriz*.
quam cum ſuis terminis coenobio de- *Nygozeliz*.
dimus, diuidentes aſcendendo poſſeſſiones uillae noſtrae, quae dicitur Sclauonice *Verrech*.
Verrech, et uillae, quae dicitur *Graconitz*, quam *Graconiz*.
cum ſuis terminis coenobio donauimus usque ad uerticem montis deſuper eminentis, de quo monte deſcendunt termini diuidentes poſ-

ſeſ-

1212. ſeſſiones noſtras a poſſeſſionibus uillae, quae *Lichtouich.* dicitur *Lichtouich.* Vltra quam uillam cum ſuis terminis coenobio datam fons eſt, qui in *Lochomel.* terminis oritur, et deſcendens in torrentem *Lochomel* terminos claudit. Quidquid his terminis clauditur, nos Deo, beatae Mariae, et beato Iohanni baptiſtae, et beato *Mauritio* martyri, *duci et principi Thebeae legionis* et *ſeruitoribus* eccleſiae de *Gyrio* inuiolabiliter perpetuo tradimus poſſidendum. Extra hos terminos conferimus eis uillam uinea- *Planinich.* rum nomine *Planinich*, confirmantes eis quin- *Friſae.* que marcas *Friſacenſium* pro piſcibus, quas in *Marchburg.* foro noſtro *Marchburg* percipiunt, in feſto beati Michaëlis annuatim perſoluendas: uolentes etiam, ut in officio de *Liuben* in perpe- *Liuben.* tuum decem maſſas ferri percipiant annuatim, donantes eis de nouo in foro noſtro de *Tiuer*, *Tiuer.* quinque marcas denariorum pro *ſale*. ADVOCATIAM loci nobis et ſucceſſoribus noſtris re- *Aduocatia reſeruatiua fundatoris.* tinemus mere et pure propter DEVM, non propter utilitatem aliquam temporalem, ſed ut *ſeruos* Dei, et eorum *colonos*, et familiam ab aliorum iniuſtis oppreſſionibus defendamus. Et ideo ſtatuimus firmiter, et mandamus, quod nullus *iudex*, uel *officialis* noſter, uel *ſucceſſorum* noſtrorum habeat poteſtatem iudicandi *Exulent iudices.* colonos eorum, uel familiam, niſi requiſitus ab eis. Si uero aliquis liber, uel ſeruus clauſtri de *furto*, uel de quocunque alio *maleficio* fuerit accuſatus, cauſa coram *officialibus clauſtri* uentiletur, et ſi conuictus legitime fuerit, res *Cauſae uentilentur coram officialibus clauſtri.* conuicti omnino *clauſtro* permaneant, ſed ipſe, ſi *mortem* promeruit corporalem, uel membri mutilationem, ut cingulum comprehendit, iudi-

diçio noſtro in Tiuer relinquatur. Quodſi ſecundum *iura terrae mutilationem* ſuam poteſt pecunia redimere, ipſa redemptio ad clauſtrum pertinebit. Statuimus etiam, ne quis *uenatio nibus*, uel *paſcendis* pecoribus, uel lignorum incisionibus terminos ſeruorum Dei ibi habitantium inquietare praeſumat. Et quia *uenatoribus* noſtris de horreo noſtro expenſas dare conſueuimus, inhibemus eisdem, ne clauſtrum, ſeu homines ipſius, ſeu noſtros hoſpitando praeſumant aggrauare. Hanc noſtrae *pietatis* actionem ſigilli noſtri munimine roboramus. TESTES autem, qui praeſentes fuerunt, et ad hoc nos ſuis precibus induxerunt, ſubſcribere ſtuduimus: Eckebertus *Babenbergenſis* epiſcopus, Fridericus *filius* noſter, Vlricus de *Peccach*, Albertus de *Rohas*, Luitoldus a Wildonia, Fridericus de *Petouia*, Otto de *Chunigesberch*, Otto de *Traberch*, Otto de *Grez*, Liupoldus de *Gouewiz*, Hadmarus de *Chunrinch*, Marchwardus de *Hyntberch*, Rudgerus *marſchalcus de Planckenwart*. ACTA ſunt haec anno domini milles. ducent. duodecimo. VII. Idus Nouembr. indictione XV. *Datum* in domo noſtra *Niwenburch* per manus *notarii* noſtri Heinrici *Petouienſis*. Nos itaque ſupradictus pie fauentes precibus, ut fratrum in dicto monaſterio Deo famulantium deuotionis conſequenter efficiamur participes, praemiſſam donationem cum libertatum ſuarum plenitudine confirmamus, approbamus, innouamus, ac praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Quod quicunque turbare, impedire, uel quomodolibet infringere praeſumpſerit, diui-

1212 *Ius terrae.* *Venationes et paſcua.* *Teſtes.* *Actum.* *Datum.* *Notarius ſecretarius.*

1312. *diuinae ultionis* poenam ſentiet, nec indignationis noſtrae grauamen ullatenus *euitabit*. DATVM apud *Gretz* anno domini milleſimo tricenteſimo duodecimo IV. Kal. Febr.

Datum 1312.

Sigillum deſcriptum. *Sigillum* appenſum exhibet Fridericum equitem, in cuius *ſcuto Auſtriacum*, in uexillo *Styriacum* inſigne cernitur. Epigraphe uero ob attritum, fractumque marginem legi nequit.

Animaduerſio patroni de miniſterialibus prouinciae den Landherren, *quibus inferiores administri ducis.*

Nota ad uerba diplomatis Leopoldi ducis Auſtriae Anni 1212. *Multorum nobilium miniſterialium noſtrorum.* Ex quibus clarum fit, 1) *dynaſtarum* mediatorum ordinem in Auſtria et Styria antiquiſſimum eſſe, quod alia quoque plura diplomata demonſtrant. 2) *Miniſteriales* hos inter *nobiles* per excellentiam tales, id eſt, comites *dynaſtas* et *barones* numeratos fuiſſe; neminem enim fugit ſuperioribus ſeculis ſolis comitibus et dynaſtis titulum *nobilium* collatum fuiſſe. Sic idem Auſtriae dux *Leopoldus* in confirmatione priuilegiorum monaſterio *Cremiſanenſi* ann. 1217. conceſſorum *miniſteriales* ſ*ſuos nobiliores baronum* titulo mactar; Sic enim ibi: praeſentibus praelatis noſtrae ditionis et in praeſentia Diepoldi marchionis de Vochburch, baronum quoque ſeu miniſteralium noſtrorum nos praenominatam eccleſiam ab omni ſecularis iuriſdictionis uinculo pronunciamus prorſus abſolutam. RETTENPACHER, *in annal. Cremiſanenſ. p. 173. ſq.* In diplomate *Erneſti* marchionis Auſtriae tabularii *Mellicenſis* coenobii de ann. 1073. miniſteriales Marchiae uocantur, Ottocarus dux *Styriae* in priuilegio *Gorſtenſi* monaſterio ſuperioris Auſtriae de ann. 1170. conceſſo, *nobiliores miniſteriales* cos ſalutat; *Rudolphus* I. imperator in conſtitutione de pace publica tenenda, de ann. 1276. in Auſtriacis prouinciis publicata, comites et barones *miniſteriales* Auſtriae uocat, in priuilegio Styrienſibus conceſſo ann. 1277. maiores miniſteriales, et in alio ab Auſtriacis ann. 1283. obtento *meliores terrarum* denominantur. Carolus IV. imp.

in

in uariis diplomatibus de ann. 1366. die Landt-Herren eos appellat. Alii ex imperatoribus et Auſtriae archiducibus dynaſtarum ordinem in Auſtria, modo Dienſt-und Landt-Herren, modo Grafen, Freyen und Herren, quod et hodie uſu uenit, uocitant. Aliqui etiam eorum in torneamentis Rothenburgenſibus de ann. 942. Conſtanzienſibus de ann. 948. et Hallenſibus de ann. 1042. die Landt-Herren dicti ſunt. Eiusdem encomii plura exempla in codice fundationum *Zwethalenſium* obuia ſunt.

FVR-

LIB. IV.

FVRSTENBVCH

von

Oeſterreich und Steyrland

beſchrieben von

HERRN IANSEN dem Enencheln, bey nahent vor vierhundert Iahren.

Hievor niemals im Truck ausgangen, nu aber nach fleiſſiger Vberſehung, den lœbl. Staenden baider Landſchafften deſs Ertzhertzogthumbs Oeſterreich under und ob der Enſs, zu ſondern Ehren publicirt und zugeſchrieben:

durch

HIERONYMVM MEGISERVM,

Kayſ. Co. P. der Ertzhertzogen, wie auch der Landſchaft in Oeſterreich ob der Enſs, beſtelten HISTORICVM.

in uariis diplomatibus de ann. 1466. die Landt-Herren os appellat. Alii ex imperatoribus et Auſtr. ac archiducibus dynaſtarum ordinem in Auſtria, modo Dienſt- und Land-Herren, modo Graſen, Freyen und Herren, quod et hodie uſu uenit; uocitant. Aliqui etiam eorum in torneamentis Rothenburgenſibus de ann. 942. Conſtanzienſibus de ann. 948. et Haſlenſibus de ann. 1042. die Laudt-Herren dicti ſunt. Eiusdem encomii plura exempla in codice fundationum *Zweibalenſium* obuia ſunt.

LIBER QVARTVS

DIPLOMATARIVM GARSTENSE.

Ex libro traditionum monaſterii GARSTENSIS *in ſuperiore Auſtria a Marchionibus Styriae ſub finem ſeculi XImi fundati.*

NVM. I.

Inſtitutio coenobii GARSTENSIS *an. 1082.*

REuerendiſſimo Patri et domino ALEXANDRO *S. R. eccleſiae ſummo pontifici.* A Dei et ſui gratia SALZBVRGENSIS eccleſiae humilis miniſter deuotam obedientiam in oratione et prompto ſeruitio. Priuilegium uenerabilium epiſcoporum *Patauienſ.* eccl. et abbatum GARSTENSIS monaſterii legitimum et iuſtum pro concambio parochiae, in quo ipſius monaſterii facta eſt inſtitutio ac traditio, per marchionem Styrenſem *aduocatum* OTTOKARUM *et per* PATAV. *epiſcopum Vlricum.*

NVM. II.

Inſcriptio epiſtolae Moguntini ad papam Electoris nulla mentio mſct.

Reuerendiſſimo patri et domino ALEXANDRO *S. Romanae eccleſiae ſummo pontifici*, (Dei et ſui gratia MOGVNTINAE eccleſiae humilis miniſter et apoſtolicae ſedis *legatus*; deuotiſſimum

Babo Durinc, Adelbero, Berchtolt Richero, Volchold Durinc, Isangrin, Gerunc, Reginhalm, Otto. 1082. 1120. 1116.

NVM. V.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, ALTMANUS Dei gratia Patauienſis epiſcopus, Chriſti fidelibus in perpetuum, qualiter nobilis uir OTTAKER marchio Styrenſis etc. *Anni 1082. fragmentum.*
Ante dicti teſtes omnes adducuntur. Acta ſunt autem haec apud *Lauriacum* an. incarnationis domini MLXXXII.

NVM. VI.

Omnibus etc. qualiter quaedam Domina Chriſtina nomine VEDVA Hugonis de *Brunna ren*, delegauit in manum *Gundakeri* de *Styra* tale praedium, quod habuit apud Biberbach ad conſeruandum ſibi et filiis ſuis, dominus uero *Guntherus abbas* loci noſtri comparauit illud *ſexto dimidio talento*, quod praedictus Gundaker rogatu ipſius *uiduae* delegauit idem praedium ſupra reliquias *S. Mariae* in urbe *Styra* coram ipſo abbate et aliis multis, huius rei teſtes hij: *Gundaker de Styra*, Helmhart, frater eius, Bobbo de *Gruonburc*, Meginbrecht, Cunrad, et frater eius, Adelbertus, Leo clericus Fr. Hugonis, Fridrich uenator, et filius eius Durinc, Rupertus Caecus, Winth. Rudiger, Wicilo, *Engilbertus clauiger, et Otto cocus.* *Donatio 1120. praeuia refutatione et emtione admixta.*

NVM. VII.

Omnibus etc. qualiter quidam nobilis uir Theodoricus de *Adelgeresbach* etc. Teſtes at- *A. 1116. Teſtes in donatione.*

 tra-

1096. 1120. traximus, qui ſunt. Gundaker de *Styra*, Bibbo de *Grunenburc*, Heinrich *Bolan*, Diterich Enenke, Engelſcale, Degenhart, Biligrin, Heriman de Enſe, Gerhoch et filius eius *Dietmarus Halmile*.

NVM. VIII.

Fragmentum donationis matris cum conſenſu filii. 1096.

Nouerint cuncti etc. qualiter quaedam matrona *Hildegartis* nomine et *filius* eius Vdalricus de *Ipbe*, tradiderunt pro remedio animarum ſuarum omniumque parentum ſuorum *curtim* ſub *ſalii* ſui, in *Ipbe* uilla per manum ducem marchioniſſae etc. in Auſtria uero ex una parte riui *Golſena* nomine dicti *curtem unam*, et ex altera parte eiusdem riui *curtim* alteram cum *nouem beneficiis* ſuisque appendiciis infra *Suarcenbach*, et *Bueccbenbach*, uſque ad petroſum parietem etc.

Nouem beneficia.

Teſtes. Ritus teſtium per aurem attractorum.

TESTES autem traditionis per aurem *attracti* ſunt ſubterſcripti: Marchio *Dieboldus* de *Vohebure*, Adelbertus comes de *Bebegovve*, Beringer de *Capellae*, Gundaker de *Styra*. Billunc. Ludebich de *Slierbach*, Reinher de *Staine*. Otto de *Volkenesdorf*, Berchtoldus de *Gluniche*, Dietmarus de *Cherſpe*, Dietrich *Enenkle*, Luitoldus de *Hohenſtorf*, Otto et Ortolfus, fratres de *Griezkirchen*. Marquardus de *Rotengrôbe*. Adelbero et Henricus fratres *de Domechenſtain, et alii quam plurimi noſtri.*

NVM. IX.

Teſtes in concambio.

Notum etc. quod nos fratres *Garſtenſes* fecimus *concambium* cum quodam nobili homine

1119. Marquardo cognomine *Stacoi*. TESTES, Gunda-

daker de *Styra*, Reincher de *Lapid* : Otto et 1150.
Ortolfus fratres de *Griezkirchen*, Berchtoldus *Gluniche*. Diermarus de *Chersperc*. Ortolf de *Waltenſtain*. Marquart de *Buſenvvane*, Werigant de *Aſcha*, Engelſcabe de *Hueangen*, *Dietericus de Berge, et alii quam plurimi.*

NVM. X.

Notum qualiter quidam de *miniſterialibus Ottokeri marchionis* uocabulo Henricus de *Domechenſteine*, et *uxor* eius Luitgart etc. TESTES ſunt Werigant de Aſcha, Hartman de Adelhartespe Rudolf Flame. Durnic de *Derenberc*, Durinc *Schegge* et frater eius, Marquart. Ortolf. de *Loſinſtain*, Wecil de *Styra*, Biligrin de *Vrle*. Rudolf *Indegaiſte* et frater eius Wernh. Vdalrich de *Duncingen*, Conrat de *Wertra*. Tritman de *Rubinit*. Gerhoch. Reginolt mercator. Dietrich. Alram. Rudiger. Sifrid, Herrant, Heinrich, Chobel, *Wichart*, *Richunar*.

Teſtes in donatione facta Garſtenſibus. 1150.

NVM. XI.

Prædicta quoque domina *Luitgard* filia Reginheri de *Steine* poſtmodum dedit *potenti manu* Deo et S. Mariæ Garſten praedium apud Warche etc. Teſtes Vdalricus de *Duncingen*, Walchun de *Engelſcun* famulus *eiusdem dominae Luitgardis*.

Teſtes in donatione.

NVM. XII.

Noſcant etc. quod quidam *Bertholdus* delegauit praedium quoddam ſitum in *Lup* etc. Teſtes ſunt Gundaker de *Styra*, Beringer de *Capellae*. Ortolf de *Tolet*, Boppo de *Vrebe*, Engilshalch

Teſtes in donatione Garſtenſib. facta.

1150. de *Huzinbach*, Hartwic de *Lenginovve*, Albrecht *Hutſloc*. Dietmar de *Staphelarn*. Heinrich *Fleiſchezze*. Leo de *Brunnaren*, Hugo paruus, Eberhardus de *Dernberc*, *Wezel* de *Styra*, Allramus de Lube. Fruchtlieb Diemo, *Gerolt*.

NVM. XIII.

Ottokarus dux Styriae donat Garſtenſi coenobio.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. *Ego* OTTOKARVS *diuina largiente gratia dux* STYRENSIS, *quicquid* ob DEI amorem locis ſanctorum beneuola deliberatione concedimus et donamus, hoc ad ſaluationem *corporis* et *animae* noſtrae fore liquido creditur] etc. ut qui in Dei iugiter etc. perſiſtunt, exinde ſaepius et deuotius in noſtro posſint memoria permanere. Idcirco notum ſit omnibus noſtris ſucceſſoribus et ſancti Dei eccleſiae fidelibus tam praeſentibus quam futuris, qualiter nos iuxta fluuium *Gabelenb* duos menſus cum *nemore* ad locum S. Dei genitricis Mariae *Garſten* fratribus inibi Deo famulantibus propter remedium dominae noſtrae et *omnium parentum noſtrorum*, quorum traditionibus et auxilio idem locus conſtructus eſſe cernitur, cum *omni iure* qui ad noſtrum pertinebant ſeruitium, tradidimus cum *uenationibus, piſcationibus*, cultis, et incultis, mobilibus et immobilibus, *quaeſitis et inquirendis*, exitibus et reditibus et ut fratres *liberam poteſtatem* habeant faciendi quicquid ob eccleſiae commoditatem ex illis ellegerint, nullo contradicente, et inquietante. Inſuper unum manſum *Vbſenberg*, quem tres incolunt uiri, ob Dei amorem et animae maioris noſtrae redemptionem cum omnibus illorum recte pertinentibus

menſus. nemora.

uenationes, piſcationes, cum libera poteſtate.

Vbſenberg.

ſuper reliquias ſanctorum iam dicti coenobii nos delegaſſe ſub teſtimonio comprobatur. Alium uero iuxta ecclesiam huſquem quaedam nobilis faemina domina *Giſla* de *Euſſar* pro aeternae remunerationis proemio eidem loco liberali manu contulit, hunc in uſum fratrum rediſſe conceſſimus. Huius traditionis *aduocatia* uel *nobis*, uel alicui *ſucceſſori* noſtro quempiam inbeneficiare non liceat, ſi quis uero totius facti transgreſſor extiterit, *delictorum noſtrorum* reus coram Deo teneatur. Et ut haec noſtrae largitionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa omni permaneat aeuo, et nullus alliquid de bonis prefate eccleſiae aufferre, atque ab eodem loco abalienare poteſtatem habeat, hoc priuilegium praecepto noſtro conſcriptum propria manu corroborantes *ſigilli noſtri* impreſſione et *conſenſu Luipoldi* ducis Auſtriae noſtri *cognati* iuſſimus inſigniri. Pro his et pro caeteris bonis, quae prenominatis fratribus conferre debemus, iter, noſtram *Ieroſolimam*, cum una miſſa de S. Maria, pro unius anno ſpacium domino cotidie commendant, et aliam poſt noſtrum de hac luce diſceſſum pro defunctis et ſalutem animae noſtrae ſingulis diebus celebrabunt, ac ueiut unicorum *praebendam* nobis in euum praeſtabunt. Huius rei TESTES ſunt, Erhinbertus de *Heginuvve*, Fridrich de *Perge*. Herrand de *Wildonia*, Richer de *Marchpurch*, Dietericus de *Hogenſtophe*. Arnold de *Wartenberch*. Erneſt de *Trun*. Dietericus de *Polenheim*, Fridericus de *Migirſtorff*, Henricus de *Hoſuwe*, Albero de *Ichbuſe*, Dietmarus *dapifer*, et frater eius Vlricus de *Butenuwe*, Wolker de *Bernate*, et

1150.

Aduocatia donatori reſeruata.

Execrationis formula. ſit reus delictorum meorum.

SIGILLVM.

Lex donataria S. miſſae.

Teſtes.

1150. *praeco hic quod landrichter.*

et frater eius Ortolfus. Wulfing *cammerarius.* Dietericvs ENENKLEN, Wolſpech, Vlricus *praeco.* Alram *Hartunck*, Herrant, *Dietmar*, Gerunc de *Stutaren*, Cunradus *Herſcapht*, Fridericus de *Scatowe*, Fridericus de *Petowe*, Eberhardus de *Bernowe*, Herchinger de *Landeſere*, *Henricus de* TREISEN.

NVM. XIV.

Donatio de MODERICH *miniſterialis ducis. Allodii. Monaſticae religionis profeſſor.*

Notum quod *Hermannus de* MODERICH, *miniſterialis ducis de Styra* ALODIVM ſitum Moderich, quod *haereditario* iure ſibi ſucceſſit ad locum *Garſten*, ubi monaſtice religionis *profeſſorem* ſe fecit, ea conditione tradidit, ut quam diu Chunradus ſororius eius ſuperſtes eſſet in *beneficio* haberet, et poſt dies illius nullo contradicente, in perpetuam eidem eccleſiae rediceret proprietatem, poſtque autem idem *Chunradus* de hac luce migrauit, dominus Luipoldus Comes de *Pleyen*, contra iuſtitiam illud tam diu tenuit, quouſque Dei nutu pro *ſex talentis* ab eo nos redimentes ſupra altare S. Mariae predicti coenobii delegauit, quibus ita peractis Otto praenominati Hermanni ſororius a nobis duobus talentis acceptis, quicquid iuris in eodem ullo die habuit, in ius noſtrum transfudit etc. adhibiti ſunt TESTES idonei: Luipoldus de *Pleyn* Comes. Hartlip de *Fuchula.* Chuno de *Steuingen*, Chuno de *Imrinspaeh*, Tietmar de *Scelle*, Albus de *Pulka*, Hiltiprand de *Subeningen*, Wergart Luitold, Otto de Moderich, Chadeloh de Dietrichiſtorf, Chadeloh de Tya. Heinric de *Schiow*. *Chunrad Aichhorn.*

Recuperatio amiſſi pro lytro.

Fuchbla bey horn.

NVM.

1150.

NVM. XV.

Nouerint uniuerſalibus fidelium Chriſti tam præſentis cuiquam eorum ſucceſſionem affu turi, qualiter uenerabilis ABBATISSA de TRVNCHIRCHEN, *uiolentia aduocati ſui* uidelicet domini Arnoldi de *Wartinburc*, aliquando uexata obpreſſione quoque et calamitate infracta, praeſentia *illuſtris ducis Styriae* adiit querimoniamque ipſius cum fleta et ſingulta expoſuit, praedictus uero dux praeſentibus miniſterialibus ſuis, nobiliores eorum de *iure aduocatiae* ſupra memoratae diligenter requiſiuit, ipſisque ſeriatim differentibus ſicut antiquitus ſtatutum fuerat. Poſtmodum diligenter firmauit, ut et dominus Gundakarus *miniſterialis* eiusdem ducis propria deliberatione inter caetera coloquia *advocatiam Garſtenſis* eccleſiae ſe non *haereditario* iure, ſed quaſi ad tempus ſibi comiſſam ſuſcepiſſe manifeſtauit. Huius rei TESTES ſunt Herrandus de *Wildonia*, Richerus de *Marpurch*, Hartnidus de Horte, Hartnidus de *Huſe*, Pillunger de *Pernſtain*, Dietricus de *Hohenſtofen*, Dietmarus de *Baunbowe*, Otto de *Volckenſtorff*. Ludiwicus de *Stierbach*, et duo filii eius Gottfridus et Ottakarus, Eberhardus de *Perimberre*, et frater eius Rudolfus, Marquartus, et Otto Scekke, *Cunradus, cellarius*.

Querela de aduocatiae hereditariae abuſu uerſae in temporariam. [*in margine qui de Pollhaim.*]

Teſtes.

NVM. XVI.

Feudum in perſonam conſtitutum.

Vniuerſis etc. quod mulier quaedam de *libera conditione*, Eruntrut nomine *obtulit ſe ipſam* ad altare beatae *Mariae in Garſten*, cum Gertruda *filia* eius et *pueris* eiusdem Henrico uide-

ſich ſelbſt zuleben aufgetragen.

1130. delicet et Berchta et tota ſucceſsione eorundem ad *cenſum* quinque *denariorum* eidem eccleſiae *annuatim perſoluendo.*

NVM. XVII.

Com. de REGIZ *uerſio aduocatiae neceſſariae in arbitrariam abbatis 1130. von Rez, qui poſtea Hardeck dicti.*

1130.

Nouerit omnis ſecutura poſteritas, quod ego LVITPOLDVS *Dei gratia dux Auſtriae* uocatus et cognatus meus *comes Chunradus de* REGITZ, aduocatiam ſuper duas uillas in REGIZ ad monaſterium Garſtenſe pertinentes, quarũ una, quae uocatur *Munichriſe*, proprietatem eius illuc tradidit, ſuper has inquam aduocatiam et totum ius *aduocatie* bono animo ac prompta uoluuntate dimittentes eidem eccleſiae pro ſalute noſtra et parentum noſtrorum contradimus, proprietarie deinceps poſsidenda etc. Ergo ex hoc et de reliquo nullis in praedictis locis ius *aduocatiae* uſurpare ſibi praeſumat, ſed in abbatis conſiſtat *arbitrio*, cui uelit honeſtorum uirorum ita bona ſua commendare, tuenda, ut ſi unus modum exceſſerit, illi auferat commendationem et alteri committat; ſed et ipſi abbati

cum lege de non amplius infeudando.

omnem abſcindimus *infeudandi* ſiue *inbeneficiandi* poteſtatem, alioquin ipſi honorem noſtrum habere *quam extraneae dominationi ſubiacere mallemus.*

NVM. XVIII.

Dux orientis immunitatem a teloniis largitur Garſtenſibus.

1161.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. LVIPOLDVS *dux orientis*, *Cunradi abbati* et fratri eius de Garſten, ego *Luipoldus* Dei gratia uocatus dux in *Auſtria* etc. Hinc eſt quod monaſterium Garſtenſe etc. ab omni exactione *tributi* uel *thelonei* in deſcenſu uel aſcenſu Danubii

nubii etc. perpetua libertate abſoluo ob amorem ſanctiſſimi et glorioſiſſimi *ſepulchri* domini noſtri *IEſu Chriſti*, ad quod inuiſendum deſiderabiliter propero et propter familiarem amicitiam dulciſſimi amici et cognati mei *Stirienſis ducis Ottaker*, quem praecordialiter diligo. In huius autem charitatis locum uolo nobis uerſa uice ab eisdem fratribus annuatim talentum dari etc. *deeſt annus.* 1161. 1171. *Ob amorem S. ſepulchri. Pro amicitia ducis Styriae.*

NVM. XIX.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

HENRICVS Dei gratia dux Auſtriae etc.

Qualiter nos rogata fratrum Garſtenſium poſſeſſiones eorum, quas a temporibus praeclare recordationis fratris noſtri *Con...di Regis* et de *Agiſt* Dietmar infra terminos *Rietmarche uſque ad noſtram libere poſſederunt. anno 1171.* *Henr. D. Auſtriae frater regis Cunradi. 1171.*

NVM. XX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus qualiter *Waltherus de* TRAISIME de beneficio ſuo quod determinatum eſt ad uillam *Reichenaichen* de bonis quoque regni per manum *Ottokari domini* ſui marchione de *Styre* permiſit ad monaſterium Garſtenſis coenobii et fratribus ibidem Deo ſeruientibus poſt mortem uidelicet ipſius praedicti *Waltheri*, ea conditione, ut ipſe. aut quis poſthac poſſit a *regno* in proprium *allodium* aquiſitum poteſtatiua manu *illuc tradat etc. deeſt annus.* *Reſignatio dominii directi.*

1156. NVM. XXI.

Ottokar B. Styriae confirmat aduocatiam Garſtenſibus. 1156.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, *ego* OTTAKER *marchio de Styre* etc. Vnde et ego praeſentibus *miniſterialibus meis* antiquiores eorum de *iure aduocati* ſtudioſe requiſiui, et ipſis ſeriatim diſſerentibus, ſicut auus meus *marchio* OTTAKER ab ipſa loci fundatione conſtituit, et proauus meus marchio LVIPOLDVS poſtmodum diligenter firmauit, ita demum inſtante neceſſitate, imo compellente diuino timore et ipſe perpetua ſtabilitate roboraui. Haec ſunt autem, quae ad *ius aduocati* ſeniorum noſtrorum iudicio inuenta ſunt pertinere. *Ter* in anno, id eſt bis tempore *graminis*, ſemel tempore *faeni* placitum ſuum debet habere et hoc de clamatione uel notificatione illius *praeconis*, quem ſibi abbas uel potens eius nuncius debet ad latus ipſius *aduocati ſedere* et de omni *manuum compoſitione* ſiue *pugnae* ſiue furti *duae* partes ad *eccleſiam* reſpiciunt, *tertia* ad ipſum &c. illuc ſi ibi *prandere* uult, comportent ruſtici circumpoſiti, quo conuenienter *ſeruiatur* ei, ſi tamen ita aduenit, hoc eſt cum *paucitate* ſimul uenientium, quo id poſſit fieri ſine *grauamine pauperum*, ſin alias ieiunus abſcedat. Si *ſeruus* eccleſiae *occiderit* conſeruum ſuum, *ſtemma* ex integro eccleſiae reſtituatur etc. de ſubſequenti uero emendatione duae partes ad *eccleſiam*, tertia ad *aduocatum* pertinebit. Si de ceteris quispiam ſeruum eccleſiae occiderit, reſtitutio itidem *ſtemmate* ſubſequentis compoſitionis *duae* partes ſunt aduocati, tertia eccleſiae etc. de *prebendariis* curiae omnino ſe non intromittat, quicquid exceſſerint. Ea ſolummodo iudicat

Mauia definita aduocati.
1) *compareat ter in anno.*
2) *ſocio* praecone, *landr.*
3) *mulctarum duae coenobii,* tertia *aduocati*
4) *pranſum capiat.*
5) *paruo comitatu.*
6) *in homicidii redemtione* tertia *illius. Stemma.*
7) *non iudicet de praebendis.*
1156.

dicat et corrigit, quae *ſine eius auxilio* ipſi uel noluerint, uel nequiuerint. *Cellam monaſterii aduocatus*, niſi orationis cauſa intrare non habet. Si *ſervus* eccleſiae non *conſervam* uel illi citam duxerit in *coniugium*, nihil pertinet ad eum. De adiutoribus uel uicariis, quos *ſubuocatos* dicunt, in aeternum non cogitet. Curiam unam ad *Bircha* et duos manſus ad *Hulewaren*, et *decimam* ubi fluuius Rubiniche in flumen Aneſum cadit, pro *iure aduocati* de eccleſia tenet. Vnde poteſt etc. haec quae dicta ſunt de alio quolibet iure ſuo cauſari omnino non habet.

1156. 1142. *8) non intret coenobium. 9) nihil habet de connubiis ſeruorum 10) non ſubſtituat ſub aduocatum 11) reditus aduocati ex uillis coenobii.*

NVM. XXII.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. CVNRADVS *diuina fauente clementia Romanorum Rex ſuccedens*, qualiter nos pro animae noſtrae remedio necnon interuentu dilectae coniugis noſtrae *Gertrudis reginae* et *Agnetis* chariſſimae matris noſtrae et *aſſenſu* dilecti *fratris* noſtri Henrici *marchionis* ac humili petitione Berchtolfi uenerabilis abbatis eccleſiae *Garſtenſis*, in honorem ſanctae Dei genitricis Mariae conſecratae *quadringentos manſos* in *ſilua*, quae uocatur *Rictmarch*, uidelicet a fluuio *Ioweniz* uſque ad fluuium *Aguſt* et exinde uſque ad terminum *Sclauorum* legitima donatione conceſſimus. TESTES ſubter notari fecimus, quorum haec ſunt nomina: Theodoricus ſummus Rafinae epiſcopus apoſtolicae ſedis *legatus*. Henricus *Ratiſponenſis* epiſcopus: Otto *Friſingenſis* epiſcopus. Regino *patriarcha* Aquilegienſis. Embrico Wirzenburgenſis epiſcopus. Otto *Ratiſpon.* Praef. et filius eius Otto. Fridericus *aduocatus*. Ge-

CVNRADI II. *Caeſaris donatio* Garſtenſibus *facta 1142. Caeſaris uxor, mater, frater, Teſtes*

1142. Geuehardus comes de *Sulzbach.* Foleradus comes de *Lechesgemunde.* Berchtoldus comes de *Andes.* Vdalricus *Dux.* Adelbertus comes de *Bilſtein.* Vdalricus de *Wilberingen.* Hartwic de *Hagenowe.* Wernhard de *Iulbach.* Fridericus de *Hunzperch.* Raffolt de *Sconeberch.* Otto de *Rora.* Hetel de *Wiecenbach.* Dietericus *Enencklen.* Poppo de *Perericswanch.* SIGNVM domini *Chunradi* Romanorum Regis ſecundi.

Sigillum Cunr. II.



Ego *Arnoldus* CANCELLARIVS uice *Marcolfi Moguntini* archiepiſcopi et archicancellarii recognoui. Anno dominicae incarnationis MCXLII. indict. III. regnante *Cunrado* Romanorum rege ſecundo anno uero regni eius IIIIto. data Ratispone in Chriſto feliciter amen.

NVM. XXIII.

Leopoldus Auſtriae marchio donat Garſtenſibus an. 1142. uinea Herzogenburch.

Notificamus igitur huius ſcripti continentia uniuerſis ſanctae noſtris ecclesiae filiis, quod *Luipoldus* iunior *marchio Auſtriae*, rogatu cognati ſui *Luipoldi Styrenſis* marchionis, potenti manu tradidit eccleſiae ſanctae Dei genitricis in *Garſten uineam* unam ſitam in *Herzogenburche* etc. Huius donationis TESTES ſunt Luipoldus *marchio* de *Styra*, Conradus comes de *Pilſtein*, Gebehardus comes de *Sulzbach*, Hartwicus, Erneſtus, Alramus, Otto, Hartnidus, *Reinberus*, MINISTERIALES, *deeſt annus.*

TESTES.

NVM.

NVM. XXIV. 1145.

Nouerit etc. qualiter quaedam uidua uocabulo *Giſela* ex conſenſu marchionis tradidit ad altare S. Mariae praediolum quoddam *iuxta* WIZTRAH *ſitum ob remedium animae ſuae.* *Donatio* Wiztrach.

NVM. XXV.

Notum ſit omnibus Chriſtianis tam praeſentis aeui, quam et ſucceſſurae poſteritatis, qualiter OTTAKER *marchio* una cum *filio* ſuo *Luipoldo* ſartaginem ſalis quam *haereditario* iure poſſidebat, ad paroricum *halle* &c. *inueſtiturae* autem TESTES ſunt Luipoldus marchio *filius eius Arnhalm*, *Regenh.* *Donatio* ſalis *Hallenſis.* *Cum conſenſu filii. ceu allodium.*

NVM. XXVI.

Nouerint cuncti, uniuerſalis noſtris eccleſiae, filii qund quidam miles Reginherus *liber* tradidit ad altare S. Mariae praedium ad *Wiztrache* ſitum pro uxore ſua Ottilia, et *aliorum utrorumque parentum abſolutione &c.* *Donatio in Wiztrach.*

NVM. XXVII.

Nouerint, qualiter fratres iſti comparauerunt quendam fundum erga *Hartwigum* de *Ruth miniſteriales marchionis.* Dietmarus de Rubinich, nobilis, *Godofridus de Agiſt.* *Teſtes nobiles.*

NVM. XXVIII.

Nouerint omnes Chriſti fideles qualiter nobilis *miles* Dietericus *Enenkl*, de *miniſterialibus* marchionis *Styrenſis*, pro patris ſui Dietrici, et filii ſui Friderici abſolutione tradiderit eccleſiae in *Garſten*, et fratribus ibidem bona et fundum *Enenkelii donatio Garſtenſibus facta in* Ganbinperch. 1145.

in

1145. 1123. in *Ganhinperch*, prope *Wolfenſpach* ſitum etc. TESTES traditionis huius ſunt, Dietricus de *Berge*. Cunradus de *Aſcha*. Ortolf de *Prunne* Hartwich ee *Sulze*. Helmhar ⁷, Marquart Adelber, et alii quam plures. *Acta ſunt haec apud Styram anno 1145.*

NVM. XXIX.

Donatio Domechinſtein, Vocabulum der tauf nahme. Qualiter quidam de *miniſterialibus* Ottokari marchionis uocabulo Henricus de *Domechinſtein*, tradit praedium *Wichenſtorf* dictum, ſecus *Boorath caſtrum ſuum.*

NVM. XXX.

Donatio Ottokári. Romae ſepulti. Notificamus omnibus domino et proximo fidem ſeruantibus, qualiter *Ottaker* marchio, qui *Romae* ſitus eſt, rogatu Wolfgangi hic quondam parrochiani et Erchingeri patris abrant
1123. tradidit huius eccleſiae *Garſtenſis ſiluam* contiguam trans *Aneſin*, quae patritio patratae et per manum *marchioniſſae* Williburgae etc. huius
Teſtes. traditionis TESTES ſunt Dietericus, Erich, nobiles uiri, de familiaribus *Dietericus, Hartwicus, Ereghingerus, et alii etc.*

NVM. XXXI.

Confirmatio donationis de Wilherin. Nouerint tam præſens fidelium atque quam ſucceſſura poſteritas, qualiter filia Vdalrici de *Wilherin*, poſt obitum eius, nobis ſua firmauit auctoritate eam traditionem, quam Adelram de *Berge* pro anima auunculi ſui *Ernſt* ante celebrauit. Huius traditionis TESTES ſunt plures, Magnus, Bruno, Walther de *Lenginbach*, et filius eius Vdalricus, *Helmhart, Marquart.*

NVM. XXXII. 1099.

Qualiter quaedam *madrona* uocabulo *Triderun* etc. TESTES ſunt per *aurem attracti* Vdalricus de *Husperbach* Germanus. Prediĉte *matronae.* Wernh. Liebolf eius *familiares*. Rich de Iphe. Bruno miles eiusdem. Cunradus *Grachursn*, Erchinger de *Wolfare* Durinc. Gerunc de *Enſetal.* Willunc. Mllesnur. Arnhalm Durinc de *Golſleginhart*, Berchtoldus, *Wezie*.

Donationis teſtes, per aurem attracti. Familiares.

NVM. XXXIII.

Nouerint etc. qualiter Dominus *Walterus* parrochianus *Sirincha* tradidit praedium ſuum, quod ſitum eſt *Mahlant* in manus Adelrami de *Berge* etc. Huius rei TESTES ſunt Berchtoldus de *Tombrunnen*, Dietmarus de *Ageſt.* Eberhardus de *Marbach.* Dietmarus *Rodeboto* etc.

Donatio praedii Mahlant.

NVM. XXXIV.

Notificamus etc. qualiter OTTAKER de *Slierbach* cum coniuge ſua *Piligart* quodam praedium iuxta *Chirnperge* ſitum ob remedium omnium fidelium ac filii ſui eod. die *ſepulti* ſuper *altare* ſanĉtae Mariae *potenti manu* delegauit. Huius traditionis teſtes ſunt Berngerus frater eius de Capellae, Dietericus *Enenkle*, *Durnic* Wiph et filius eius *Vdalricus*, 1099.

Donatio praedii Chirnperge. ſuper altare. Teſtes. A. 1099.

NVM. XXXV.

Notum ſit omnibus, quod quidam nomine *Nortwalde* Benzo de *Nortwalde*.

Nortwalde

NVM. XXXVI.

Cognoſcant, quod quidam nomine *Singebotho* etc.

Singebotho.

1138. etc. in huius teſtationis argumentum hi introducuntur in teſtimonium. Erchinger de

Teſtes. *Enſewalde* et filius eius Erchinbolt. Vdelſcalae. Dietricus Enenkel, Lantfrit, Rutmar, *Hiltpolt et Egil.*

NVM. XXXVII.

Rameſcowa. Notificamus, quod quidam de miniſterialibus marchionis *nomine Henrici de* RAMESCOWA.

NVM. XXXVIII.

Notum etc. Teſtes ſunt Dietmarus de Chersperg. Hugo de *Brunnaren, Henricus de Lanzenberch.*

NVM. XXXIX.

Dunzingen. Pateat omnibus etc. teſtes Reginh. de Petra, Erich *de* DVNZINGEN.

NVM. XL.

Stainbach. Notum quod dominus Alranius de *Stainbach,* a *Hugone de Welſa.*

NVM. XLI.

Volcholdus. Nouerit uniuerſitas Chriſtianitatis, qualiter

1138. quidam de miniſterialibus *Ottokari* marchionis de *Styra*, Volcholdus nomine in obitu ſuo delega-

Volkenſtorf. uit in manu *comparis ſui* Arnhalmi de *Volkenſtorf.* Teſtes miniſteriales marchionis. Ipſe *Arnhalmus.* Dietmarus de *Cherſben.* Dietericus *Enenkil. Engilshalc* de *Egilbach, Lantfrid* frater eius.

NVM. XLII.

Teſtes nobiles. Notum etc. quod quidam de MINISTERIALIBVS *Ottokeri marchionis* nomine Arnhalmus de *Gluriche.* TESTES ſunt Engilſchalc de Hunipere, Cunradus filius Heinrici *de Huſrucae.* Berchtol.

toldus de *Gluniche* miniſterial. march. uxor eius Gertrudis. Rehinh de Petra, Dietmar de *Chersperg*. Heinrich de *Lanzperg*, miniſteriales etc. Berchtolf de *Olinſtorf*, miniſterialis marchionis Styrae. Alhait de *Stainbach*, mater domini Ortolfi *et Haidenrici*. 1142.

NVM. XLIII.

Concambium Garſtenſe.

Ne poſterorum deſtituatur ignorantia etc. *Concambium*, quod factum eſt inter eccleſiam *Garſtenſem*, et marchionem *Styrenſem*, eorumque ſubſcriptis teſtibus affuerunt, Albertus de *Berge*. Adelram de *Vrlle*. Adelram de Oeſterriche. Meginhart *de Iphc*.

NVM. XLIV.

Traditio in manus uxoris ad deſtinandum altari.

A progenie in *progenies* timentibus domi num notum ſit, quod quidam Vdalricus cognomento *Stöbbel* miniſterialis marchionis *Styrenſis* etc. in *manus uxoris* ſue Berthe tradidit delegandum ſuper altare S. Mariae in Garſten etc. TESTES. Durnigus. Vlricus de *Brumbercb*. Henricus et frater eius Erneſt de *Egilbach*. Conradus cellerarius, Vlricus de *Patinanger*, Fridericus de *Scatowe*, Ekkefridus Ottaker *Priabauen*, Reinherr de *Tanne*, *Vlricus praeco &c.* *Teſtes.*

NVM. XLV.

Enenkelii donatio duarum uinearum 1142. altari, in Weicherſtorf.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam Dietericus nomine *Enenkel* de *Weicherſtorf*, tradidit *duas uineas* ſuper altare S. Mariae pro remedio animae ſuae et uenditione inter ſe et fratres *Garſtenſis* facta uidelicet *nouem marcarum* ſed *filii* eius *Dietericus* et

1142. Egewardus et *ſoreres* eorum Machtilt Berchta, Eberlnit, Haracha, Adelheit, et filii illorum huic traditioni *contraxerunt*. Denuo *fratres* cum contradictoribus in unum conuenientes dederunt eis *ſeptem talenta*, *paruulis et mulieribus*, dimidium talentum, ob quod ipſi *conſentientes* traditionem proprietatis ratam ſtatuerunt, TESTES ſunt: Durinc de *Traunſteinen*. Vdalricus de *Starchenberc*, Engelſcalc de *Traiſe* et filius eius Luitoldus de *Rotengrube*, duo Henrici praepoſiti iuris montani, et Henricus *Hoſtmann*, Berchtoldus, Bicel, Alram, Bernger, Eggevvart, Enricus, Ottvvin, Gunter, Gozbrecht, Woluolt, Heinrich, Alram, de ipſo loco Luipold *Cellarius* de *Wulfingeſtein*. Beruuolf, Adelbrecht, Sifrit, anno 1142.

Cum conſenſu filiorum et filiarum. Filiis tamen plus datum pro conſenſu, quam filiabus. Teſtes.

NVM. XLVI.

Scire uolumus etc. *concambium*, quod factum eſt inter fratres *Garſtenſes* et inter *perſonam* marchionis miniſterialem etc. TESTES ſunt Gundaker de *Styra*, Degenhart etc. Heinrich *pincerna*, Vdelger etc. Wernhart *de muribus Durinc*.

Concambium. Teſtes.

NVM. XLVII.

Notificamus, qualiter Reginhardus de *Buſenwanc*, per manus Marquarti *fratris* ſui tradidit predium apud *Brunnar*. TESTES ſunt Rudolph *Durinc* Dietmar, fratres praefati Reginhardi, Dietmar auunculus eius, *Durinc*, Schecco, Adelbero *Bruninch*, Luitold de *Bangart*, Erchinger, *Hartnit de Dalarn etc.*

Traditio per manus praedii, Teſtes.

LIB.

1198.

LIBER QVINTVS.
DIPLOMATA STAHRENBERGIANAE GENTIS.

NVM. I. I.

Literae inueſtiturae a* Wolſkero *epiſcopo* PATAVIENSI Gundaccaro *domino de* Styria *conceſſae anno 1198. etiam pro poſteris utriusque ſexus.

IN nomine ſanctę et indiuidue Trinitatis. WOLFKERVS *DEI Gratia* PATTAVIENSIS *ecclesiae Epiſcopus omnibus in futurum affectum caritatis in domino.* Quia memoria hominum labilis eſt, fulcitur aliquociens ſcripture ſuffragio, eo, quod cauſarum dignam conſeruationem ualeat ad notitiam hominum neceſſitatis tempore reportare. Vnde innoteſcere tenore praeſentium cupimus omnibus in perpetuum. Quod cum fidelis noſter *Gundacherus de Styria* ab ecclesia noſtra uidelicet Pattauienſi large eſſet *infeodatus*, et ſe ſic inter nos haberet mutua *conuerſatio*, quod ipſe ad noſtram eccleſiam ſinceritate perfecta ſe gereret, nos uero ipſum *plena gratia* et beneficiis continuis amplexaremur, idem *Gundackerus* pari forma, ut praemiſſum eſt, deferens eccleſiae noſtrae ſua procuratione peregit, quod quidam *uir nobilis* nomine *Gotſchalkus* de HIENSPERCH delegauit libere eccleſiae Pattauienſi has *proprietates*, uidelicet caſtrum WILTPERCH, una cum omnibus ſibi attinentibus tam cultis quam incultis; tam nemus, quam agros ſeu paſcua uel alia quaeecunque quocun-

Pataulenſis epiſcopus inaugurat uaſallum 1198.

Eccleſiae donata in beneficiantur.

Signum. SIGNVM domini *Chunradi* Romanorum regis ſecundi. Et ego Arnoldus *Cancellarius*, uice *Moguntini* domini archiepiſcopi et archicancellarii, recognoui, anno dominicae incarnationis 1142. *indictione* quinta, *regnante* Chunrado rege *ſecundo*, anno regni eius *quinto*. DA-
Datum. TVM apud *Nurenberch*, in Chriſto foeliciter. Amen.

NVM. III.

HENRICI *D.* AVSTR. *fundatio monaſterii S.* Mariae Scotorum *Viennae 1161. cum conſenſu filii filiaeque et priuilegio eligendi ſibi abbatem.*

Henr D. AVSTR. condit. coenobii S. Mar. Scot. 1161.

IN *nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Ego* HEINRICVS *Dei gratia dux* AVSTRIAE etc. Quoniam de conſcientiae ſecuritate tanquam de propriae meritis innocentiae praeſumere nullatenus audemus; ad orationes ſanctorum, utpote certiſſima huius mundanae patrocinia peregrinationis indubitanter confugimus. Inde eſt, quod inter coeteras noſtri patrocinatus eccleſias, quas uel noſtrorum piiſſima deuotio praedeceſſorum fundauit: uel noſtrae munimine auctoritatis protegendas, conſeruandasque reliquit, *Abbatiam* ad honorem DEI, et in ueneratione glorioſiſſimae uirginis MARIAE, et in commemoratione P. GREGORII FVNDAVIMVS in *praedio noſtro*, in *territorio* ui-

deli-

delicet *Fauiae*, quae a modernis *Vienna* nuncupatur. Qua in re deuotionis noſtrae intentionisque propoſitum, et eiusdem noſtri propoſiti formam uolumus minime latere, praeſentium ſeu futurorum fidelium uniuerſitatem; et praecipue noſtrorum dilectionem ſucceſſorum. Quod cum ex *diuerſarum gentium* moribus diuerſis non modicam ſaepenumero contingat ſurrepere multiformitatem animorum, et ex eadem diſſenſiones: Nos in iſtius *nouellae inſtitutione* plantationis, torſiones inuidiae et murmurationum colliſiones monaſticae unanimitati penitus inimicas omnimodis praeuenire uolentes, ſolos eligimus *Scotos*, eo quod et noſtra experientia, et religioſorum potisſimum relatione nouerimus laudabilem eorum *ſimplicitatem*; quosquidem fauente domini Eberhardi *Salisburgenſis* archi epiſcopi. ac domini et fratris noſtri Conradi uenerabilis *Patauienſis* epiſcopi beneplacito, in ſupra nominato loco DEO, et beatisſimae uirgini MARIAE, et S. GREGORIO, ſub regula *monaſticae profesſionis* in perpetuum famuliari ſtabiliter immutabiliterque noſtrae robore auctoritatis ſtatuimus. Hunc itaque *locum* tradimus cum omni *legitimae plenitudine poteſtatis*, et integra poteſtate liberae *ordinationis* poſſidendum atque regendum, cum uniuerſis *mobilibus* et *immobilibus*, cultis et incultis, quae ad uſus et prouidentiam *Scotorum* a nobis, ſiue ab aliis *fidelibus* conceſſa ſunt, uel *concedenda*, *Sanctino Scoto* uenerabili *abbati*, nec non religioſisſimo *Scotorum monachorum* conuentui nulla penitus interpoſita conditione pertinente ad petitionem ſeu prae-

1161.
Territorium ſ. pagus Fauiae *Vienna*

Scoti monachi ſimplices.

Autoritas Salisb. Patauienſis.

1161. ceptum *fundatoris de* ELECTIONE *abbatis*, ſiue
Ius eligendi abbatem. ſubſtitutione monachorum uel fratrum, uel de exteriori ordinatione redituum ſeu praediorum, ſiue officiorum, uel officinarum: Verum ſicut omnes interiorum, ita et exteriorum tota prouidentia in *ſcotorum abbatis* uidelicet, et monachorum arbitrio, et libera ordinandi poteſtas in perpetuum conſiſtat. Porro ne cuiuspiam temeritas, uel ſe aliquatenus *ingerens obliuio* hunc noſtrae inſtitutionis, donationisque tenorem ualeat immutare, eum
Proſcriptio intentata a duce. per *paginam* praeſentem noſtra roboratam impresſione notam facimus poſteritati. Si quis uero praedictae *traditionis* ordinationisque modo contraire tentauerit, *publicae proſcriptionis* animaduerſioni ſubiaceat. DATA *Viennae*
Datum 1161. anno ab incarnatione DOMINI milleſimo cententeſimo ſexageſimo primo, decimo Cal. Maji.
Teſtes. TESTIBVS adhibitis de ORDINE NOBILIVM Engelberto comite de *Garz*, Leopoldo comite
Ordo 1) nobilium. de *Planen*, Vlrico de *Perneck*, Adelberto de *Perck*, Walchuno de *Clame*, Dieterico de *Alcherspach*, Wernardo de *Wilpach*, et Henrico filio ſuo, Ottone de *Reperg*, Dietmaro de *A-*
2) miniſterialium. *geſt.* De *ordine uero* MINISTERIALIVM Alberone de Burgerſtorff, Henrico de *Miſtelbach*, Wernardo de *Lanzendorff*, Wernando de *Rabenſtein*, Vlrico de *Tribanswinckel*, Calhoho de *Tulbingen* et fratribus eius Alberone et Ermfrido, Henrico de *Hag*, Ordolpho *Came-*
3) Capellanorum. *rario*; De *ordine* CAPELLANORVM, Marchwardo praepoſito de *Numanrch*, Rudberto praepoſito de *Munſtuir*, Bilgrino de *Zwetel*, Herrardo de *Traskirch*, Henrico de *Bolan*, Die-

Dieterico de *Miſtlbach*, Philippo *Petro*. FACTA 1161.
autem ſunt haec, *Theodora* uenerabili *ducissa* 1192.
fauente, annuentibus quoque *filiis* eius Leopoldo et Henrico, nec non et filia eius *Agnete*. *Actum ſeu factum.*

NVM. IV.

Conceſſio facta a WOLKERO epiſcopo PASSAVIENSI *praepoſiturae ad ſ.* HYPOLITVM *in Auſtria anno 1192. ad coenobii* muros *et ſepimenta.*

IN *nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.* WOLCKERVS, *Dei gratia* PATAVIENSIS *epiſcopus, in perpetuum.* Propter ſollicitudinem *paſtoralis* officii, quam propitio Deo ſuſcepimus, omnes quidem noſtrae *dioeceſis* eccleſias praeſertim autem eas, quas piae recordationis praedeceſſores noſtri ob amorem et honorem Dei *fundauerunt* atque *dotauerunt*, paternae, pietatis affectu manutenere, fouere, et prout res aut tempus annuerit, promouere, noſtra intereſſe iudicamus. Huius rei gratia ſitum *clauſtralem* et *quarti parietis defectum in ſancto* HYPPOLITO conſiderantes cum expreſſa deliberatione, cum etiam crebris eiusdem loci fratrum ſupplicationibus, eo quod iure *patronatus* ad nos reſpiciat, commiſerati ſumus, adeo ut ſic in arcto poſitis, ſubuenire dignum duceremus. Quam ob rem *muros* domus et *caminatae* cum ſitu ſuo infra ſimul et *capellam*, ſicut ad nos et anteceſſores noſtros hactenus pertinuit, *conſenſu cathedralium* noſtrorum atque *miniſterialium*, eisdem fratribus in ſupplementum clauſtri ſui, *auctoritate* domini noſtri *Ieſu Chriſti* et

Wolkerus Ep. PATAVIENSIS 1192.

Supplet coenobio defectum

Quarti parietis.

Ius patronatus.

Conſenſu cathedralium.

1192. beati protomartiris *Stephani* tradimus, eo duntaxat tenore, ut ipſi nobis aliam in loco ſupra deſignato *caminatam* de lapididibus conſtruant. Hanc itaque noſtrae donationis paginam, poſteris et *ſucceſſoribus* noſtris ratam deinceps habendam. impreſſione SIGILLI noſtri roboramus, et ſubnotatis TESTIBVS iure perpetuo confirmamus. Huius itaque actionis noſtrae *teſtes ſunt*. De CHORO *patau*. Hainricus *Decanus*. Megen gol. *monaſterienſis* praepoſitus. Magiſter Rodgerus. Wernherus de *Acſcbabe*. Ortolfus epiſcopus. *Magiſter* Richerus; Engelbertus *ſ. Floriani* Praepoſitus. Magiſter Chunradus de *Maripurch*. Wiſinto, *ſ. Georgii* praepoſitus. Otto *ratiſpon*, *aduocatus* et *filii* eius Hartwicus. Otto de *Rameſperc*, Eberhartus de *Altenbouen*, Chunradus de *Rotel*. Oulrich de *Chuſtelnwanch*. De MINISTERIALIBVS eccleſiae: *Richekerus* de *Vwefen*. Otto de *Hailenmoure* Dietrich de *Werdarn*. Walter *ſemiliber*. Manegolt de *Sconenbuhel*. Gotfrit de *Mailan*. Marchwartus *Chreicher*. Richer. de *Standersdorf*. Chalhoch de *Gralenperc*. Gotfrit de *Haſeluac*. Sifrit de *Griſenſteine*. Vlchrat et frater eius Albertus Euander. *Rôdunch*. Chunrat de *Walde* et frater eius Otto. Arnold de CVRIA epiſcopi. Gerunc. de MINISTERIALIBVS *ducis*. Hademar. de *Thunringen*. Ortolfus de *Rammeſtaine*. Gundacher de *Siyre*. Rudolf *Stubech*. Chunrat de *Pubeln* et frater eius Dietrich. Rudolf de *Pielab*. De BVRGENSIBVS. Chunrat *iudex*, Wiſint *hammannus*, Vlricus Cleſterbant. Chuno, Marquart et Albrecht *camſores*. Chunrat Grizzel. Vlrich. Wiſint. Erneſt. Chun. Har-

Caminata.

Sigillum I) de CHORO.

II) MINISTERIALIBVS eccleſiae.

Semiliter.

III) MINISTERIALIBVS ducis.

IV) Burgenſibus.

Hammanus.

Campſores.

Actum. 1192.

Hartrac. ACTA ſunt haec anno domini M. C. XCII. anno Pontificatus noſtri ſecundo. Indictione X. feliciter. Ego *Hainricus* Decanus ſ. ego megegotus, praepoſ. ſ. ego Berenhard Wernher. praep. ſ. ego Hainricus ſ. ego Arnoldus S. E. Chadelhohus. S. E. Timo. S. E. Wernherus. S. E. Heinricus. S. E. Richerus. ſ. ego Chunradus. ſ. ego Arnoldus. S. E. Hermannus S. E. Albero S. 1192.

Diplomata Henrici regis Romanorum, quorum AVTOGRAPHA *illaeſa in* Auſtria *aſſeruantur, uenerandae uetuſtatis.*

NVM. a)

Donatio HENRICI *regis* quorundam praediorum inter *Chambam* et *Marach*; Henrico marchioni, an. MII. *Anno 1002.*

NVM. b)

Donatio HENRICI *regis* de centum quinquaginta manſis regalibus intra fluuios Phiſchaha, et lita marchioni Sigefrido. an. MXLV. *1045.*

NVM. c)

Donatio HENRICI *regis* de 30. manſis in Grauenberch et circa, Adelberto marchioni et Froize Vxori eius, MLI. *1051.*

NVM. d)

Donatio HENRICI *regis* de XV. areis iuxta alueum fluminis danubii, marchioni Sigefrido, an. MXLV. *1055.*

NVM. e)

Donatio HENRICI *regis* de XXX. manſis regalibus circa fluuios *Za*, Zoiya, Adalberto marchi- *1058.*

1194. chioni et Froize uxori eius XI. Kal. Maii, an. MXLVIII.

NVM. (f)

1058. Donatio HENRICI REGIS, qua confirmat literas paganicas IVLII et NERONIS CAESARVM, et concedit *aduocatiam* epiſcopatus Iuuauienſis et Laureacenſis Erneſto marchioni, anno MLVIII.

NVM. V.

Exemptio *coetus a* parochia *et* nouae parochiae *in* Kerchhofen *inſtitutio, ob parochialium maiores numeros in* Neukirchen *an.* clɔ cxciv. *uerſio eſt Germanica.*

Adelbertus a epiſc. SALISBVRG. 1194.

IM Nahmen der Heylign und Vngetheilten Dryfaltigkeit. ADELBERTVS *von* Gotz Gnaden der heylingn Krechen SALTZBVRG Ertz Biſchoff, deſs Rœml. Stuel Legat, *allen Kriſten-Gläubigen ewiges Hail, auſs rechter* Schuld *deſs aufgenohmen* Regiment *Sullen wür mit wachenden fleiſs der Kriſtlichen Krechen nutz betrachten, und waſs man der Heyligen* Andacht *und den* Gottesdienſt *eigend, wo daſs irrung gewinnet, in allen Weegen alſsdann das* Haertermæſſigkeit *ziemt und gebühred*, zu eynihait *widerbringen,*

Eximit coetum de parochia.

und darumb von wegen der zweytræcht, *die zwiſchen deſs Pfarrer von* Neünkürchen *und* Stüffter *der* Chappellen *ſant Margrethen zu* Krechhofen *umb dieſelben Capellen ſich lange zeit hat verlauffen in der Maas on ſchaden der Pfarr Krech Neunkirchen mit Willen und Gunſt* Herren *Eberhard* Pfarrer

da-

daſelbſt, vermeynen wir endlichen, nehmlich 1194.
ſo offenbahr iſt, daſs dieſelbe Capellen, und
Pfarrkirchen ſo weit von einander ſeyn, Ac loca
daſs man den Inwohnern derſelben Güt- diſſita.
ter an ſchaden derſelb mit Gotzrechten
durch den Benanten Pfarrer nicht mag
auſswartten, *geneigt durch Gebett Heinrichs*
derſelben Capellen Stüffters daſs Leben Chu- Et dat ius
nonis ſeines Vatters daſs von der Bemeldten peculiaris
Cappellen unz an daſs Wäſſer Feiſtritz *langd,* parochiae.
welch das füran innen werden haben, von al-
ler Gwalt der Pfarrkürchen *und ſambt der*
gemelten Capellen Wirs freyen, oder auf-
nehmmen, ſetzen, das, auf Bitten *deſs Be-*
melten Hainrich und ſeiner rechten Nach-
kommen, ein tauglicher Prieſter *daſelbſt hin*
durch Vnſs und Vnſern Nackkohmen ewig-
klich eingeſezet werde, der alles, das der Be-
melten Capellen zugehört, und waſs ſie könff-
tiglich haben wird, gewalten *gleichen Or-*
then, wie zu eigen auch der lezt genanten Ca-
pellen den dritheil zehent *von dem ehege-*
nanten Leben darumb der bemelte Heinrich Denarii
zu widerlegung der Pfarr-Krechen Gult monetae.
zwanzig Schilling Pfening Payriſcher *und* Boicae
Landtlæuffiger Münſs zu Raplach, Po- uſitatae.
ſchach, *und* Neunkürchen *an alle Gerech-*
tigkeit und Nutzen der Vogtey *gegeben hat,*
Wir mögen und wollen auch daſs der Vogt
kein Gewalt hab, böſsweren den Prieſter *oder* Aduerſus
ſeine Baueren, *ſondern alles daſs zu der Ca* ADVO-
pellen gehört, an abreiſſen *und nuz der* Vog- CATI in-
tey *ſein und ſeiner Vorfordern Seel hayl wil-* ſolentiam.
ler treulich beſchirm, ob Er aber vielleicht ſol-
ches

1197. *ches verachtet und die Prieſter und holden nicht aufhört zu beſweren ainſt*, zwier *oder* dreymal *ermant*, *ſoll mans dem* Biſchoff *verkhonden, und ſo er durch deſs ermahnung und Rath nicht ab wird laſſen*, *ſoll man ihn von den Rechten der* Vogtey abſetzen, *und ain andern den nächſten auſs ſeyn* Erben *auf nehmen. Vnd daſs ſolche auſs unſern Gwalt einſetzung ſteet und ungebrochen bleib haben Wür den gegenbürdigen Brief mit Unſern* SIGILL *geſchafft befeſten. Die Ding ſind geſchehen nach Chriſti Menſchwerdung* tauſend *Iahr*, ain hundert *Iahr*, vier *und* neunzigſte *Iahr*, *alſs die Käyſerl. Zahl was zwölff deſs Kayſer Heinrichs im vierten Iahr, und Vnſers* Biſthumbs *im Sechs und zwanzigiſten, dehr Sachen ſünd zeugen Abbt* Pilgrim *zu St. Peter, Reinhardt deſs* Kayſers Caplan, *Reichart Corherr zu* Fryſach, *Heinrich Pfarrer zu* Mæhrin, *Vlrich von* Hartperg. *Gerold von* Zürch, *Leypolt von* Vogen, *Wolff Herr von* Flatze, *Chabochez von* Gretwein, *Bernhart von* Rab, *Heinrich von* Grætz, *Ruprecht, Grimnld, Ottacker, Rugerus, Conrad Caplän, Heinrich von* Gebennichen, *und Luidwie ſein Bruder Vlrich von* Kalchheim, *Leypold* Wüermprand *von* Stuppach, *Albero von* Grtmmenſtein. *Auf Lauth deſs obern Briefs Sachen bey* hail *Ihrer* Seel *auf all* Laien *die* Vogtey *der Gottsgab haben, und derſelben holden, damit Sy ſich nicht* verprennen, *wann Sy müſſen Got ſchwere* Raitung *darumb beſteen, nach dieſen Leben, und ſoltens warlich nicht ring ſchätzen.*

SIGILLVM. An. 1194.

TESTES.

Würmprand.

Execratio in aduocatum.

NVM,

NVM. VI. 1204.

Ex libro fundationum* ZWETALENSIVM *MSt. ſeculi XIII. diploma, quo* Sophia *B. de* Nurnberg *et C. de* Raktz *donat uineam et fundum Zwettlenſibus, ſibi reſeruato uſu fructu an. 1204.

POſt deſcriptionem quorundum priuilegiorum, que monaſterio noſtro a *dominabus* nobilibus *medicoribus* cum ſigillis dependentibus ſunt porrecta, libet etiam huic operi inſerere eas deſcriptiones, que ſecundum antiquorum hominum conſuetudines *ſine ſigillorum impresſione*, attamen uerisſima et ſimplicisſima *traditione*, in noſtris antiquis ſunt *codicibus* exarate. Vnde et hic PACTIONEM DOMINE SOPHIE nobilisſimae *comitiſſe* de RAKTZ ſuper una uinea in *Leutaker* et quibusdam redditibus in uillaque *Redeleins* dicitur juxta *Neitzen* ad memoriam reuocamus, eandem deſcriptionem noſtro opuſculo de uerbo ad uerbum certisſime asſignantes.

Verba codicis diplomatarii Zwettlenſium.

Chartae ſine ſigillis quae fides.

Sequitur ipſum diploma

Vt cognoſcant omne poſteritatis euum, ſignificamus uniuerſitati fidelium, quod *Dna.* SOPHIA *nobilis comitiſſa in* RAGZE filia *comicis Chunradi*, UXOR BVRCRAVII *in* NVRNBERCH *longe poſt obitum* mariti ſui, *comitis Friderici uineam* quandam in *Leutacher* pro triginta quatuor marcis argenti comparauit, et duos *manſos* in uillaque dicitur *Raedel*, que ad opus miſericordie, et ad faciendas eleemoſinas exce-

Diploma Sophiae C. de KAKTZ Burggr. Noriberg. *filia 1204.*

Donat Leutacher et Raedel Zwetlenſibus.

peras

1204. perat, quando filios ſuos patrimonii ſui ſuc-
1236. ceſſores et heredes conſtituerat, Deo et beate Marie ad uſus fratrum in *Zwetl.* Deo ſeruien-
Reſeruato uſufructu. Acceptum ideo donum tium libere et manu proteſtatiua contradidit; reſeruans tamen ſibi *uſuarios fructus* ſed ne in hoc aliquid iuri noſtro deperiret, poſt factam *ſolenniter donationem* perquam data *recepimus*; rurſus ea predicte domine ad dies uite ſue
et redditum uſufructiariae. ſub *annuali cenſu* indulſimus; ſcilicet, ut de *uinea urnam uini*, et de *agris* dimidium talentum perſolueret. Huius rei TESTES ſunt
Teſtes. Liutfridus de *Graſſowe*, Rapot de *Linda*, Vlricus de *Speiſſendorff*, Alber. de *Pircha*, Chunradus de *Cleubendorff*, Chunrad et Gerboto frater eius, filii Chunradi *Menſchalei*, Tyemo de *Lindenwelde*, Gottfridus et frater eius de *Graſſowe*, Heinricus *Scheube*. Hi omnes de *Ragze* cum plebano domino *Wernherae*, Chunradus *Scholaris*, Chunradus *Cellerarius* comitiſſe, Hadmarus iunior de *Chuenring* et Henricus frater eius Karl de *Tal*, Albero de *Fuxla*, Chunradus de *Chuenring*, Berchtoldus
Actum. *Rebſtok.* ACTVM an. domini 1204.

NVM. VIII.

Priuilegium monaſterio Ciſterienſi, ſanctae Crucis *in* Auſtria *conceſſum a* FRIDERICO II. IMPERATORE *ut ſit ſine* ad uocatis; *ſub Caeſaris protectione; immune a uectigalibus, dulcis indulgentia, 1236.*

FRID. II. imp. priuilegia firmat coenobio Ciſtercienſi 1236.

IN nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis FRIDERICVS *ſecundus diuina fauente Clementia*

tia Romanorum IMPERATOR *ſemper Auguſtus*, IERVSALEM *et* SICILIAE *rex*. Imperialis *excellentia* tunc praecipue ſui nominis titulos ampliat et extollit, cum, diuinae *pietatis* intuitu, per quam praeeſt *principibus orbis terrae*, perſonas religioſas et loca uenerabilia pia mentis affectione protegit ac tuetur, et eorum iuſtas fauorabiliter petitiones admittit. Eapropter nouerit *praeſens* aetas et futura poſteritas, quod ad ſupplicationem fratris *Eglolfi*, uenerabilis abbatis MONASTERII SANCTAE CRVCIS in Auſtria *ciſtercienſis ordinis* fidelis noſtri; *abbatem* ipſum, *conuentum*, *monaſterium*, et omnia bona ſua, quae in praeſenti iuſte tenent et poſſident, et quae etiam antea iuſto *titulo* potuerunt obtinere, ſub noſtra et imperii *protectione* recepimus *ſpeciali*, mandantes: ut quaecunq; iura, quæcunq; *excmtiones* et *libertates* a felicibus *imperatoribus*, *praedeceſſoribus* noſtris uel ab aliis imperii principibus, rationabiliter eidem monaſterio ſunt collata, uel iuſte de caetero conferentur, *rata* ſibi omni tempore, integraque ſeruentur. Et ſicut *ordo Ciſtercienſis* ab exordio ſuae inſtitutionis nullis unquam fuit obnoxius *aduocatis*: ita praedictum monaſterium cum omnibus poſſeſſionibus eius, ab *omni aduocatorum* ratione atque exactione ſit liberum, tam *communi ordinis libertate*, quam praeſenti noſtra conceſſione exemptum. Paci inſuper et immunitati ipſius de imperiali clementia prouidentes inhibemus omnino, ne quisquam dicti monaſterii, aut ullius praedii ſui *aduocatiam* in *feudo* a quoquam habeat, uel habere ullo nomine aut iure ualeat. Nec *donationis* alicuius praedii ra-

1236.

Protectio imperialis.

Ordo Ciſtercienſis nullis ſubfuit aduocatis.

1236. ratione, ſeu commiſſae aut expetitae *defenſionis* occaſione, uel qui a progenitoribus *haereditaria ſucceſſione* nomen et ius *aduocati* in eos, aut bona eorum ſibi quiſpiam uendicet, uel aſſumat. Sed quodcunque praedium eidem monaſterio eſt hactenus uel amodo fuerit in *eleemoſinam* datum, aut iuſtis modis aliis acquiſitum *imperiali tuitioni* eoipſo ſubiaceat, quia *monaſterii* eſſe coepit. Verum ne plerumque, nobis abſentibus, aliquid iuri et utilitatibus dicti monaſterii ualeat exinde deperire, *defenſorem* eis ipſum duntaxat, quem *abbas* et *conuentus* praedicti ad hoc *elegerint*, deputamus et habere concedimus, cui in eorum *defenſione*, in *contractibus*, in cauſis *ciuilibus* et in aliis *ciuilium* negotiorum *transactionibus*, noſtrae *uicis* executionem non in *feudo* habendam, non perpetuo obtinendam, neque *haeredibus* relinquendam, ſed ſalua dicti monaſterii libertate committimus; ita ut liberum eis eſſe debeat, recuſare cum, et alterius defenſioni ſe et ſua committere, ſi ſub nomine *defenſoris* ſe ipſis exhibuerit *offenſorem*, ſi immunitatis eorum priuilegiorum ullo *uenationum* aut *exactionum* genere infringere et euacuare uoluerit. Volumus enim noſtrae poteſtatis executores, noſtrae *ſectatores* pietatis habere, praecipientes, ut, qui noſtra iuſſione, uel ex eorum petitione, ſeu quacunque occaſione ipſos et eorum iura *defendunt* liberaliter, ſincere, et pro ſola *Dei retributione* defendant, ita ut neque *banna*, neque *petitiones*, quas *ſteuras* uocant, neque *pernoctationes*, neque *operarios*, nec ulla omnino *ſeruitia* eis inuitis, uel a colonis eorum ſub obten-

Sed aduocatia gaudet imperiali ſola.

Aduocatum ſibi eligant,

non feudali iure hereditario,

ſed, inſtar muneris, iure temporario.

Quem poteſt iterum remouere.

Commoda aduocatorum.

ten-

tentu *defenſionis* exigant, aut exrorqueant. 1236.
Colloquia in locis ſuis *placita* cum colonis ipſorum nulla prorſus habeant. De *placitis* eorum, quae cum *colonis* ſuis habere uoluerint, *niſi* ab eis *rogati* ſe nullatenus intromittant, et indulta ſibi exemptionum priuilegia nulla ui uel fraude conuellant.

De *abundantiori* quoque *gratia noſtra* eis concedimus, ut propria *uictualia* domorum ſuarum, uidelicet *annonam, caſeos, ſales, piſces, oleum, uinum, et pecudes* ad uſus ſuos tantum, tam in *aquis*, quam in *terris*, ſine *teloneis*, uectigalibus, et aliis exactionibus libere ducere permittantur, prout ex *conceſſione* quorundam *ducum Auſtriae*, qui praefatum *monaſterium* fundauerunt, libertatem ipſam ſoliti ſunt habere. Statuimus igitur et *imperiali* ſancimus *edicto*, ut nulla perſona eccleſiaſtica, uel ſecularis, alta, uel humilis, praedictum abbatem, conuentum et ſucceſſores eorum monaſterium et bona ſua, contra praeſentis *priuilegii noſtri* ſeriem ſuper aliquibus auſu temerario moleſtare praeſumat. Quod qui praeſumpſerit, praeter *indignationem* noſtri culminis, quam incurret, *centum libras auri puri* componat, medietate fiſco noſtro, reliqua; dicto monaſterio perſoluenda. Ad huius itaque noſtrae protectionis et conceſſionis *memoriam* et *robur* impoſterum perpetuo ualiturum praeſens priuilegium fieri; et *bulla aurea tipario noſtrae maieſtatis* impreſſa iuſſimus inſigniri. Huius rei TESTES ſunt Patriarcha *Aquilegienſis*. D. *Moguntinus*, *Salisburgenſis*, et *Treuienſis* archi epiſcopi. D. *Ratiſponenſis* imperialis AVLAE *cancel.arius*, et D. *Bamber-*

Immunitas a teloniis, a ducibus data., confirmata a Caeſare.

Multa in transgreſſores.

Bulla Ā maieſtatis.

Teſtes.

1236. *bergenſis* epiſcopi D. dux *Bauariae*. D. dux *Ca-*
1277. *rinthiae*. H. Landgrauius *Turingiae*, Fr. Hermannus uenerabilis magiſter domus *S. Mariae Theuthonicorum* in Ieruſalem. C. comes de *Hardeke*. L. comes de *Playn*. Gotfridus de *Hochenloh*. Burgrauius de *Nyrenberg* et alii quam plures, Signum domini FRIDERICI *ſecundi* Dei gratia inuictiſſimi, Romanorum *imperatoris* ſemper Auguſti, *Ieruſalem* et *Siciliae* regis, ACTA ſunt haec anno dominicae incarnationis milleſimo, ducenteſimo, triceſimo ſexto, menſe Ian. decimae *indictionis*, imperatore domino noſtro Friderico ſecundo Dei Gratia inuictiſſimo Romanorum imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem et Siciliae rege, *imperii* eius anno ſeptimo decimo; *regni* Ieruſalem undecimo; *regni* uero *Siciliae* triceſimo octauo feliciter. Amen. Datum VIENNAE. anno, Menſe. et indictione praeſcriptis.

Monogramma Caeſaris ſignum. Actum. 1236.

Datum.

NVM. VIII.

RVDOLPHI I. *imperatoris qua* Styriae *ducis*, PRIVILEGIA ordinibus *et* miniſterialibus STYRIAE *conceſſa*, *manu largisſima* cIↃ CCLXXVII.

RVDOLPHVS *Dei gratia Romanorum rex, ſemper Auguſtus, cetera.*

RVDOLP. I reg. Rom. 1277.

AD Romani decus imperii prouenit, et *Auguſtalis* exigit officium dignitatis, ut *ſubiectorum* ſtatui benigne proſpiciens, ipſos a *iugo* deprimentium eruat, approbatas *conſuetudines* et eorum iura reſtauret, ac ea qua prouiſa ſuis ſunt commodis, proſequatur et ap-

pro-

probet *gratia generali.* Hinc eſt igitur, quod 1277.
praeſentis priuilegii ſerie notum fieri uolumus modernis et poſteris uniuerſis imperii fidelibus, Quod cum *miniſteriales* et *comprouinciales* Styriae, fideles noſtri, celſitudini noſtrae humiliter ſupplicarint, ut eos in *noſtram* et *imperii ditionem*, perpetuo recipere ac tenere nullique alii concedere, nec non iura et *conſuetudines* approbatas, quas per *Ottocarum* Styriae et per *Leopoldum* Auſtriae duces, ex eorum priuilegiis obtinuiſſe noſcuntur, noſtri proſequentes approbatione, fauoris, de noſtra confirmare gratia dignaremur.

Miniſteriales Landherrn, comprouinciales Landſtande.

1) Suſcipit in S.R.I. tutelam.

2) uetuſtiora adprobat.

Nos, attendentes immenſam fidem et deuotionem ſinceram, quibus *miniſteriales Styriae* ſupra dicti, iugum oppreſſionis et iniuſtitiae declinando, quod *maieſtatem* noſtram et imperii enormiter offendebat. Noſtrum et imperii iuſtum et dulce dominium, totis affectibus ſunt amplexi, uniuerſos et ſingulos, tam miniſteriales, quam caeteros in eodem ducatu Styriae conſtitutos, fideles noſtros, ſub noſtram et *imperii recipimus tuitionem*, ut non niſi a nobis *imperatoribus* et *regibus* ſucceſſoribus noſtris, perpetuo teneantur.

Remunerat Styriae fidem.

Si autem praedictorum miniſterialium Styriae fauorabilis *inſtantia*, noſtram prouidentiam pulſauerit, ut eundem ducatum, de *manibus* noſtris et imperii *alicui principum*, quem noſtra uiderit dignum ad hoc ſublimitas, porrigamus illum ad huiusmodi principatus honorem curabimus exaltare, de quo pars maior et melior miniſterialium terrae nobis duxerit conſulendum. *Nolentes*, ut eis ex cauſa rationabili *renitentibus* et inuitis, *iugum*

3) De non alienando Styriae principatu niſi cum ordinum prouincialium conſenſu.

1277. *gum noui dominii*, quod eorum ſtatui non conueniat, imponatur. Confirmamus etiam eis omnes conſuetudines approbatas et iura, quae praddicti quondam *Ottocarus* Styriae et *Leopoldus* Auſtriae et Styriae duces, ipſis liberaliter confirmarunt, prout in eorum priuilegiis continentur, quae propriis capitulis duximus exprimenda: Videlicet quod quicunque *fidelis* noſter de Styria, cum aliquo de Auſtria, uel *luſtralis* cum Styrienſe *contraxerit*, utatur et gaudeat conſuetudinibus et iuribus prouinciae, in qua *degit* et ſuam elegit *manſionem*; cum pro perſonis ſingularibus ſpecialis conſuetudo non debeat excipere generalam. Inimicam quoque iuſtitiae conſuetudinem, quae memoratos Stirienſes indebite per principes eorum in eo premere uidebatur. Quod filii et filiae eorum *coactim matrimonio* quodammodo copulabantur. Nos ut *delatores* aequitatis, penitus ſemouemus, hanc eisdem dantes, ac imperiali iuſtitia confirmantes libertatem, ut libere et *filias eorum*, cui uoluerint, copulare debeant in futurum. Quicunque autem Stirienſis ab *inteſtato* deceſſerit, haeres eius uel qui in conſanguinitatis linea ei proximus fuerit, ſuccedere debeat bonis ſuis. Si inter Stirienſes quaeſtionem contingat oriri, *duellum* locum non habeat, uel probatio per *campionem*, ubi teſtes idonei producentur, ſecundum quorum teſtimonium, quaeſtio dirimatur. Querimonia uero ſuper praediis habita, coram *ſtatutis iudicibus*, aut differtionibus teſtium ordine iudicario, ſecundum iuſtitiam terminentur. In *beneficiis* autem moleſtiam

4) *In* contractibus *obligent tantum* leges, *ubi contrahens forum* domicilii.

5) Filiae *non elocentur ex imperio ducis.*

6) *Succedant ab* inteſtato.

7) *Tollitur probatio per* campiones.

8) *Tollantur principis* apertu rae, *die anfaellae.*

ſtiam, quae *Anfell* uulgo uocatur, tanquam bonis et honeſtis conſuetudinibus aduerſantem, penitus amouemus. Ex innata quoque clementiae noſtrae gratia praeſentis priuilegii autoritate ſancimus, ut *filiae* in bonis patrum ſuccedant, eis haerede carentibus maſculino, per quos patrum memoria in filiis propagatur. Statuimus inſuper, ut *beneficia* ab aliis acquiſita, etiamſi a *Domino terrae* in *proprietatem* fuerint emta, eo quo iure beneficii poſſidet, dimittantur. Concedimus inſuper eisdem *miniſterialibus* noſtris et aliis *comprouincialibus* Styriae, ut liceat *eis*, eorum praedia *uendere* uel *donare*. De affluentiori quoque gratia noſtra eximimus ducatum Styriae et habitatores ipſius, ab exactionibus et grauaminum moleſtiis, quae per *praecones Auſtriae fieri* et inferri ſolebant: concedimus eis licentiam, uidelicet cuique de Styria, in fundo ſuo, ſi uoluerit *eccleſiam* conſtruendi, uel conferendi, de praediis eorum *eccleſiis* intuitu pietatis. Ad haec ſtatuimus, autoritate, qua fungimur, cōfirmantes, ut ſaepe dictis miniſterialibus et comprouincialibus Styriae, homines ipſorum proprietatis uel in praediis eorum modo quolibet poſitos, qui ad ciuitates uel uillas *forenſes*, quae erectae per omnem ipſam terram fuerint et libertati dediti, occaſione huiusmodi libertatis confugerint, ſine licentia dominorum, ad quos pertinent, *propriis dominis* ipſorum reſtituantur, cum rebus occaſionibus quibuslibet praetermiſſis. Volentesque etiam noſtrae noſtrorumque ſaluti et ſaepedictis Stirenſibus ſalubriter prouidere, ſtatuimus, ut omnes *mutae* per Styriam

1277.

9) Filiae *ſuccedant in ſubſidium, deficiente maſculo.*

10) Feuda non uertantur.

11) *Praedia ſint* alienabilia.

12) *Auſtriae* praeconibus *nullus locus.*

13) *Quilibet ius condendi* eccleſiam.

14) Seruorum *fugitiuorum in urbes uindicatio.*

15) Vectigalia *mitigentur.*

1277. riam, quae ultra debitum fuerant, in ſuis reditibus aggrauatae, in ſummam redituum, quam ſoluerunt praedicti ducis *Leopoldi* tempore, reuertantur, nulliq; principi eiusdem terrae liceat eas, praeter quod dictum eſt, quibuslibet exactionibus aggrauare.

16) moneta *nulla mutatio, niſi cum ordinum conſenſu.*

Quinquennio.

Monetam quoque, quae ſingulis annis auaritia expoſcente, ſolebat renouari, in praeiudicium commune habitatorum eiusdem terrae ex nunc uolumus ſine conſilio *communi miniſterialium* maiorum Stiriae, per aliquem futurorum principum terrae, nullatenus renouari, et renouatas in *primo pondere* per *quinquennium* perdurare.

17) *Nemo* captiuetur, *niſi conuictus.*

Ad hæc, *miniſterialibus* dictae terrae ſalubriter prouidere uolentes, praeſenti ordinamus edicto, ut nullus principum, qui praedictae terrae pro tempore praeſidebit, in quenque *miniſterialium* non *conuictum* de tali crimine uel *ſponte confeſſum*, propter quod merito detineri debeat in perſona praetermiſſo iuris ordine, *captiuare*, uel captum in carcere uel uinculis detineri praeſumat, ſciens et reputans pro conſtanti huiusmodi uiolentam iniectionem manuum ſe pro *pace imperii uiolata* Romanis legibus puniendum.

18) *Praeſtet ante princeps ſubditis* iuramentum, *quam ſubditi principibus* homagium.

Vt autem tenor priuilegii huius a futuris dictae terrae principibus ratus et ſtabiliter teneatur, praeſenti praecipimus ſanctione, ut dum princeps, qui pro tempore fuerit, a miniſterialibus Stiriae fidelitatis exigit *iuramentum*, ipſi ad praeſtationem huiusmodi ſacramenti, minime conſtringantur, donec princeps et dominus *corporali ſuo iuramento* promittat, ſe praeſens

19) *Sanctio priuilegii.*

priuilegium in omnibus et ſingulis ſuis articulis ſeruaturum. Statuimus igitur et imperiali

riali ſancimus edicto, ut nulla perſona alta uel 1277.
humilis, publica ut priuata, eccleſiaſtica uel ſecularis, contra praeſentis priuilegium confirmationis auſu temerario uenire praeſumat. Quodſi uenire praeſumſerit, *centum libras* auri puri componat, mediate fiſco noſtro, reliqua paſſis iniuriam perſoluenda. Hanc etiam chartam in euidens teſtimonium *ſigilli* noſtri munimine, fecimus communiri. *Sigillum.* Huius uero noſtrae gratiae TESTES ſunt, Fridericus uenerabilis archiepiſcopus *Salzburgenſis*, Berchtoldus *Bambergenſis*, Conradus *Friſingen* Petrus *Pattavienſis*, Leo *Ratiſpon.* Henricus *Tridentinus*, Dietricus *Gurzenſis*, Iohannes *Kiemerenſ.* Bernhardus *Seccouienſ.* eccleſiarum epiſcopi: Magiſter Gotfridus praepoſitus *Solienſ.* curiae noſtrae Protonotarius; Fridericus *Burggrauius* de NVRNBERG, Hugo comes de *Bertenberg*; Eberhardus comes de *Kazenellenpogen*, Fridericus comes de *Leyningen* et plures alii fide digni. Teſtes. *1) Epiſcopi.* *2) Principes et comites.* DATVM WIENNAE Cal. Marty. indictione quinta: anno domini milleſimo *ducenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo*; Regni uero noſtri anno quarto. Datum *1277.* *Additur in codice* MANVSCRIPTO; *quod omni poſtea aeuo Styriae ordinibus Auſtriae duces haec priuilegia, praeſtito iureiurando, confirmarint ſoleantque confirmare adhuc.* *Codex mſſt.*

NVM. IX.

Donatio pro pecunia HENRICI *abbatis* LAMBACENSIS *praedii in* Planchenvel, *1277. Alberoni etc.* de Puchaim.

NOs HENRICVS *Dei gratia eccleſiae Lambacen-* Henr. abbas Dei gratia. 1277.

R ſ

1277. *cenſis abbas* proteſtamur praeſentibus literis u-
1279. niuerſis praeſentibus et futuris, hanc literam inſpecturis: Quod nos de *communi conſenſu* et fauore conuentus noſtri, praedium eccleſiae noſtrae ſitum in *Planchenuel*, domino Alberoni de *Puechaim*, ſimulque omni *poſteritati*, eidem libere et abſolute perpetuo *condonauimus*, pro ſua uidelicet *pecunia* X. talentis; ut autem haec

Donatio pro numis. DONATIO noſtra *incommutabilius* perpetualiter perſeueret, praeſentem literam SIGILLI *conuentus noſtri* appenſione cum *teſtibus* ſubnotatis

Teſtes. pro teſtimonio duximus conſignandam. TESTES ſunt dominus Verunus de *Puechaim* dominus Henricus de *Stylle*, dominus Chunradus et Steffphanus WVRMBRANT, de *Stuppach*, Otto de *Ottenage*, Chunr. *Hartenpeel*, Chunrad de *Perentaal*, Henr. *Fyesmatel*, Wilhelm et Wernth dicti *Puſch*, Franciſ. von dem *Puſch*, Ditmar de *Pueraw*, Siboto et Otto de *Samaringe*; Hugo in *foro*, Vlricus *official.* de *Hateuperige*; Witigo *ſcriba* aliique plures. DA-

Datum 1277. TVM in *Lambach* an. domini M. C. C. LXXVII.

NVM. X.

RVDOLFVS *I. imperator confirmat* omnium bonorum DONATIONEM interconiuges *teſtaturque requiſitus ſine acceptationis uel memoria uel incantamento* ClↃ CC LXXIX.

RVD. I. imperatoris teſtimonium. RVDOLFVS *Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus* uniuerſis imperii Romani fidelibus praeſentes literas inſpecturis, gratiam et omne bonum. Ad uniuerſorum notitiam uolumus peruenire, quod in noſtra praeſen-

ſentia Otto de *Liubeg* fidelis noſter dilectus, de noſtro beneplacito et conſenſu, *omnia bona* ſua *uxori ſue* Meichthildi, ſi eundem praemori contigerit, contulit et *donauit*; Ita quod praedicta bona ad eandem Meichthildem ſuperſtitem deuoluantur. Concedentes per has noſtras literas in *teſtimonium* ſuper eo. DAT, in *Gretz* VI. Octobr. Indict. VIII. anno domini MCCLXXIX. regni uero noſtri anno ſexto

1279. 1286. De donatione inter coniuges. omnium bonorum. mortis cauſa. Datum 1279.

(L.S.)

NVM. XI.

ALBERTI, *ducis Auſtriae confirmatio, Auſtriae protectionis coenobii* S. Crucis Viennae *ordinis Ciſtercienſis et priuilegiorum* 3) a iudicibus *ordinariis* 2) iurisdictione 1) teloniis 4) collectis *et daciis* 5) *in emporiis et cuiiis quatuor* 1266.

ALBERTVS *Dei gratia dux* AVSTRIAE *et Styriae*, *dominus Carniolae*, *Marchiae ac Portus Naonis*: uniuerſis tam praeſentibus, quam futuris, ad quos praeſens ſcriptum peruenerit, in perpetuum. Cum *illuſtrium principum* inclytae recordationis *anteceſſorum* noſtrorum geſta pia mente recoluimus et proſpicimus oculis conſiderationis internae; ut eorum iuſtis exemplis noſtra coaptemus ueſtigia, in uoto gerimus et deſiderio ampliori, ſperantes ex eo, quod eccleſias et perſonas eccleſiaſticas diuino cultui deputatas liberas atque exemptas

ALB. D. Auſtr. priuilegium 1286.

Anteceſſorum indulgentia.

1286. ptas *a preſſuris iniuſtis* maiori prae caeteris gra-
Preſſurae. tia confouemus, conceſſam nobis a *ſummo rege regente* et gubernante omnia ampliari gratiam et ſalutem. Hinc eſt, quod, ad inſtar, *excellentium* praedeceſſorum noſtrorum DVCVM AVSTRIAE et *Styriae* religioſos uiros abbatem et conuentum *monaſterii St. Crucis in Auſtria Ciſtercienſis ordinis* pluribus dotatos libertatibus et honorum titulis inſignitos, in amplexus *defenſionis* et gratiae noſtrae *ſpecialis* duximus cum *perſonis* et *rebus* omnibus ipſius monaſterii aſſumendos, approbantes inſuper, et habentes ratas et gratas omnes *libertates* ac *iura*, quibus hucusque ex largitionibus et indultis diuorum *imperatorum* et *regum Romanorum*, nec non *anteceſſorum* noſtrorum principum *Auſtriae* et *Styriae* idem *monaſterium* eſt gauiſum, et easdem generaliter praeſentium ſerie *innouantes* quasdam emunitatum ipſarum in ſpecie decreuimus permisſione munifica declarandas, uidelicet quod in omnibus *poſſeſſionibus* eorundem *abbatis* et *conuentus* ſibi IVDICIVM quodque competat, cauſis *mortis* duntaxat exceptis. Item ſi *fur* aut *malefactor* alius mortis obnoxius in bonis ipſorum deprehenſus fuerit et detentus, per *officialem eorum* aſſignandus ſit *cingulotenus* iudici competenti. Item in cauſis *ciuilibus* dicti abbas et conuentus coram *nobis* et non *iudicibus* aliis reſpondere de iuſtitia debita cenſentur aſtricti. Item religioſis praefatis liceat et licebit *duo talenta* ſalis maioris *ligaminis* per alueos *Aenii* et Danubii et *res ſuas* alias per ducatus noſtros et terras *Auſtriam* et *Styriam* ac caetera noſtra *domi-*

S. Crucis coenobium Ciſtercienſe.

Protectio ſpecialis.

Imperialia priuilegia.

iurisd. excepta criminali.

Cingulotenus.

Immediatum coenobium duci.

Immunitas a teloniis mau-

dominia ducere ſine *telonio* quolibet et libere 1286.
ſine *muta*. Item in *quatuor curiis* ſuis, ſcilicet
Viennae, in *noua* ciuitate, in *Prucka* et in *Mare-* 2) *Quatuor*
cke, exemptionis et *ſecuritatis* indulto fruan- *curiae a*
tus, ita quod eaedem *curiae* a uiolentia *iudi-* *collectis*, *daciis*.
cum ipſarum ciuitatum ſignanter eductae, ad
nullas teneantur *collectas*, *contributiones*, *dacias*
ſiue *ſteuras*, ſalua ipſis abbati et conuentui ni-
hilominus impoſterum *libertate* in Vienna 3) *In*
ſeptuaginta duas carratas uini, et in noua ciui- *emendo*.
tate *quadraginta* carratus uini ſine ſteurae et
exactionis debito propinandi. Qua gratia *Conſenſu*
freti ſunt tam ex *indulto principum anteceſſo-* *ciuium*.
rum noſtrorum quam ex *conſenſu ciuium* us-
que ad haec annuatim. Mandamus ergo uni-
uerſis ac ſingulis *fidelibus* noſtris firmiter et di- *Sanctio*.
ſtricte, ne dictum monaſterium, ut perſonas
Deo famulantes, ibidem una cum bonis ipſa-
rum praeſumant aliquatenus *moleſtare* aut iura
infringere, uel conceſſas eisdem libertates
quomodolibet uiolare. Qui uero in *contra-*
rium uenire praeſumſerit, *indignitationem* no-
ſtram grauiſſimam ſe nouerit incurriſſe. In
cuius rei *teſtimonium* et perpetui roboris fir-
mamentum praeſentes litteras memoratis ab-
bati et conuentui *ſigillo* noſtro tradidimus *Sigillum*.
communitas. TESTES autem omnium prae- *Teſtes*.
miſſorum ſunt uenerabilis Wilhelmus abbas
Scotorum in Vienna, Vlricus nobilis de *Fouers*,
Otto de *Haslowe*, Hermannus de *Wollgerſtorff*,
Fridricus *Dapifer* de *Lengenbach*, Leopoldus
de *Chunring pincerna*, Reinbertus et Chalho-
hus fratres de *Eberſtorff*, Albertus Stuhſo de
Trautmanſtorff, Vlricus de *Chapelle* et quam
plures


1286. plures alii fide digni. DATVM *Viennae* per
1293. *manum Magiſtri* Bentzonis noſtri *protonotarii*
Datum 1286. et *plebani* de Miſtelbach. Anno domini milleſimo dncenteſimo octogeſimo ſexto VIII. Kalendas Ianuarii indictione quinta.

NVM. XII.


Libertas EXSTRVENDI CASTRVM, *data ab* Alberto I. duce AVSTRIAE, *Chunrado domino de* Pottendorff. cIↄ ccxciii. *unde intelligitur ius* ciuitatis, *et* fortalitii *aeccesſorium eſſe potentatui territoriali.*

Albert. D. AVSTR. 1293. NOs ALBERTVS *Dei gratia dux* AVSTRIE *et Styrie, dominus Carniole, marchie ac portus Naonis*, profitentes uniuerſis preſentium inſpectoribus declaramus: Quod nos ſtrenuo
Ius reaedificandi caſtrum Eberfurt. uiro *Chonrado de* POTENDORFF, fideli noſtro dilecto, meritis ſue probitatis inſpectis, *caſtrum* ſuum apud *Ebenfurt*, reedificandum et conſtruendum, ſine *alieni iuris* preiudicio fauorabiliter indulſimus, et authoritate preſentium indulgemus, ita uidelicet, quod cuilibet de ipſo caſtro aut fundo coram nobis querimoniam deponenti iuſtitiam faciamus. In cuius rei *teſtimonium* has literas conſcribi et ſigillo noſtro
Datum. iusſimus communiri. *Datum* WIENN V. idus *Aprilis*, anno domino *milleſimo ducenteſimo, nonageſimo* tertio.

NVM.


Caſtrum Gibichenſtein et
veteris palatii rudera.
Aedes præfecti Gibichenſteinenſis.
a. Halæ conſpectus.
b. Novi operis conſpectus.
Sala fl.

6


Rudera coe nobii novi
operis destructi 1533
Conſpectus ſuburbii
Hallenſis.
Sala fl:

7

NVM. XIII. 1299.

ELISABETHAE *de Ruhenſtein, Veltzbergiae* donatio mortis cauſa, *ſine* acceptationis incantamento, inter liberos *cum teſtibus iuſto pluribus* cIↄ CCXCIX.

ICh Eltzbet von RVHENSTAIN, *Herrn Albers Tochter des* Truchſaſſen *von* Veltzperch *dem Got gnadt, vergibe und tun chunt allen den die diſen prief ſehent oder horent leſen. Die nu lebend und hernach chunfftich ſint, daſs ich mit gutem* Willen, *und auch zu der Zeit, do ich es wol getun mochte, gigeben und geſchaffet han meinem* Aidem *Alber von* Chunringen, *und ſeiner Hauſſvrowen Agneſen Mein* Tochter, *des Gutes* Rugerpuch *zehen March, und hundert* March *Silbers; Alſo mit ausgenomner Rede, ob das wäre, des Got nit engebe, daſs mein* Aidem *Alber, und ſein Hauſſvrowe* Agnes, *mein tochter,* an Erben *verfüren, ſo ſol das vorgenant Silber herwider erben auf meinen* Sun *Albern von Pilchdorff; darnach ſo han ich gigeben und geſchaffet dem vorgenannten meinem* Sun *Albern von Pilichdorf deſſelben Gutes von* Rugerſpurch *an drittehalbe march Achzich* March *lötiges Silbers; darzu ſo han ich im gigeben und* geſchaffet *allen den tail den ich an dem Hauſe ze* Veltzberch *gehapt han, und der mich da anerſtorben iſt, und der mich auch da noch an erſtorben mach, paiden an* Leuthen *und an* Gute, *es ſei* verlehent *oder* unverlehent, *ze* holtz, *ze* Velde *und ze* Dorf,

Eliſabetha *Ruhenſtainia* 1299. donat mortis cauſa 1) filiae ſub conditione deſs rückfalles. 2) filio. Formulae geben, geſchaffen. Veltzperch uilla cum hominibus.

1299. Dorf, *ſwie ſo es genant Gut iſt. Das vorgenart Gut alles han ich vorgenante* Eltzbet *ir jeglichem beſunder ſeinen* Tail *gigeben und geſchaffet, daſs ſie ane* Krieg *fürbaſs beleiben, alſo beſchaidenlichen, ob das iſt, daſs Gott über mich gebietet, ſo ſol ir*

Clauſula ſi donatrix conualuerit. *jegliches nach meinem Tode ſeinen Frumen ſchaffen als vor beſcheiden iſt. Iſt aber das, das mir Got hilfet, daſs ich* geniſe, *ſo wil ich des vorgenanten Gutes ſelbe* Vrowe *ſein, und wil damit ſelbe allen meinen* Frumen *ſchaffen. Daſs dieſe* Gabe *und ditz* Geſchæfde *fürbaſs ſtete und unverwandelt bleibe, und auch daſs ſie fürbaſs ane* Chrieg *beleiben, darüber ſo gib ich vorgenannte* Eltzbet

Sigilla. *meinem* Sun *Alber diſen* Prief *ze ainem* Vrchunde *und ze ainem* Gezivge *mit meinem* Inſigil *verſigilt, und mit* 1) *Hern Stephans*

Teſtes. Inſigel *von* Meiſſawe, *und* 2) *mit Hern Vlreichs Inſigil von* Pilichdorf, *und* 3) *mit Vlreiches Inſigil von* Pergawe, *und* 4) *mit Otten Inſigil von* Wolgerſtorf, *die diſer ſache Gezivg ſint mit ir Inſigiln. Vnd ſint auch des* Gezivg 5) *Her Wulfing von* Sunnenberch, *Dietrich von* Pilchdorf, 7) *Otte ſein Prueder*, 8) *Weinhart von* Harthang, *und*

Datum. andre bidirbe *Leute genuech, den ditz Geſchefde und diſe Gabe wol* chunt *iſt. Dieſer prief iſt geben ze Wienne an ſand* Lucien *Abunde do von* Chriſtes *Geburt waren ergangen Tauſend jar, zwaihundert iar, in dem Neunten und Neunzigiſten jare.*

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

NVM.

NVM. XIV. 1306.

ALBERTI I. Romanorum regis infeudatio *de comitia* Chaltenbrunne *pro utroque ſexu, facta Pilgramo et Alberoni de* Puchheim. *an.* clↄ cccvi.

ALBERTVS *Dei gratia Romanorum rex, ſemper Auguſtus.* Vniuerſis ſacri Rom. imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Eſt iocundum regi magnifico fructuoſum et debitum, *militaria ſtipendia* ſoluere, et preſtanda ſeruitia comparare. Quapropter ſtrenuorum ueſtrorum *Pilgrami* et Alberi de *Puchheim* im penſa nobis et imperio fideliter grata recenſentes *obſequia*, et aſtringentes eosdem ad gratiora nobis et eidem imperio impoſterum impendenda, ipſis, de munificentia regia, conferimus *Chaltenbrunne comitiam* prope *Lauenz* et *Petersdorff*, cum iuribus et pertinentiis uniuerſis in regno Hungariae ſituatas, per ipſos et eorundem haeredes tam *maſculos*, quam *faeminas feudali* titulo ſecundum ius et conſuetudinem *terrae Theotonicae* poſſidendas, in cuius rei teſtimonium *ſigillum* noſtrum praeſentibus eſt appenſum. *Datum* Pragae anno domini 1306. XI. menſis Nouembris regni Rom. noſtri anno nono.

Albert. I. imperator 1306.

Donatio comitiae ob ſeruitia praeſtita,

cum nexu feudali

ad utrumque ſexum.

Datum 1306.

1318.

NVM. XV.

FRIDERICI IV. *Auſtriaci imperatoris* (collegae *Ludou. IV. Bauar. in S. R. I.) codicillus* teſtimonii *de debito extincto Iudaei, Lebmanni, quem ſcripſit* Rauchenſtainiae, *anno imperii* quarto, *aera Chriſti* clↄ cccxiix.

Frid. IV. imperator 1318. teſtatur

WIr FRIEDRICH von Gotts Gnaden ROEMISCHER Chunich *zallen Zeiten ein* Merer *des Reiches, veriehen und tan chunt allen den die diſer* Prief *leſent, oder hörent leſen, die nu lebent und hernach chunftich ſint; daß für Vns chomen ſint Guetman der* Jude Lebmans *Sun ze Wienne, mit ſeinen* Geſchwiſtreiden, *und mit andern irn* Erben, *und vor Vns offentlich verjehen habent, daß alle die* Gulte, *die unſer lieber Getrewer Alber von* Rauhenſtain, *und ſein Hauſvrowe Vro* Eltzber, *und ir paider Erben* Lebmannen *dem Juden und ſeinen Geſchwiſtreiden, und andern irn Erben,* gelten *ſolten, und* ſchuldich*geweſen ſint, es ſey für ſeu ſelber oder mit* Purgelſchafft *vor ander jenen, daß ſie ſeu desſelben Gutes alles habent redlich und recht paide* haupgüter *und ſchadens* verrichtet *und* gewert, *gar und gentzlich*, untz *auf diſen hintigen Tage; Wir tun auch chunt, ob der vorgenant Guetmann der* Jude *oder* dehaines *ſeiner Geſchwiſtraide, oder ir Erben* dehainer, *dehainen* Prief *fürbaß herfür zaigten oder prechten, gegen den vorgenanten Albern von* Rauhen-

Iudaeum agnouiſſe ſolutionem cenſus der gulte, quem ipſi debuerit *Rauchenſtain.*

Purgelſchafft.

Mortificationsſchein.

henſtein *und gegen ſeiner Hauſvrawen* Vron 1318.
Eltzbeten, *oder gegen ir paider Erben, daſs* 1322.
dieſelben Prief alle fürbaſs ſuln tot *ſein, und auch* ze nichte, *untz auf diſen hintigen tage; daſs diese Rede war ſei, und fürbaſs ſtat und untz zerbrochen beleibe, darüber ſo geben wir Chunich* Friderich *von* Rome, *Albern von* Rauhenſtain *und ſeiner Hauſvrowen Vron Eltzbeten, und ir paider Erben dieſen* Prief, *zu einem offen Vrchunde, und zu einem waren Gezeuge diſer Sache verſigilten mit unſerm Chunichlichem Inſigil. Diſer Prief iſt* GEBEN *ze* Wienne, *do von Chriſtes Geburt waren ergangen* dreutzehen hundert *Jar, in dem* Achzehenten *Jar darnach, an dem Vaſchange tage, und in dem* vierten *Jar Vnſers Reiches.*

Ab imperatore in gratiam *Rauchenſtainia* et bigae liberorum.

Datum 1318.

NVM. XVI.

Frater ordinis PRAEDICATORVM, *ceſſionis iure*, bona opera *confert Chunrado de* Potendorff *et* uxori, *ad nundinandum et mercandum regnum coelorum* cIↃ CCC XXII.

NObilibus et in Chriſto dilectis. Domino *Chunrado de* POTENDORFF, et Hedurge *uxori* ſue frater *Herueus* fratrum ordinis praedicatorum Magiſter indignus, ſalutem et augmentum continuum celeſtium gratiarum. Quum plenitudo celeſtium gratiarum in illis debent eminentius habundare, qui *nobilitate generis* pollere ſuper alios ſingulariter dignoſcuntur. Ipſarum uero gratiarum dona lar-

Alienatio bonorum operum 1322.

facta nobili,

1322. giſflua a copioſa clementia redemptoris largius
1326. diffunduntur, dum ſuffragantia eorum merita, qui terrenis illecebris abdicatis in cuſtodiendis praeceptis diuinis dominicis et conſiliis inceſſanter inuigilant, ſecundum gratiam a domino ſibi datam: hinc eſt quod attendens ueſtre ſincere dilectionis affectum, quem ad *noſtrum ordinem* habetis, ſpecialem, uobis ac liberis ueſtris, omnium *miſſarum, orationum, praedicationum, ieiuniorum, abſtinentiarum, uigiliarum, laborum*, ceterorumque *bonorum* que per fratres noſtri ordinis domino per mundum fieri dederit, uniuerſam *participationem* concedo, tenore praeſentium ſpecialem in uita pariter et in morte; ut multiplici ſuffragiorum praeſidio et hic gratie profectum continuum et in futuro *mercamini* regnum conſequi ſempiternum. In cuius conceſſionis *teſtimonium ſigillum* noſtrum duxi preſentibus apponendum. DATVM *Vienne* anno domini MCCCXXII. in noſtro capitulo generali.

definitis operum bonorum generibus diuerſis.

Datum.

NVM. XVII.

Diploma FRIDERICI pulchri, regis ROMANORVM, *quo Auſtriae ducibus, ob auxilia ei praeſtita, feuda donat, imperio aperta in* Burgonia clↄ ccc xxvi.

FRID. IV. Rex Rom. 1326.

FRIDERICVS *Dei gratia* ROMANORVM *rex, ſemper Auguſtus*, uniuerſis ſacri *Romani imperii* fidelibus, ad quos praeſentes peruenerint, gratiam ſuam et omne bonum. *Serenitatis regiae* munificentiam ſemper decet eos uberioribus gratia et beneficiis ſubleuare, et per-

perſequi, quos ad ſui ſtatus exaltationem et obſequia reperit promptiores. 1326.
Nos idcirco cum *illuſtres Lupoldus, Albertus, Heinricus,* et *Otto duces* AVSTRIAE et STYRIAE principes, et *fratres* noſtri chariſſimi ad noſtri *exaltationem* et conſeruationem ſacri Romani regni, dum eſſet in periculoſo conſtitutum *anfractu* totis ſuis uoluntate, et opere indeſinenter, et imperterriti prae caeteris laborarint, eis de fratribus noſtris, eorumque haeredibus *caſtra, munitiones, appida* et *uillas*, ac iura *patronatus* eccleſiarum, quae ipſis inſunt, ac alia omnia bona, quocunque nomine cenſeantur, cum uniuerſis ſuis *pertinentiis*, iuribus, conſuetudinibus, et obuentionibus quibuscunque *nobis et imperio* ex morte filicis memoriae *Hartmanno* per fratrem ſuum Eberhardum perpetrato in *Burgonia*, quod uulgariter *Burgunden* nuncupatur, uacantia, pro aliquali releuationis *conſolatione*, et laborum *recompenſa* libere in feudum conferimus de regiae *plenitudine poteſtatis* ipſos ad eorundem bonorum omnium poſſeſſionem tenore preſentium ex certa ſcientia authoritateque *regia* inducentes, promittendo inſuper ipſis, ſi qua deinceps bona ibidem *ſententialiter*, et ex authoritate legitima uacauerint, quod ipſos de eiſdem *infeudare* poſſeſſionem eorundem induere, ac inductos defendere debeamus. In quorum omnium *teſtimonium* ſigillum noſtrum *regale* praeſentibus eſt appenſum. DATVM in *Seliſa* 4. Idus Feb. a. D. 1326. regni uero noſtri anno 12.

Laudibus extollit Auſtriacorum fidem, probatam in defenſione et conſeruatione diadematis imperialis.

ſident, quin et nobis retulerunt, generoſum D.
Hanusſium *Kapuſtam* dictum de *Medliz*, ſuum
genuinum *patruelem* eſſe, et pro hoc ab illis ha-
beri; quod coram nobis *faſſi* ſunt. Ad quod
confirmandum, MAIESTATIS *noſtrae* SIGILLVM *Sigillum*
diplomati huic appendi curauimus, quod PRA- *maieſtatis*
GAE anno dom. 1400. die lunae ante feſtum B. *1400.*
Sixti datum eſt, regni noſtri Bohemici anno 38.
Romani uero 25. Et quoniam praememora-
tus *Georgius* nos certiores reddidit, ſe praefati
Hanusſii Stoſs genuinum patruelem eſſe, et pro
hoc haberi, ideo diploma hoc MAIESTATIS *no-*
ſtro SIGILLO communiri fecimus, anno a partu *Actum*
uirgineo 1436. in Feſto corporis Chriſti, *re-* *1436.*
gni noſtri *Hungariae* anno 50. Romani 27. *Bo-*
hemiae 17. et *Romani* imperii 4to. *Iglauiae.*

1452.

NVM. XXXI.

AENEAE *nuntii a latere* abſolutio *a banno eorum ſubditorum, qui caeſari Friderico V. facti perduelles, exceptis caſibus, pontifici reſeruatis* clↄ ccccLII.

AENEAE nuntii a latere 1452. per definitis tractus ad praepoſitum Pataujenſis dioeceſeos.

AENEAS *Dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Senenſis*, ac eiusdem ſedis per *Bohemiam, Sleſiam, Morauiam, Auſtriam, Styriam, Carinthiam* et *Carniolam* cum poteſtate LEGATI *de* LATERE NVNCIVS et *orator* ſpecialiter deputatus. Dilecto nobis in Chriſto, *praepoſito* eccleſiae beate Marie in *Eyſger* Patauienſis dyoceſis ſalutem in domino ſempiternam. Ex iniuncto nobis *legationis* officio humilibus fidelium uotis libenter annuimus, eaque ut optatum pertingant effectum pietatis, laxato gremio ac perpetratos ignoſcendo exceſſus, quantum cum Deo poſſumus, et indulta ſe nobis extendit auctoritas, gratioſius exaudimus; exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte nobilis

Preces B. de Puchem

uiri Georii *baronis de* PVCHEM Pattauienſis dioceſis petitio continebat, quod cum nouiſſime communitatis *Wiennenſis* dictae dyoceſis ac nonnulli alii *nobiles* et *potentes* in illam prorupiſſent rebellionis audaciam, ut etiam preuia *diffidatione* contra sereniſſimum principem

pro abſoluendis Friderico V. imperatori rebellibus

dominum FRIDERICVM ROMANORVM IMPERATOREM *ac Auſtrie ducem* ſpretis cenſuris et prohibitionibus *apoſtolicis* preſumpſiſſent arma mouere, prefatus baro ac univerſi ſubditi ſui eidem domino *imperatori* poſtmodum inualeſcente, commotione *guerrarum* adherentes

ac

ac de iuſtitia ipſius confiſi, tam pro tuitione 1452.
propria, quam propulſandis inſolenciis huiuſmodi contra *diffidatores* praedictos, manu armata, obedientie ſuadente debito, utcumque procedere ſtatuerunt, ipſosque non nunquam in eccleſiis et immunitate eccleſiaſtica tenentes *inſidias* ſeu eccleſias confugientes ad easdem inuaſerunt, aliquociens etiam uice uerſa baro et ſubditi predicti ſimiliter in *emunitate eccleſiaſtica* et eccleſiis per hoſtes impugnati, et ſic offenſiones et defenſiones ex iisdem immunitate et eccleſiis facte fuerunt, unde plerique utriusque partis homines in et ex illis enormiter leſi, uulnerati, aliqui uero interempti, nec non eccleſiae et *emunitates* praedicte non ſine effractione portarum earundem dicuntur exinde uiolate. Cum itaque *guerre* huiusmodi diuina diſponente clementia iam *ſedate*, ipſique *baro* et ſubditi de praemiſſis exceſſibus doleant ex intimis, ac graue eis foret, ſi pro oportuno petendo abſolutionis beneficio ſimul uel etiam ſingulariter ſinguli noſtram ſeu commiſſarii per nos ad hoc deputandi potentiam neceſſario haberent adire, pro parte eorundem baronis et ſubditorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut abſolutionis beneficium huiusmodi eis impendi, ac ipſorum commoditati oportune prouideri mandare dignaremur. Nos itaque premiſſis attentis uolentes cum *barone* et ſubditis predictis benignius agere, huiusmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tue de qua in hiis et aliis ſpecialem in *domino* fiduciam obtinemus, auctoritate noſtre *legationis* qua fungimur, tibi committimus,

in eccleſia a banno,

ob uiolatas eccleſiae immunitates.

Inde dolore adflicti.

Abſolutio nuntii.

1452. et mandamus, quatenus omnes et ſingulos *eccleſiarum rectores beneficio abſolutionis* indigentes in dominio dicti baronis exiſtentes ab omnibus et ſingulis *excommunicationibus* ac aliis ſententiis et cenſuris eccleſiaſticis atque penis, quas occaſione *guerrarum* huiusmodi quomodolibet incuriſſe noſcuntur, in forma eccleſie conſueta abſoluas, penitentiamque ſalutarem cuilibet eorum imponendo, dummodo tamen non ſint caſus, propter quos *ſedes apoſtolica* merito ſit *ſpecialiter* conſulenda. Inſuper eadem auctoritate tibi committimus atque preſentibus indulgemus, quod eisdem rectoribus et ſingulis aliis in eodem dominio exiſtentibus auctoritatem tribuas, et concedas, ut omnes et ſingulos ſuos *parochianos* de ſimilibus caſibus, exceſſibus, criminibus, et delictis in *forma eccleſie conſueta abſoluant*, *ſeu* abſoluat, iniuncta cuilibet ipſorum pro modo culpe penitentia ſalutari, quam etiam ſinguli peragere et adimplere debeant et etiam teneantur; alioquin predicta *abſolutio* eis nullatenus ſuffragetur. In quorum omnium et ſingulorum *fidem* et teſtimonium praemiſſorum praeſentes *literas* fieri et noſtri pontificalis ſigilli iuſſimus appenſione communiri. *Datum* et *actum* in NOVA CIVITATE *Saltzburgenſis* dioceſis die Iouis ſexta decima Nouembris, anno domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo indictione quinta decima, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri *Nicolai* papae *quinti*, anno ſexto. In domo noſtre ſolite reſidentie ibidem.

Exceptis caſibus pontificiis reſeruatis.

Datum et actum 1452.

NVM.

NVM. XXXII. 1468.

BVLLA *Pauli V. pontificis*, *qua* erigit *epiſcopatum* VIENNENSEM *anno* CIↃ CCCCLXVIII.

PAVLVS *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei*, *ad perpetuam rei memoriam.* In ſupremae dignitatis ſpecula, *diſpoſitione ſuperna*, quamuis inſufficientibus meritis, conſtituti ad uniuerſas fidelium regiones curae noſtrae commiſſas ſic paternae conſiderationis intuitum ſolerter extendimus, ſic ad honorem earundem, *extollentiam* et ſublimationem intendere procuramus; quod ex bene meritis, ſuisque laudabilibus actibus fructus reportaſſe, congaudeant et caeteri Chriſti fideles eorum imitatione ad uirtutum imitanda ueſtigia eo feruentius incitentur. Attendentes itaque, ſicut fide dignorum habet aſſertio, imo *facti notorietas* indicat, et Chariſſimus in Chriſto filius noſter FRIDERICVS *Romanorum imperator ſemper Auguſtus*, qui feruore deuotionis accenſus nuper ad *uiſitandum* Apoſtolorum *limina* ad hanc almam urbem peregre ſe contulit, nobis inter alia explicauit oppidum ſuum VIENNENSE ducatus *Auſtriae Pataujenſis Dioeceſis*, benedicente altiſſimo in populi fidelis multiplicatione, foecundum, ac bonorum *et rerum* omnium ubertate eſſe refertum, et in eo *ſtudium* in omnibus licitis facultatibus generale uigere, ac inſignes uiros quam plurimos, in *theologiae*, pontificii *iuris, medicinae*, et *phyſicae* facultatibus, aliiſque liberalibus *artibus*, eruditos commorari; *moneſteria* quoque pluri-

PAVLVS Pp. Rom, 1468.

extollentia.

Cauſae inſtituti EPISCOPATVS VIENNENSIS. 1) preces imperatoris, 2) libertas rerum hominumque, 3) academici quatuor ordinum,

1468. ma utriusque ſexus perſonarum regularium, aliaque ſacra DEI *templa*, *hoſpitalia* et *pia loca*, in quibus diuinus uiget cultus et magna cum ueneratione et ſolemnitate asſidue diuina officia celebrantur conſiſtere, ipſius quoque oppidi populum et uniuerſitatem inter caeteras *nationis germanicae* adeo erga *DEVM* et ſacroſanctam *Romanam eccleſiam* eximia deuotione et fidelitate fulgere, quod ex debito *gratitudinis paſtoralis* et ipſius *imperatoris* praeclariſſimis *meritis* accedentibus, eos apoſtolica ſedes paternis proſequi debet affectibus ac *inſigniis* maioribus decorare: et propterea cupientes deuotis et humilibus imperatoris praefati *petitionibus*, ut decet, annuere, ac ipſorum oppidi et populi *merita* condignis honoribus compenſare, eosque ſpiritualibus ac temporalibus titulis inſignire, poſt tractatum quem iteratis uicibus, ſuper his cum uenerabilibus fratribus noſtris S. R. E. *Cardinalibus* habuimus diligentem, et matura denique prout tantae rei qualitas exigebat, deliberatione ſecuta, ex praemiſſis et non nullis aliis *rationabilibus* animum noſtrum inducentibus *cauſis* ad diuini nominis laudem et gloriam, exaltationem catholicae fidei et eiusdem diuini cultus augmentum ac ſalutem fidelium praedictorum oppidum *Viennenſe* praefatum cuius *territorium* et confines praeſentibus haberi uolumus pro expresſis cum omnibus et ſingulis *eccleſiis*, *monaſteriis*, *capellis* et aliis *eccleſiaſticis* ac piis *locis* nec non *populo*, *incolis*, *habitatoribus* caeterisque eccleſiaſticis et ſaecularibus *perſonis*, *rebus* quoque et bonis eorundem in eo ipſiusque territorio et diſtrictu conſiſtentibus ab omni iurisdictione,

4) numeri coenobiorum,

5) merita in R. eccleſiam,

cum cardinalium conſenſu.

ne, ſuperioritate, ſubiectione, et poteſtate uenerabilis *fratris* noſtri *epiſcopi* PATAVIENSIS, moderni et pro tempore exiſtentis, ac dilectorum filiorum *capituli* Patauienſis eorundemque *uicariorum* et officialium auctoritate apoſtolica tenore praeſentium de fratrum eorundem *conſilio* prorſus *eximimus*, et perpetuo *liberamus*, ipſumque *oppidum* tanquam locum inſignem et ad hoc congruum, decentem pariter et honeſtum in *ciuitatem* VIENNENSEM erigimus, et *ciuitatem* eſſe, et perpetuis futuris temporibus nuncupari decernimus, ipſius quoque oppidi COLLEGIATAM eccleſiam *praepoſituram* nuncupatam S. *Stephani*, alias *omnium ſanctorum*, quae de iure PATRONATVS dilectorum filiorum nobilium uirorum ducum *Auſtriae* eſt, et in qua *praepoſitura* decanatus, *cantoria* et cuſtodia, dignitates et quamplures *canonicatus* et *praebendae*, *uicariae* quoque et *capellaniae* inſtitutae et a LEGE DIOCOESANA ac omnimoda IVRISDICTIONE eiusdem *epiſcopi* PATAVIENSIS prorſus *exemptae* fore noſcuntur, in CATHEDRALEM ECCLESIAM cum praeeminentiis, immunitatibus, exemtionibus, *libertatibus*, et *inſigniis* congruentibus ipſius erectae CIVITATIS Viennenſis erigimus, et *epiſcopalis dignitatis* honore et titulo inſignimus, ſponſum utilem et idoneum per noſtram et apoſtolicae ſedis prouidentiam annuente domino praeficiendum conſecuturam, cui ſponſus idem praeeſſe ualeat et prodeſſe, nec non eidem eccleſiae *territorium Viennenſe*, et infraſcripti caſtri *S. Viti* cum omnibus ſuis et aliis pertinentiis *antiquae praepoſiturae* praedictae pro ipſius

1468. *Exemtio a poteſtate epiſcopi PATAVIENSIS cum eius et capituli conſenſu. Verſio oppidi in ciuitatem,*

collegiatae in cathedralem eccleſiam.

cum EPISCOPALI dignitate.

1468. *additio plurium* ipſius diocoeſi aſſignamus et limitamus, uolentes et eadem auctoritate ſtatuentes, quod in eadem eccleſia ſic in CATHEDRALEM erecta aliae omnes et ſingulae dignitates, adminiſtrationes, officia, canonicatus et praebendae ac uicaria et capellaniae et in eo ſtatu et robore, in quo antea fuerant, poſt *erectionem* huiusmodi exiſtant et perpetuo maneant, cum fructibus, redditibus et prouentibus earundem; ita tamen, quod omnia et ſingula mobilia et immobilia bona, quae ante erectionem huiusmodi ad *praepoſituram* actu *uacantem* de iure uel conſuetudine quomodolibet pertinebant, una cum *caſtro S.* VITI prope Viennenſem ciuitatem praedictam et quibuscunque aliis dictae antiquae praepoſiturae fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, iurisdictione et pertinentiis uniuerſis ad MENSAM EPISCOPALEM *MENSAE epiſcopali.* Viennenſem perpetuis quibuscunque temporibus pertineant in futurum, reſeruata tamen ex eis pro ipſius eccleſiae *praepoſito* pro tempore exiſtenti, *congrua portione*, ex qua decenter ſe ualeat ſuſtentare, niſi ipſi praepoſiturae de aliis nouis redditibus et dote congrua per *imperatorem* praefatum prouideatur, quemadmodum nobis facturum ſpopondit. Et inſuper imperatori praefato eiusque in dicto ducatu *Auſtriae* ſucceſſoribus IVS PATRONATVS ac *praeſentandi* perſonas idoneas in *praepoſitum*, *decanum*, *cantorem*, et *cuſtodem*, nec non ad ſingulos *canonicatus* et *praebendas*, *uicarias* et *capellanias* huiusmodi hac primaria uice et deinceps, quoties illos uacare contigerit: INSTITVTIONEM uero

Patronatus *duci reſeruatus, et praeſentatio ad praebendas.*

uero et confirmationem eorundem *decanatus,* 1468.
cantoriae et *cuſtodiae*, ſingulorumque *canonicatuum, praebendarum*, uicariarum, et *capellaniarum* huiusmodi, ſimiliter etiam quorumcunque aliorum beneficiorum in dicta Viennenſi CIVITATE et eius DIOECESI exiſtentium dicto EPISCOPO Viennenſi pro tempore exiſtenti perpetuis futuris temporibus reſeruamus. Et nihilominus praefatis *epiſcopo* et *capitulo* edendi quaecunque rationabilia et honeſta *ſtatuta* et ordinationes, prout ipſi eccleſiae *congruere* conſpexerint etiam cum adiectione *poenarum* et iuramento firmandi pro illorum obſeruantia auctoritate praefata, tenore praeſentium facultatem concedimus et etiam poteſtatem. *Conſtitutionibus* et ordinationibus Apoſtolicis aut aliis in contrarium facientibus *non obſtantibus* quibuſcunque. *Nulli* ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae *exemptionis, liberationis, conſtitutionis, erectionis, inſignitionis, aſſignationis, limitationis, ſtatuti*, uoluntatis, reſeruationis et conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, *indignationem* omnipotentis *DEI* et beatorum *Petri* et *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. DATVM *Romae* apud ſanctum Petrum anno incarnationis dominicae *milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octauo*, quinto decimo Cal. Februarii *pontificatus* noſtri anno quinto.

Ius ſtatuta condendi,

non obſtante iure canonico.

Sanctio.

Datum. 1468.

L. Dathus gratis de Mand.
S. D. n. ppae de Piſcia.

NVM.

1470.

NVM. XXXIII.

WLADISLAI Bohemiae *regis induciae inter* ſubditos *Bohemiae* et *Iohannem* Puchaimum *trimeſtres, definitae cum ortu et occaſu ſolis an.* clↄ ccccLXX.

Wladislaui induciae 1470. WIr WLADISLAVS von Gottes Gnaden Kunig zu Beheim, Marggrave zu Mehren, Hertzog zu Lützenburg unnde Schleſien, Marggrave zu Luſitz etc. *Bekennen und tuen kund offentlich mit dieſen Brieffe; allermänniglich, daß wir mit unſſer Crone zu* Beheim *allen unſern Unterthanen, Landen, Stedten, geiſtl. und weltl. Perſohnen in der Cron zu Behem, odder anderſtwo die ſich unſer halten, unſer lieben andæchtigen und getreuen an Eym, unde den Edln Henrichen und Hanſſen von* Buchhaim *und allen ihren* Unterthanen, Dienern *und* Helffern *geiſt- und weltlichen Perſohnen am andern teyl, ein rechten aufrichtigen, Chriſtenlichen* Friede *aufgenommen haben, der* eingeen *und angehen ſoll den nechſten Sontag nach unſers Herrn* Auffahrts-*Tag mit* Auffgang *der* Sunnen, *unnde werdden ſoll den benannten Sonntag ein* Vierteyl *Jahr das iſt nehmlichen* dreyzehen *Wochen nacheinander folgend biſs zu ausgeende den letzten Tage deſſelben viertel Jahres biſs zu Untergang der Sonnen; welchen ſolchen Chriſtennlichen Friede, wir mit allen unſern obgemelten vnnſer* Crone *unde allen unſern Unterthanen*, Landen, Stetten, Geiſtlichen *und Weltlichen, die ſich unnſer hal-*

pax inter nobiles ſubditos.

Eius initium ſub ortum ſolis, ſpatio trimeſtris. Dies uenit ſub occaſum ſolis.

halden,ſtetten, gantz veſt, recht Chriſtenlichen unde unerbrochenlichen die bemelte zeit aushalten wollen bei unſer Königlichen wirden treulichen und ongefärlichen, des zur Bekäntniſſ haben wir dieſem Brief verſiegelt mit unſern kuniglichen zuruck aufgedruckten Inſiegel, *der* GEBEN *iſt zu* Prag, *am Montag vor unſers Herrn Auffarths-Tag nach Chriſti Geburth vierzehenhundert, darnach im ſiebendtzigiſten, unſers Reichs im ſechſten Jahre.* 1470. 1497. Datum.

NVM. XXXIV.

Reuerſales datae a Chriſtophoro epiſcopo **PATAVIENSI,** ***Iohanni epiſcopo*** **VESPRINIENSI,** ***qua*** **Viennenſis** ***eccleſiae perpetuo*** **COMMENDATARIO** **cIↃ CCCCLXXXXVII.** ***ne quid in praeiudicium iurisdictionis eiusdem.***

CHRISTOPHORVS *Dei gratia epiſcopus* PATAVIENSIS nec non eiusdem eccleſiae CAPITVLVM, tenore praeſentium notum facimus, quod cum uenerandus in Chriſto pater et dominus Ioannes *epiſcopus* VESPRINIENSIS, *Viennenſisque* eccleſiae perpetuus COMMENDATARIVS, nec non eiusdem eccleſiae uenerabile *capitulum* nobis ex ſingulari fauore et beneuolentia annuerunt, et conſenſerunt, ut nos, ac pro tempore in ſpiritualibus *officialis* noſter *generalis* ad *officialatum* curiae noſtrae *Patauienſis* infra Onaſum deputatus in *ciuitate Viennenſi* TRIBVNAL noſtrum ponere, ac *iurisdictionem* in omnes eccleſiae noſtrae Patauienſis iurisdictioni ſubiectos exercere, ſiue ius reddere, *hora* con-

CHRISTOPH. Ep. Patau. *1497. cum capituli conſenſu commendatarii* Viennenſis *iura.*

Eius indulgentia, ut Patauienſis ibi haberet ſui officialis tribunal.

1497. conuenienti, qua uidelicet *tribunal* ipſius do-
1509. mini *commendatarii* aut eius capituli, non impedietur, poſſimus et ualeamus, ſeu dictus pro tempere officialis, uel commiſſarius noſter poſſit, et ualeat. Ideo nos ſub *praetextu* huiusmodi fauoris ſeu *beneuolentiae* promittimus, non uelle praefato domino *commendatario*, aut ſuis ſucceſſoribus, neque praefatae eccleſiae *Viennenſi*, ſeu capitulo praedicto, in aliquo *praeiudicare*, nec aliquod ius uendicare, ut aliquam *quaſi poſſeſſionem* exercendae *iurisdictionis* ibidem acquirere, ſed ſolum huiusmodi conceſſa nobis *beneuolentia ſimpliciter* uti, omni dolo quouis modo procul moto. In quorum teſtimonium praeſentes *litteras ſigillis* noſtris fecimus communiri. DATVM *Patauia* die quinta decima menſis Octobris. anno domini *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo.*

Iure precarii ſine quaſi poſſeſſione.

Datum 1497.

(L.S.) (L.S.)

NVM. XXXV.

***Confirmatio priuilegiorum et regalium a S.R.I. conceſſorum reipublicae* LVCENSI MAXIMILIANI *I. quae in poſterorum imperatorum confirmationibus repetita an.* cIↃ IↃIX.**

Maximiliani imperatoris an. 1509. titulus plenior inſignis.

MAXIMILIANVS *diuina fauente clementia electus Romanorum imperator ſemper Auguſtus ac Germaniae, Vngariae, Dalmatiae, Croaciae, rex, Archi-dux Auſtriae, dux Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae, Lymburgiae, Lucemburgiae et Geldriae, Landgrauius Alſatiae, princeps Sueuiae,* PALATI-

NVS *in Habspurg et* HANNOVIAE, princeps *et comes Burgundiae, Flandriae, Tirolis, Goritiae, Arthesiae, Hollandiae, Seelandiae, Ferretis, in Kyburg, Namurci et Dusburgii, Marchio sacri Romani imperii super Anasum et Burgouiae, dominus Frisiae, Marchio Sclavonicae, Mechliniae, Portus Naonis et Salinarum etc.* Ad perpetuam rei memoriam. Meditari ſecum ſemper debetis, cui a DEO Opt. Max. gentium ac populorum regimen conceditur, ut ſicuti *rebellium* perfidiam ſtudet acriter ulciſci, et perditorum hominum mores ſuppliciis in melius imputare: ita non minori cura et diligentia gratitudinis ſuae *uices* in eos partiri, quos fide, obſeruantia, aſſiduis *laboribus* et iugibus ſtudiis ac meritis ſeſe in dies magis gratos et acceptos ſibi reddere oculata fide intuetur; hoc autem ſi *minimi* quique hominum rectores meminiſſe iure debent, eo diligentius *ſacri caeſaris celſitudo* perpendere tenetur, in quem fixis et intentis oculis ſinguli inſpiciunt exempla uirtutum omnium ac uerae moderationis ac regiminis formam ſpeciemque humanae uitae et actionis ab eo reportaturi. Cum itaque nos hac ratione ducti aeſtimantes *qua fide, qua conſtantia Lucenſis ciuitas erga nos et praedeceſſores noſtros Romanorum reges et imperatores ſe perpetuis temporibus exhibuerit; deficientibusque aliis multis deuotione continua ſacro Romano imperio adhaeſerit; ac iuſſis et mandatis noſtris nullo unquam tempore repugnauerit; inſpecta humili ſupplicatione honorabilium noſtrorum ac ſacri imperii fidelium dilectorum Boni de* FRANCISCHIS et Hieronymi de MEDICIS legum doctorum praedictae

1509.

Aduerſus perduelles.

Pro fidis ſubditis.

Fides a LVCENSIBVS probata S. R. I.

1509. *Lucenſis* urbis *oratorum*, qua a nobis petebant, ut eidem LVCENSI ciuitati eiusque ciuibus et populo eorumque ſucceſſoribus in perpetuum *antiquiſſimam* libertatem ſuam ipſamque *ciuitatem* et *territorium* ſuum confirmare, concedere et approbare dignaremur, cum plena et libera poteſtate et *authoritate iuris dicendi* per ſe et ſuos *officiales* cum *mero* et mixto *imperio et gladii* poteſtate, ac *omnimoda* iurisdictione, et cum eisdem *libertatibus* et *immunitatibus* ac iuribus, quae et quas habuit hucusque ex *antiqua conſuetudine* et ad praeſens habent, et quae *liberam* decet *ciuitatem* cum authoritate et poteſtate *ſtatuta municipalia condendi*, condita *confirmandi*, nec non reuocandi et limitandi, prout utilitati et pacifico ſtatui ſubditorum praefati ciues et populus ſucceſſoresque eorum duxerint expedire, item cum authoritate et libera poteſtate creandi et ordinandi tam in dicta ciuitate quam in toto territorio et in ſingulis locis dicti territorii *Antianos*, *uexilliferum*, iuſtitiae *conſiliarios* et alios quoscunque *magiſtratus* ordinarios uel delegatos honores et *Bonorum officia* in perpetuum uel pro certo tempore quocunque illos nomine appellari contingat cum *mero* et *mixto* imperio ac omnimoda *gladii poteſtate* et *iurisdictione*, prout de tempore in tempus perpetuo uidebitur expedire, item cum authoritate *gabellas*, *datia*, *introitus* et alia onera extraordinaria *quaecunque* pro *Lucenſis* reipublicae *utilitate* et neceſſitate inducendi, imponendi, exigendi, augendi, minuendi, moderandi, et ſi ipſis ciuibus ac populo eorumque ſucceſſoribus ut ſupra uideatur penitus

Renouatur ciuibus et populo; ciuitati et territorio 1) auctoritas iuris dicendi, 2) gladii, 3) libertas, 4) immunitas, 5) ſtatuta condendi.

6) creandi Antianos, uexilliferum, conſiliarios:

7) tributa indicendi et tollendi:

tus *tollendi* et amouendi, item cum *confirmati-* 1509.
one omnium et ſingulorum priuilegiorum ha- 1327.
ctenus per Romanorum reges et imperatores *g) confir-*
eorumque *uicarios* dictae Lucenſi urbi conceſ *matio priuilegiorum*
ſorum et praecipue confirmare, concedere, da- *auctorum.*
re et approbare eidem ciuitati, ciuibus, populo *uicarii*
et ſucceſſoribus in perpetuum, quae ad ipſam *S. R. I.*
ciuitatem et eius territorium, omnes liberta-
tes, immunitates, priuilegia et conceſſi nes et
iura *conceſſas et conceſſa ICC Caſtruccio Lucenſi ciui,* *ſigillatim*
ac duci Lucano a diuae *memoriae quondam Lu-* *Ludouici*
douico Romanorum rege *ſub die decima ſepti-* *Bauari*
ma Nouembris milleſimo trecenteſimo uige- *1327.*
ſimo ſeptimo, regni ipſius anno tertio decimo
confirmata et repetita ab eodem imperatore
ſub die quinta decima Februarii milleſimo tre-
centeſimo uigeſimo octauo, ita quod *caſtrum* *de caſtris*
montis Caroli, quod adhuc cum ualle nebulae et
ualle *Arni Barga* et aliis locis licet indebite
occupant et detineant, nec non dimiſſum fue-
rat caſtrum *Motroni* quod tamen DEO facien- *Alienatio-*
te poſt multa tempora recuperauit, dignaremur *nes et per-*
eiusmodi obligationes, *foedera*, conuentiones *mutationes*
et pacta, onerum impoſitiones, ac iurium re- *iure*
nunciationes, quae alienationem locorum a Lu *nullae ſine*
cenſi ciuitate continebant cum *Florenti* *conſenſu*
nis, ut *ſupra* uel cum aliis quibuscunque factas *S. R. I.*
de poteſtatis noſtrae plenitudine declarare et
definire nullas et nulla, irritas et irrita, fuiſſe et
eſſe, et nulluis penitus roboris uel momenti, tan-
quam facta et factas *ſine caeſareae maieſtatis noſtrae*
ac praedeceſſorum noſtrorum uenia et authoritate et
in ſacri imperii non modicum praeiudicium, et tan-
quam iniuſta, uiolenta, et *ui* ac *metu* extorta,

 nec

1509. nec non declarare dicta omnia et ſingula loca
1327. in priuilegio *Caroli quarti* deſcripta, ſpectare et pertinere ad dictam *Lucenſem* ciuitatem, prout antea ſpectabant et pertinebant eique ciuibus et populo ab eorum occupatoribus eſſe reſtituenda praedictis pactis, conuentionibus et renunciationibus aliisque quibuscunque non obſtantibus, et praedictum *Caſtrum* MOTRONI quod ad praeſens per dictos Lucenſes poſſidet, cum ſit in priuilegio praedicto CAROLI *quarti* deſcriptum, iuſte de iure et licite poſſideri, et ad ipſos Lucenſes ſpectare et pertinere, ſupradictis omnibus non obſtantibus; item quia *mons* GRAGNI prope Gallicanum per homines Gallicani per longiſſima tempora fuit pacifice poſſeſſus et a quibusdam annis citra dictus locus ab hominibus *Bargae* fuit de *facto moleſtatus*, qui iam diu ut peſſimi filii ab eorum *matre Lucenſi* ciuitate ad *Florentinos* defecerunt, a quibus nunc uiolenter fauentur et animantur, uellemus locum illum declarare et concedere in *pertinentiis Gallicani*, prout in ueritate eſt, maxime attento, quod locus ille et iter per ipſum locum eſt porta et *exitus ex Lucenſi territorio*, quo Lucenſibus clauſo, de facili a Florentinis obſideri poſſent, qui iam dudum omnia pene alia itinera terreſtria, per quae exitus ex agro Lucenſi haberi poteſt, occuparunt. Item quia alias praefata Lucenſis ciuitas tam ex priuilegio *Caroli quarti* quam ex antiquiſſima poſſeſſione et conſuetudine habuit caſtra *uia regii* et *Motroni* in *littore maris* cum *portu* in mari et iure *applicandi* in terram et in particulari *portus Motroni* fuit ampliori praerogatiua *nobilita-*

Caroli IV. recuperatio amiſſorum.

Motroni caſtrum.

Mons Gragni.

Porta Lucenſis territorii.

uia regia et Motroni caſtra portus.

litatus cum authoritate onerandi et *exonerandi* 1509.
ſpecies et ſpecialiter *ſal* et alias quaſcunque 1369.
merces et nauigandi, de quibus omnibus in di *Ius gerandi.*
cti *Caroli quarti* priuilegio continetur, quae
priuilegia tunc temporis expreſſe non fuerunt
conceſſa *caſtro uia regii*, forte quia tunc difficulter
ad illud erat aditus per terram, nunc autem per
induſtriam habitatorum et impenſu Lucenſium
ſint loca *deſiccata* et itinera frequentata et ca-
ſtrum illud et locus ſit aptus uſibus ciuitatis
Lucenſis et mercatorum eiusdem, dignaremur
etiam dicto caſtro *Motroni portum* cum ſuis pri-
uilegiis confirmare, et illa eadem authoritate
caeſarea *uia regio* et eius *portui* concedere et
in ſpecie cum iure *exonerandi ſal*, non obſtan- *non obſtantibus Ianuenſium priuilegiis.*
tibus quibuscunque *priuilegiis Ianuenſibus* uel
aliis quibuscunque hactenus conceſsis, de qui
bus etiam expreſſa mentio fieri deberet, de iu-
re et conſuetudine, etiam de uerbo ad uerbum
quae noſtra authoritate caeſarea pro expreſsis
habentur; item confirmare *priuilegia* conceſ-
ſa per diuae memoriae *Carolum quartum* Ro- *Caroli IV. conceſsio d. 8. Iunii 1369.*
manorum imperatorem praedeceſſorum no-
ſtrum maiori *Antiano* uicario *uexillifero* Lucenſis
ciuitatis, qui per tempora fuerit, ſub anno domi-
ni mileſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, *9) creandi tabelliones,*
indictione ſeptima, octauo idus Iunii, regno *10) legitimandi,*
rum ipſius anno uigeſimo tertio, imperii uero
quinto decimo u. gr. creandi *tabelliones, legiti* *11) faciendi milites,*
mandi, faciendi *milites*, reſtituendi *minores* ac
maiores ex iuſta cauſa, *adoptandi, emancipandi*, *12) reſtituendi,*
manumittendi ſeruos, *reſtituendi natalibus* ius *13) adoptandi.*
que *aureorum annulorum* concedendi, cum o
portunis *legum derogationibus* etc. Item priui- *14) emancipandi,*

1509. legium dictae Lucenſi ciuitati conceſſum, quod
1360. in ea ſit ſtudium generale et priuilegia ſcholari-
15) manu- bus ac doctoribus conceſſa ab eodem *Carolo*
mittendi, *quarto*, ſub eisdem anno, menſe, die et indictione,
16) aureo- item priuilegium et authoritatem cudendi *mone-*
rum annulorum, *tas aureas, argenteas*, et *aere* contaminatas con-
17) academica, ceſſum dictae Lucenſi ciuitati per eundem impe-
ratorem ſub anno, die et indictione praedictis o-
18) monetandi. mnia et ſingula conceſſa et attributa dicto olim
regalibus *Caſtruccio* quatenus ciuitatem ipſam et *territori-*
uniuerſim. *um* reſpiciant data, conceſſa et attributa ac dona-
arcifiniis. ta intelligantur dictae *Lucenſi* ciuitati, ciuibus et populo eorumque ſucceſſoribus in perpetuum cum omni libertate et *regalibus*, ut in ipſis literis continetur, item cum Lucenſis ciuitas finitimos habeat *potentiores*, quorum iniurias et uim plurimam paſſa eſt in praeteritum, maioraque in futurum posſint uerisimiliter ſuſpicari, ſi tam anguſtis finibus terminet; idcirco ut posſit ſe ſuaque loca tutius regere ac cuſtodi-
fortalitia. re, dignaremur eidem ciuitati, ciuibus et populo eorumque ſucceſſoribus in perpetuum confirmare, concedere, dare et approbare ipſam ciuitatem et eius territorium, et ipſius
Dandi ciuitatem territorii uillas, caſtra, loca *fortalitia* et perti-
Carol. IV nentias omnes tam terreſtres quam maritimas,
1369. flumina, *lacus, ſtagna, riparias, montes*, plana et omnia ac ſingula loca dicti territorii territorium Lucenſis *ciuitatis* declarando ac definiendo, quae, et prout olim ſpecificatum, declaratum ac definitum fuit per diuae memoriae CAROLVM QVARTVM, praedeceſſorem noſtrum anno domini *milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono*, indictione ſeptima, *octauo* idus Iunii *regnorum* eius anno uigeſimo tertio, *imperii* ue-

ro

ro quinto decimo et ſi quando loca praedicta 1509.
aut aliquod eorum ad manus noſtras deuene- 1369.
rint, illa *Lucenſi* ciuitati reddere dignemur ei- *Ius recupe-*
dem Lucenſi ciuitati eiusmodi loca *recuperandi randi, ue-*
et retinendi *ueniam* concedere ac poteſtatem *niam con-*
impartiri, item *introitus* omnes et prouentus *cedendi, in-*
ac *uectigalia* ciuitatis et locorum omnium dicti *troitus, uectigali-*
territorii dictis ciuibus et populo ac eorum *um*,
ſucceſſoribus pro *regenda* ac *protegenda* ciuitate praedicta, ac locis eius in perpetuum concedere ac dimittere, prout hactenus per alios noſtros praedeceſſores *Romanorum reges et imperatores* conceſſa ac permiſſa fuerunt, item *foederum.*
quia *Lucenſis* ciuitas ex uicinorum bellis et uiribus coacta, ne reliqua etiam et urbem ipſam perderet, multa *foedera*, pacta et conuentiones iniit et fecit, in quibus ſui territorii partem, nonnullaque *caſtra, fortalitia* et loca alienauit, dimiſit et obligauit, uel onus aliquod impoſuit, uel in illis iuribus ſuis renunciauit, inter quae loca *Florentinis* fuit dimiſſum, et prout in eo continetur. Item ſpecialiter etiam confirmare declarationem factam per dictum CAROLVM QVARTVM, quod per conceſſionem per ipſum factam quibuscunque *uerbis* uel quocunque *titulo Florentinae* urbi de quibusdam locis in dicto priuilegio deſcriptis non inferatur aliquod *praeiudicium* in locis in eo deſcriptis et expresſis, ut in eo *iure proprietatis*, ciuitati LVCENSI et iura *proprietatis* ſalua et inconcuſſa *Lucenſibus* conſiſtere in dictis locis, prout in dicta declaratione continetur, uolentes et cupientes pro ſolito inſtituto noſtro bene merentibus uiris *gratia* ac *libertate* noſtra reſpondere, ut dignis uirtutum ſuarum praemiis inuitati,

1509. alacrius nobis et feruentius *fideles eſſe* poſſint
1369. et *debeant*, animo deliberato, motu proprio, ex certa ſcientia, ac de noſtrae caeſareae poteſtatis plenitudine, eidem Lucenſi ciuitati, ciuibus, populo et ſucceſſoribus eorum in perpetuum *libertatem* et uniuerſa et ſingula *priuilegia*, *literas*, *gratias*, *immunitates*, *conceſſiones*, *declarationes*, *quae et quas* ſuper quibuscunque *iuribus*, *libertatibus*, *poſſeſſionibus*, *proprietatibus*, *exemtionibus*, *caſtris*, *locis*, *terris*, *mari*, *fluminibus*, *portubus*, *montibus*, *planis*, *itineribus*, *nemoribus*, *uiis*, *ſtratis*, *paſſibus*, *ingreſſibus et egreſſibus* quibuscunque etiam ſpecialibus *uocabulis* deſignentur, a nobis et diuis *imperatoribus* et *regibus* praedeceſſoribus ſeu eorum *uicariis* et ſacro Romano imperio obtinuerunt, et praeſertim priuilegium *Caſtruccio* ciui Lucenſi et duci *Lucano* per diuae memoriae LVDOVICVM *Romanorum regem* et alia priuilegia per CAROLVM *quartum* ſuperius ſpecificata et adnotata in omnibus ſuis articulis, ſententiis, punctis et *clauſulis* de *uerbo* ad *uerbum*, prout ſcripta ſeu ſcriptae ſunt, ac ſi tenores omnes forent praeſentibus inſerti, ac ea omnia et ſingula, quae dictae *Lucenſis* ciuitatis ciues et populus tenent, habent et poſsident, ſiue ante hac tenuerunt et poſſederunt, et ea omnia quibus de iure uel conſuetudine utuntur, et quomodolibet pro commodo, honore et utilitate ac neceſsitate reipublicae ſuae uſi hactenus fuerunt, *innouamus*, *approbamus*, *ratificamus*, *et* de ſingularis noſtrae benignitatis gratia, tenore praeſentium *confirmamus*, *libertatemque* TERRITORIVM et TERRITORII *declarationem* et omnia et ſingula ſuperius in his literis per eos petita et ſpecificata,

Confirmatoria.

cata, iuxta ipſorum oratorum petitionem et 1509.
ſupplicationem *de nouo concedimus*, damus et
elargimur et declaramus, ſpecialiter declarantes non fuiſſe unquam *intentionis* noſtrae aut noſtrorum *praedeceſſorum* per aliquam conceſſionem quomodocunqne cuicunque aut qualitercunque factam *fidelibus noſtris* Lucenſibus aliquod *praeiudicium* generare, non obſtantibus quibuscunque *legibus* et *conſuetudinibus* in contarium facientibus, etiamſi de ipſis de iure uel de conſuetudine eſſet expreſſa mentio facienda, quae omnia hic pro expresſis habeantur; et non *obſtantibus* quibuscunque *gratiis, literis* aut *priuilegiis* quibuscunque aut cuicunque concesſis, quae quoquomodo facerent contra praedicta, etiamſi de ipſis eſſet expreſſa mentio facienda, *annihilantes* et *annullantes* omnia et ſingula in horum contrarium forſan acta, ſupplentes noſtra praedicta authoritate omnem defectum uel citationis aut ordinis obmiſſorum.

Non obſtantibus, quae his uideantur aduerſa.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtrae innouationis, approbationis, ratificationis, confirmationis, *largitionis, donationis, nouae conceſſionis ac declarationis paginam infringere*, uel ei quouis auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare praeſumpſerit, grauem noſtrae indignationis offenſam et poenam *centum marcharum auri puri ſe* nouerit incurſurum, quas ab eo qui contra fecerit toties, quoties contra factum fuerit, irremisſibiliter exigi uolumus, et medietatem *fiſco* imperialis camerae, reſiduam uero partem iniuriam paſſorum uſibus decernimus applicari praeſentium ſub noſtrae *maieſtatis ſigilli* appenſione teſtimonio literarum.

Sanctio.

DATVM in caſtris noſtris felicisſimis apud *Baduam* die pri-

Datum. 1509.

1587. prima Septembris anno domini milleſimo quingenteſimo nono, regnorum noſtrorum Romani uigeſimo quarto, Hungariae uero uigeſimo etc.

Serenteiner.

Copia plenae fidei. EGo Chriſt. Iu. Petri de Iuſtii Lucenſis ciuis, publicus ac imperiali authoritate notarius, et ad praeſens cancellarius illuſtrisſimorum dominorum *Antianorum* Lucenſis ciuitatis fidem facio et atteſtor, ſupra praemiſſam *copiam priuilegii Maximiliani* imperatoris, prout iacet, eſſe fideliter extractum, nullo addito uel diminuto ex *antiquo originali* ſimilis tenoris et continentiae, extracti et publicati in charta codina cum appenſione magni imperialis ſigilli, cum *cordulis ſericeis nigris* et *auri* in forma probanti longo tempore et diligenter cuſtoditi ſub fidiſſima, accurata et ſolita cuſtodia diuerſarum ſcripturarum et *officialium* loci nominati Iarpeae, ubi ſolitae ſunt conſeruari et cuſtodiri ſcripturae publicae et monumenta ſpectantia et pertinentia ad regimen et iurisdictionem ciuitatis *Lucenſis* et eius ſtatus et in fidem et teſtimonium praedictorum diligentique mea collatione praemiſſa et omnibus et per omnia de uerbo ad uerbum concordare inuentae, *ſubſcripſi* nomen meum et officii cancellariatus *praedicti* ex authoritate et mandato Illuſtrisſimorum dominorum praedictorum ſimul cum ſolito meo ſigno Tabellionatus appoſui hac praeſenti die p. a Iulii. 1587.

(L.S.)

LIB.

LIB. VII.

ADPENDIX

EX CODICE MEMBRANACEO CHRONICON EPISCOPORVM MERSEBVRGENSIVM.

ab an. 968. ad an. 1500.

PROOEMIVM HISTORIAE CONDITI EPISCOPATVS MERSEBVRGENSIS.

Prooem.

§. I.

QUum populus *Romanus* uniuerſum orbem bellicis armis ſibi ſubdere contenderet, in diuerſas regiones, diuerſos imperatores diuerſis temporibus transmiſerunt. Igitur *Iulius Caeſar* contra *Gallos*, qui et Braccati nuncupantur, bellum acturus pugnauit, ſuperauit, ſubiugauit, cunctaque ipſorum loca munitiſſima luſtrans ſibi ſuisque ſequacibus ſubdere feſtinauit. Tandem has in *noſtras partes* deuenit, et in loco noſtro a ſeptentrionali plaga *montem* quendam, qui usque nunc ex antiquitate *Altenbrrg* uocatur, in quo nunc *baſilica* ſancti *Petri* fundata ueneratur, muro, moenibus, uiris munitum inuenit. Hunc expugnare uolebat nec ualebat. Vt autem erat animo acerrimus, ira dictante mandauit ultra non progredi, donec *caſtellum* repugnans excidium ſubiret. *Haec ſcriptis non uidimus, ſed reuelatu ſeniorum audiuimus.* Circumſpiciens itaque *montem* caſtello ex auſtrali parte oppoſitum,

Origines fabuloſae a I. Caeſare, conditore Merſeburgi.

Altenburg, Baſilica S. Petri.

Venia figmenti.

Prooem. ſitum, ubi nunc *Alta* noſtra coruſcat, *eccleſia* immunitum reperit. Hunc conſcendit: caſtra locauit: deinde quid facturus eſſet, ſecum deliberauit. Tandem placuit ei, hos *duos montes* aggeris comportatione continuare; quod

Caſtellani. et factum eſt. Sicque *caſtellani* inſtantia operis deuicti pacem poſtulabant ſeque et eius *imperialia iuga* domitis ceruicibus a modo ferre

Ratio ſitus et fertilitas. non recuſabant. Tunc *caeſar* patrato quod intendebat, amoenitatem loci ex planitie ubique adiacenti, et ex flumine *Sala* ſubter decurrenti, nec non ex frugali *copia terrae* illic abundanti pertractans eo *urbem munitiſſimam* conſtruere intendit, quod actu conſummatum eſt. Nam caſus agit uirtutis opus. Sed quomodo a flumine magno *Rheno* usque ad fluuium *Salam* et ultra uniuerſa uictricibus armis, Marte proſperante, domuerat; hanc urbem bellis aptam

Merſeburgum marti *ſactum opinabilius a paludibus* Moersburg. Deo *Marti*, quem praecipue colebat, dictauit, ac nomine conſecrauit, eamque *Marsburg Martis urbem* appellauit. Crederet hoc quis non niſi ſit pro teſte uetuſtas.

§. II.

Saltus a I. Caeſare ad Ottonem M. Poſt vero imperatoribus tam Romanis quam Teutonicis inuicem ſibi ſuccedentibus imperialis cardo hos amouendo usque ad *Ottonis*, qui et *magnus* agnominatus eſt, tempora diuoluuntur. Hic ut erat magnanimus, *magnalia* quaeque moliebatur, hancque urbem *ſenio* dirutam reparando *muro lapideo* ſepiuit; *moenia* intra ſepta multiplicauit, *regiamque do-*

Domus imperialis. *mum* in *auſtrali* parte ciuitatis fundauit. His ſic diſpoſitis electorum uirorum multitudinem robuſtiſſimorum intra moenia collacauit,

per

per quos omnium *orientalium regionum* ſuae ditioni ſubiugauit. Haud modicum temporis interuallum uoluitur, et *Auares* i. e. *Vngari*, ut ſaepe factitarunt, finitimos ſibi Ramano regno ſubditos inuadunt, perturbant, tam hominum quam iumentorum depopulationem faciunt. Quod ubi imperator comperit, alta ſuſpiria trahens, ingemuit, et ad ulciſcendum id facinus omni actione feſtinauit. Aſſumtis itaque his, quos tunc habere potuit, curſum ad uindictam properauit auguſtam, eoque omnes familiares, omnesque rebus bellicis aptiſſimos acciri praecepit. Acciti ueniunt, aduentantes rex gratioſe ſuſcipit: rem aperit uelle, inſinuat fortes praemiorum remuneratione: formidoloſos poenarum atrocitate ad quaeque fortia excitat. Tunc proceres accepta *regis* ſententia aſſenſum praebent, et pro ſe quiſque affectum regis ad effectum producere laborat, gens autem effera *aculeo* audaciae ſtimulata perniciei ultro obiuit, et iuxta *Leth* torrentem caſtra locauit, et quosdam ex regiis nocte paulo inconſultius ſe aggreſſos capiunt, trucidant, et regi contumelioſa dicta renunciant. His rex auditis, contritus eſt animo, et ſe malle mori quam talia perpeti conteſtatus eſt. Primo autem mane, id eſt in feſtiuitate glorioſiſſimi martyris *Laurentii* rex omnem apparatum bellicum ad pugnam producit, et facietenus in terram corruens uotum uouit, in hunc modum dicens: *Domine Deus, aeterne rex regum et dominus dominantium, in te ſperantium fortitudo admirabilis, tibi reſiſtentibus formido terribilis, da uictoriam in te confitentibus, excutere audaciam in ſeipſis gloriantium*

Prooem.

Inuaſio Hungarorum.

S. Laurentii.

Oratio Ottonis M.

Prooem. *antium. Domine ſi propter interuentum glorioſiſſimi martyris* LAVRENTII *tui, qui hodierna die tyrannum ſaeuientem ſuperauit, mihi pro ſanctae eccleſiae tuae detrimento moerenti ſolamen, moeroris uictoriam de gente contumaci dederis: domum, quae mihi terreſtri in* MERSEBVRG *aedificio adornatur, tuae odoriferae hoſtiae* LAVRENTIO *offeram eamque in tui nominis honore dicabo et eam amplificando* EPISCOPATVS *dignitate ſublimabo.*

Votum Ottonis M. pro condendo epiſcopatu.

§. III.

Dirae aduerſus Hungaros ab Vdalrico *Ep. Auguſt.*

At antiſtes Chriſti VDALRICVS, qui tunc *Auguſtenſi* praefuit eccleſiae, accepta pecunia domini ſui, ut ſeruus fidelis et prudens menſuram ſpiritualis tritici impigre erogauit, agnita regis praecellente in fide deuotione, intererat enim praelio, *oram Dalmaticae*, qua indutus erat, reſcidit, reſciſſam haſtae alligauit, in ſublime leuauit, claraque uoce ſic dicens exclamauit: *accingimini uiri potentiae procinctuque bellico proficiſcimini, en aduerſarius noſter diabolus pede* ſancti Laurentii *propulſatus corruit, ſuosque aſſeclas caſu ſuo caſuros inſinuat.* His uocibus *rex* omnesque *reges commanipulares* exhilerati, exhortationibus animati, *gladios* femori, *galeam* capiti, *clypeum* pectori, *lanceam* manu aptant, animo ad pugnam prodeunt, hoſtes fugantur, proſternuntur, conculcantur, uictoriam promiſſimam plena manu dira falce belli meſſuerunt.

§. IV.

Explet uotum Otto M.

Caede peracta morteque ſuorum defleta, rex regreditur, haud immemor *Dauidicae* admonitionis dicentis: *uouete et reddite domino Deo ueſtro:*

ſtro, uerbis ipſius prophetae, *ſi non dictis, factis tamen reſpondit. Vota mea reddam in atriis domus Dei noſtri.* Nam ROMAM properans HYLDEWARDVM *Halberſtadenſem* epiſcopum co uenire praecepit. Regis aduentu ciues Romani perturbabantur et rebelles uincuntur. *Iohannes* papa et ſibi applaudentes gaudio percelluntur. A quo imperiali benedictione ſuſcepta, rex accito ſupra memorato *Hyldewardo* utriusque arcanum mentis ſuae pandit uelamen dixitque in *Merſeburg* epiſcopatum, et in *Magdeburg* archiepiſcopatum, Deo fauente, ipſisque conniuentibus ſe conſummaturum. Procem. *Romam contendit.* *Magdeburgi et Merſeburgi inſtituturus epiſcopatus.*

§. V.

Papa uero IOHANNES *tredecimus*, audita regis intentiſſima deuotione, affectum praeconatur, in effectum exhortatur, cunctaque, quae ſui iuris ſint, ſe facturum pollicetur. *Hildewardus* autem regis rogatu apoſtolicique conſultu parochiam *Halberſtadenſis* eccleſiae, ſitam inter *Aram* et *Albin*, *Podam* fluuios, inſuper uiam, quae *Frederici* dicitur, in *Magdeburg* ſancto *Mauritio* donauit, partem uero inter riuulos *Willerbitze* et *Salbe*, et inter fluuios *Salam* et *Vnſtrot* et *Ilmena*, nec non foueam, quae eſt prope *Walhuſen*, ſancto LAVRENTIO in *Merſeburg* apoſtolica auctoritate confirmauit. *Imperator autem tali munere gratulatus patriam reuiſit, cunctisque optimatibus regni rem geſtam intimauit. Non poſt multum temporis rex cunctis eccleſiaſticis pro tempore* et locis ordinatis. *IOHANNES Papa XIII. ſuffragatur inſtituto.* *Halberſtadienſis epiſcopus adſentitur.* *Dona.*


§. VI.

ADELBERTVM quendam monaſticae conuerſationis Archiepiſcopatus honore in Magdeburg *MAGDEBVRGENſis archiepiſcopatus*

Prooem. burg exaltauit, BOSONI ſ[illegible] ſuimet capel-
968. lano eiusdem profeſſionis [illegible]nto ſuper epi-
ſubiiciun- ſcopatum *Merſeburgenſem*, *Z[illegible]ſem* et *Miſnen-*
tur epiſco- *ſem* electionem propoſuit [illegible] autem in ta-
patus li electione propter amoenitatem loci et pro-
1) Merſe- pter barbatiem duobus tunc praenotatis epi-
burgenſis, ſcopis irrependens hanc ſedem *epiſcopatus* ele-
2) Zizenſis, git. Rota anni neſcio ſupra dicta teneri in
3) Miſnen- proximum poſt praedicta natale uoluitur do-
ſis, mini et imperator omnesque *meliores* regni in
4) Hauel- *Magdeburg* conueniunt in his feſtiuis diebus ab
bergenſis. *Adelwerto* archiepiſcopo in epiſcopatus dignita-
tem conſecratur: BOSO *Merſeburgenſi*: HVGO *Ci-
zenſi*: BVRCHARDVS *Miſnenſi*: VDO *Hauelbur-
genſi*, omnesque *archiepiſcopo* dignam *ſubiecti-*
968. *onem* anno dominicae incarnationis *nonogente-
ſimo ſexageſimo octauo* profitentur.

§. VII.

TVTELA- His ſic ordinatis, imperator perfectum uoti
RES Mer- ſui, quod in anguſtiis ſancto LAVRENTIO uoue-
ſeburgi rat, pertractans *regiam domum* nuper in *Merſe-*
1) S. S. Tri- *burg* aedificio conſummatam ſub titulo *indiui-*
nitas, *duae trinitatis*, ſemperque uirginis *Mariae* et
2) D. uirgo, uictorioſſiſſimi martyris *Laurentii*, omnium-
3) S. Lau- que ſanctorum dedicari praecepit; offerens
rentius. eo *theſaurum* pretioſiſſimum mundo obriſo ſci-
S. reliquiae licet *corpora* pretioſorum martyrum Chriſti
Romani, Romani et a beato *Laurentio* baptizati, et a De-
Maximi. cio mox decollati, et ſancti *Maximi* apud Cu-
mas ſub *Fabiano* praeſide nobiliter triumphans
et ne quis hanc eccleſiam Merſeburgenſem,
quae a nobis ueneratur, eſſe iſtius iusſibus aſſe-
ueret, de *ſitu* illius ſolae eccleſiae, quae a *ueri-
dicis* intelleximus, proſequamur. Tradunt
ham-


No. I. BOSO.
pag. 335.
II. GEYSLERUS.
pag. 336.
III. WIGBERTUS.
pag. 347.
IV. DITHMARUS.
pag. 349.

namque hanc ſitam fuiſſe in *auſtrali* parte ec- Prooem.
cleſiae noſtrae, ſcilicet in loco, ubi nunc *fra- CAP. I.*
trum officina diſpenſatoria frequentatur. Huc- BOSO
usque per excurſum praeter rem; ſed tamen 969.
propter rem ſermocinabamur; nunc autem *Traditio a ueridicis.*
ipſam rem exſequamur.

CAP. I.

B O S · O

PRIMVS EPISCOPVS ECCLESIAE MERSEBVRGENSIS.

ab an. 969. ad an. 970.

Boso primus noſter ſpiritualis pater et re- *BOSO*
ctor eccleſiae Merſeburgenſis *Bauarica Bauaria oriundus.*
natione progenitus in zenobio S. *Heymeranni*
martyris et praeſulis Chriſti in *Ratiſpona* mo- *969.*
naſticae conuerſationis habitu usque in uirile
robur animi et corporis educatus eſt. Hunc *Caeſari a*
imperator *magnus Otto*, qui uir in conſilio pro- *a conſiliis.*
uidus erat, in bonitate conſpicuus, regni nego-
tiis et conſiliis praefecit.

§. II. Huic etiam propter incrementa laborum
dedit incrementa beneficiorum, ſcilicet omne
beneficium, quod retinuit ad eccleſiam in *Mer-
ſeburg*, quam pater ſuus et anteceſſor humilis
HENRICVS *primus rex* in honorem ſancti *Iohan-
niis baptiſtae* aedificari dedicarique praecepit.
Inſuper eccleſias in *Mimmeleue*, in *Dornburg* *Slauorum*
et in *Kirchberg* et *Lütze* * antequam in *apoſtolus*,
epiſcopatum ordinaretur, obtinuit. Poſtea tam * al. *Ciza.*
nomen quam dignitatem epiſcopatus obtinuit,
nomen inſtantia operis declarauit.

§. III. Erat namque pernox in orationibus di- *elogium eius.*

CAP. I. BOSO 970. *Helperdiz Meidebure prope* Rotau.

urnis, incredulis *Schlauis* praedicator, a quibus plurima contumeliae dicta poſt praedicationem ſuſtinuit. Ab imperatore Ottone M. eccleſiam in *Helpede* ſui iuris cum chirographo et uillam *Meidebure* obtinuit. Sed cum praeſcientia Dei ſtudii ſui metam imponere uoluiſſet, terram natiuitatis ſuae Bauariam reuiſit. Illic uitam huius exilii calendas *Nouembris* finiuit: brauium meriti accepturus inde a ſuis in ſedem *epiſcopatus corpus reducitur*, et in maiori eccleſia collocatur.

Sepultura 970.

§. IV. Hic in negotiatione animarum talentum ſibi commiſſum per *unum* ſolaris *anni* circulum et *denos lunarum* nec non per *tres dies* foenorauit. Ad cuius exequias illud laudis perſonatur:

Inſcriptio.

primus epiſcopii pater et rector Boſo noſtri praefuit huic ſedi, quam pius Otto dedit. Vita probatorum, decus huius erat monachorum. Euocat Otto piae poſt dedit eccleſiae,

Schlauis ſacra dedit fidei baptiſmata, ſedit
Bisquinos menſes annum tres quoque dies.

CAP. II.

GEYSLERVS

SECVNDVS EPISCOPVS ET DESTRVCTOR EPISCOPATVS.

ab an 970. ad an. 1004.

II. GEISLERVS. 970. *uitricus.*

PRimo patre atque paſtore *Boſone* noſtra eccleſia *uiduata* per interuentum AMMONIS *Wormacienſis* epiſcopi GEYSELERVS nomine pater effectu deſolans *uittricus* ab imperatore Ottone heu ſubrogatur. Quo facto rex pio affectu uiduam noſtram eccleſiam maritauit, ſed

ſed tali effatu plus bono et aequo uiduauit, *Geyſelerus* ab *imperatore* epiſcopus deſignatus ab Archiepiſcopo ADALBERTO in *Magdeburg* menſo *Iulio* in epiſcopale nomen et officium conſecratur. Poſt uero eccleſiae ſuae infauſto omine praeſentatur. Nunc in laudandis digna laude proſequar, execranda uero pro poſſe exſecrabor.

CAP. II. GEISLER. 970. *deſignatus ab imperatore.*

§. II. Enim uero hic *Geyſelerus* carnali *nobilitate* fulgebat, in conſiliis pollebat, et ab hoc in *palatio* regis frequentabatur, et apud imperatorem plurimorum *ſalus temporalis* per eum dirigebatur.

Eius origo nobilis.

§. III. Primo autem Ottone nexibus mortalitatis erepto et in aeterna beatitudine ut ſperamus collocato; *Otto iunior* eius filius, qui cum *aſſenſu* primatum ſceptrigeri regni et thronum poſſidebat. Hinc *Geyſelerus* quia iuuenili animo ut cera flexibilis in omne fuit *ſubdola aſſiduitate* pro maioribus acquirendis adhaerebat et plurima bona tunc eccleſiae cui praeeſſe uidebatur, his temporibus conquirebat.

Otto II. *plurima donat Ep. Merſeburgenſi.*

§. IV. Tradidit enim imperator noſtrae eccleſiae propter impenſum ipſius obſequium *Abbatiam* in PALETHE *et* CZWENKAW *urbem et quicquid murus in auſtrali parte continet, et ciuile oppidum cum uniuerſis ſui iuris et* FORETVM *ſitum inter fluuios* SALAM *et* MILDAM *et inter pagos* PLISNE *et* SVSELEM *et haec ſcriptis propriaque manu coroborauit.* Haec *ſcripta apud nos ſigillata ſeruantur, exceptis illis de* PALETHE *quae ille apoſtatans, ut poſt declarabimus, furtim ſubraſit.*

Quae recenſentur nominatim.

Pagorum 1) Pleis, & 2) Suſelem, Diploma ſupereſt.

§. V. Hac donatiua dedit inſuper *Chorimi* uillam cum aliis quinque. His *Geyſelerus* ſic honoratus

Donationes aliae Chorim.

CAP. II. GEISLER. 970. *Epiſcopus Caeſaris comes.*

tus ac ditatus, ſed *inſatiatus* frequenter in obſequio continua *familiaritate* regi adhaeret poſtpoſitaque omni *epiſcopali* actione tam in longinquis, quam propinquis *regionibus* indeſinanter deſeruiens, in defeſſa captione *amplioris* uenatur, uenantem fortuna indiſtrictae rotae ſuae plus aequo ſuppoſuit.

Electio Magdeburgici,

§. VI. Nam proh dolor, *Albertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus* primus meta huius exilii decurſa gaudium domini ſui laetus pro aſportato lucro remunerandus intrauit. *Partenopolis* uero pio paſtore deſolata per electionem ODALRICI releuauerunt, quod tamen pius pater iam obiens non poſſe compleri praeſagiebat. *Electione* facta electus cum electorum caterua in partes Italiae, ubi tunc *imperator* erat, mittitur, ut *imperiali auctoritate* electio confirmetur. Quo cum ueniſſent, GEYSELERVM noſtrum, qui tunc apud imperatorem plurimum ualuit, in ſecretum euocant, cauſam indicant ad conſolidandam electionem eius ſuffragia interpellant. Hoc audito *Geyſelerus* ſtimulo elationis pungitur, eos ab ingreſſu dehortatur, ſeque regem prae his ſuper his praeuenire pollicetur. Mox *ſecretarium* regis repetens humotenus ſternitur, regisque pietatem ſupplici deuotione ſic dicens praeoccupauit.

a capitulo Caeſare confirmante.

Geislerus ſubuertit electum, opera Caeſaris.

§. VII. Domine nunc tempus longae optionis pro debito deuotionis iuſtiſſimaeque remunerationis aduenit, remunerationem promtiſſimi mei ſeruiminis praeopto. Id quem rex deuotionem inquit, veſtri meriti mihi ſemper perpromte exhibiti cum locus fuerit, per effectum libentisſime repenſabo. Ac is qui iam mente

apo-

apoſtotauit, intulit dicens : domine *Albertus* Magdeburgenſis epiſcopus defunctus eſt, et hanc ſedem pro parte mei laboris et ſeruitii me ſuccedere facitote. Tunc rex fideli ſuo petita, plus *auctoritatiua poteſtate*, quam *canonica ſtabilitate*, concedit. · GEYSELERVS *archiepiſcopatus* dignitate ſublimatur, egreſſo eo poſtmodum legati, ſpe ſuſpenſi regis, ſententiam percunctantur.

CAP. II. GEISLER. 970.

· §. VIII. Ipſe vero acta aperit potenter. His autem auditis in hoc dubie aſſentientibus et acta non credentibus geminationis affirmatione gratulabandus ſic approbat dicens: *Sic ſtat ſententia regis.* At legati ſimul cum *electo*, audita regis ſententia, conſiderataque eius, qui praetendebatur regia familiaritate, accepto tramite labefacti, in propoſito tepeſcunt. Tunc Geyſelerus *donatiua multiplicia*, ex nimia familiaritate corroſa, pluribus et maxime romanis principibus, quibus omnia *pecunia* vendere mos eſt, large, diſtribuit. Quatenus adulatoria applauſione dignitatem, quam captabat, ſine iudiciaria contradictione concederent. Ad ultimum autem praeſentiam Domini Papae BENEDICTI *VII.* adiit, *Merſeburgenſi* ſedi hactenus contra conſenſum *Halberſtadienſis* epiſcopi ſe iniuſte praefuiſſe confitetur. Si fas eſt, aliena linquere, legitime oblata ſuſcipere, ſub ſpecie rectitudinis, ſed falſo corde profitetur. Tandem apoſtolica fraude dulciſona emolito, ſi poſſint iudiciaria cenſura fieri, petita concedit.

Qua eſt abuſus.

Ambitus Romae, ubi uenalia omnia.

§. IX. Quid multa ? indicitur *generale concilium*, quod potius erat conuenticulum. Adſunt corrupti cenſores, quid mirum ? Si verita-

Corrupta iudicia.

CAP. II. GEISLER. 970.

tis traditor licet gentilis quam uerum carmen cecinit, qui dixit, *corruptus iudex neſcit diſcernere verum.* Cumque ueniſſent, cauſa uentilatur, decreta peruertuntur, et *Geyſelerus*, qui hactenus epiſcopatu *Merſeburgenſis* eccleſiae iniuſte praefuiſſet, ut melioraretur, archiepiſcopatum conſcendere poſſe iudicatur.

Num Merſeburgenſis ſub fuerit Halberſtadienſi dioeceſi? Quod tuetur Geislerus.

§. X. *O cauſidici peruerſi*, vt quid ſic ex coecati! Si iniuſte noſtram poſſederat, iuſte a qualibet eccleſia repudiandus erat. *Certe ſi noſtra eccleſia libera non erat, nec Magdeburgenſis*, utique ab uno imperatore utraeque expetitae ab uno *Halberſtadenſis* eccleſiae paſtore conuerſae, ab uno apoſtolico uiro *Iohanne* Canonico conſolidatae, in frunitatem noſtram iaculatoria verba prophetae perdolabunt, dicit enim: *Vae uobis qui dicitis bonum malum et malum bonum!* Et Salomo: *falſus inquit, teſtis non erit impunitus*, impunitatem contemſiſtis: crumenas dationibus ſubfarcinatas expetiſtis has: et habuiſtis: in ad inuentionibus veſtris confiſi eſtis, in deſideriis cordis veſtri perſtetiſtis. Ergo iudicium datum comprobatur. Eccleſia noſtra nullo defendente condemnatur. *Geysſelerus* impetrato, quod volebat, in noſtra remeans altiora conſcendit immemor illius prouerbii dicentis: *melius eſt parum cum timore Domini, quam diuitiae multae et in ſatiabiles.* Tunc is, qui prius ſpecietenus noſtrae eccleſiae paſtor arridebat, *lupina* uoracitate armatus oues huius eccleſiae palantes, paſtorem quaerentes nec inuenientes inuadit, perturbat, dilaniat, *cunctaque priuilegia eccleſiae noſtrae aut ſuae mutatis nominibus aſſignabat, aut igne comburebat.*

Combuſtis, Merſeburgi priuilegiis.

§. XI.

§. XI. Et vt haec quae intendebat indiuulſa et irreparabilia permaneret. Conſulta et anniſu *Theodorici* Metenſis eccleſiae prouiſoris, qui more hydropici quando plus auaritiae lucra hauriebat, tanto magis ſitiabat. Inaeſtuatus enim erat in damnum noſtri *mille auri* et *argenti talentis*, miſſusque erat ab imperatore has in noſtras partes, ut electio confirmaretur *parochia* noſtrae eccleſiae prius affatim conceſſa ſine contradictione confirmata, ut res pupilli et viduae nullo tutante iudice miſerabiliter partitur. Pars *epiſcopatus noſtri*, quae ſita eſt inter fluuios *Salam* et *Elſtram* cum quibusdam uillis Friderico *Citzenſi* epiſcopo datur. *Volckoldo* autem Miſnenſis eccleſiae antiſtiti pars iſta conceditur cum duabus villis attinentibus, *nouem* vero *urbes* ſub ditione ſui iuris retinuit. Direptis itaque atque diſtributis tam eccleſiaſticis quam epiſcopalibus rebus, *abbatiam* inibi conſtituens; Abbates primo *Adericum* poſtmodum *Heymonem* praefecit. Hosque Halberſtadenſi Eccleſiae cum parochia ad nos prius pertinente ſubdidit, ne zelo elationis et non iuſtitiae iſta feciſſe iudicaretur.

CAP. II. GEISLER. 970. *Hiſtoria proditoris epiſcopi.*

Strages *Merſeburgi, unde* Citzenſi et Miſnenſi *acceſſio.*

§. XII. Talibus portionibus noſtris *epiſcopi* noſtrae prouinciae amplificati et in ueritate nimis obſcurati imperiali potentiae *raptoriſque* ueſaniae et ſiquidem inuiti tamen aſſenſum praebent. Quidam autem ſe ſuasque eccleſias ſic ditatas gaudent. *Sed quid ſunt dicturi in examine iudicis futuri?* Leuabit manus ſuas in ſuperbias eorum in finem quae malignati ſunt in ſancto. Ecce ipſi peccatores et abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias; et perierunt

Execratio.

CAP. II. GEISLER. 970.

propter iniquitates ſuas. Nos uero dominico commoniti exemplo dicente: *orate pro perſequentibus et calumniantibus vos*: preces lacrymabiliter fundamus, ipſisque ueniam pro poſſe flagitemus. *Mater* vero *noſtra* uniuerſalis *eccleſia* uno membro mutilata et filiis pro poſſe non repugnantibus, nec contradicentibus quanta detrimenta in diuerſis membris ſuis iuſto Dei iudicio perpeſſa ſit plenius cognouit, ſi quis beati Domini et epiſcopi noſtri DITHMARI *ſcripta* attentius perlegerit; ſed ne, o care lector, faſtidium tibi plurima narrando ſine pauſatione generemus, poſt noſtrae eccleſiae *vaſtationem* flens ad meliora tendens repauſato et poſtmodum de reſtauratione dominum pro uniuerſis ſuis beneficiis laudato: *O meſſor ſegetis praeſcriptae perlege laetis, haec animis ferimus, quod latet anternis.* Scilicet a quibus utque ſit haec reparatio facta. De qua nunc loquimur taliter inſtruimur. Noſtra qui fuerant hanc ſedem qui reparabant. Hi pietatis erant formula nam fuerant. Inſtantes operi, cupientes cœpta videri. Augmenta ſui dicimus eſſe tui, lector vt has laudes laudando per omnia laudes. His ſemper referas haec memor acta legas.

Dithmari hiſtoria laudatur.

INCIDENTIA DE OTTONE TERTIO ET HENRICO PRIMO IMPERATORE.

§. I.

Ottonis III. electio.

DEbitum humanae conditionis *Ottone* ſecundo imperatore perſolvente, iuniori filius eius *tertius* Otto adhuc puer patrio ſolio primatum quorundam conſenſu, quorundam vero contra-

traditione caſſanda intronizatur. Hic autem cum factus eſſet uir, quae paruuli erant, euacuauit, omnemque patrii delicti neuum pia curioſitate abolere contendit. Impia uero facta infauſto patris aſſenſu in noſtra eccleſia perpendens indoluit, prioremque ſtatum noſtrae eccleſiae reformare aut ampliare toto mentis affectu deſiderat, et non ſine cauſa. CAP. II. OTTO III. 980. *Dolet Merſeburgi conuerſionem in monaſterium*

§. II. Cauſa autem haec erat, *mater* eius piiſſima *Theophana*, cum in partibus *Italiae* et de maritali funere moeſtiſſima commoraretur, in tempeſtae noctis ſilentio uidit per ſomnium ſanctum ſibi adſiſtere LAVRENTIVM dextro brachio mutilatum. Cui haeſitanti quisnam eſſet, quem cerneret *athleta* Chriſti, quaſi uultu truculento, inquit: *quid me intuitu metiris?* nomen non interrogans; huic reſpondenti ſe non audere indicans nomen addens: quod me *dextro brachio truncatum uides*, tuus fecit *maritus*, hortatu illius, qui uafer calidiſſimis conſiliis ſuis totum perturbat regnum. O ueneranda noſtra eccleſia dextro brachio egregii martyris comparata! O uere beati huic brachio innitentes pro mulitatione dolentes, ad exaltandum et augmentandum ſemper curioſe intendentes. 980. *Theophanae S. Laurentius in ſomnio.*

§. III. Hac uiſione pia *Theophana* exterrita continuo preces non matri, ſed famulae competentes in natum aduertit, orans, ut *paterna delicta* in reparatione *Merſeburgenſis* eccleſiae expiaret, quae et facere diſpoſuit, ſed non adimpleuit. Nam in primo ordinationis ſuae imperialis Romano concilio a *Geberto Papa* habito GEYSELERVM tunc *Magdeburgenſem Archiepiſcopum*, quia contra ius et fas duas parochias teneret, accuſauit, cunctaque anteacta nec *Inſtauratio Merſeburgenſis epiſcopatus.*

 pru-

CAP. II. OTTO III. 980. *uocato in ius proditore Geiſlero archiepiſcopo.*

prudenter nec canonice facta fuiſſe probabiliter proteſtatus *Geyſelerus* uocatur, uocatus nec uenire uoluit nec ualuit, percuſſus enim erat tam corporali, quam ſpirituali paralyſi. Ergo cauſa differtur, induciae dilatantur, *Archidiaconus* Roma mittitur, qui has noſtras partes cum imperatore inuiſat, ut cauſam uentilatam cum prouincialibus epiſcopis diſcutat. Imperator uero cum noſtras remearet in partes, Geyſcelerus uulpina blandiens calliditate quaſi gaudens de aduentu regis occurrit, quem rex *dire* pro diris factis diraque pertinacia arguit, iniuſte poſſeſſa relinquere, ad iniuſte relicta redire hortatur.

Synodus Quedlenburgenſis uniuerſae Germaniae.

§ IV. Quibus adhortationibus non acquieſcente *Geyſelero* in proximum paſca ſynodus in *Quedelingenburg* indicitur, cunctisque *Teutonici regni* epiſcopus eo uenire mandatur, quo uocatis uenientibus in ſecunda feria S. paſcae res agitur. *Geyſeleri* nequitia detegitur, praeſentia requiritur. Sed per legatos ſuimet ac internuntios regis corruptos munere ut prius. Vexabatur enim nimia tam corporis, quam ſpiritus paralyſi, nec idcirco interfuit concilio. Tandem nequid graue in eum ſtatueretur, impetrauit iternum e legato ſedis *Apoſtolicae* ad *Aquasgrani Geyſelero* induciatur, quo ſi non ueniat, ut a communione ecclefiae priuetur, indicatur. Videns autem *Geyſelerus* iniquitatem ſuam nodo iuſtitiae atteri, *curru* ad *Aquasgranum* uenit, et ſuis fautoribus et a complicibus facinoris ſui uiritim defenditur. Tandem cum offenſam regis incuſationem bonorum quoquo modo declinare nequiret, ſalubris ſuae rei uſus conſilio

lio maiorem audientiam i. e. *generale ſedis apoſtolicæ expetiuit concilium*, ſicque, aliis regni negotiis ſuperuenientibus, haec cauſa ab hoc Ottone imperatore indefinita, donec rex coeli eam definiret, differtur. Sed quid multus excurſus? aut quid proderit uerboſitas multa? dicatur, quod rei eſt ueritas. CAP. II. HENRIC. 1004.

§. V. Renouatio ac ſumma exaltatio noſtri epiſcopatus ab *Henrico ſecundo* imperatore huic tertio Ottoni in ſceptrigeram regni arcem ſuccedenti facta eſt. Hic poſtquam ſibi aduerſantes coronamque regni ei praepedientes ſuae ditioni uiriliter ſubdidit, pium anteceſſoris ſui affectum laudabiliori effectu patrare curabat. Miſſis itaque legatis ad Geyſelerum ab iniuſte diu poſſeſſis exire ad iuſte primo praecepta uenire in nouiſſimo uitae ſuae articulo ſub ſpe ueniae paterno hortatur monitu. Quibus ille miſer uix ſpirans reſpondit: dentur mihi trium ac quatuor dierum induciae et poſt regi ſatisfaciam. Quibus reſponſis rex laetatus, hunc in penultima lucis huius linea ab inuincibili pertinacia reſipuiſſe et ab hoc uerſus Partinopolim iter dirigit. Sed *Geyſelerus* accepta regis legatione *curru*, ut iam ferme *duodecim* annis fecerat, exiens in turrim ſuam *triburi* uenit, ibique per biduum moratus tertio die, iuſto Dei omni iudice ante fores ſtante, foresque corporis eius ualida manu pulſante compage fictilis uaſis concuſſa, *ſexto calendas februarii* exſpirauit. Vixit autem hic *Geyſelerus* epiſcopatus nomine fere *triginta* annos in Merſeburg, undecim in Magdeburg et uiginti diebus.

HenricusS. demum instaurat iterum Merſeburgenſem epiſcopatum.

Mors Geisleri 1004.

§. VI. At *rex*, audita archiepiſcopi morte caeptum e ueſtigio peragit iter et *Tammonem* ſuimet

Reddunt Merſeburgo, quod abſtulerant epiſcopi.

CAP. II. HENRIC. 1005. ſuimet capellanum in Magdeburg Archiepiſcopatus honore ſublimauit. Poſt hoc imperator felici egreſſu feliciori aggreſſu noſtram *eccleſiam*, omni *equitatu* iam diu *ſpoliatam*, reſpectu miſericordiae reuiſit, eoque *Tammonem* Magdeburgenſem Archiepiſcopum, Arnolfum *Halberſtadenſem*, Egidonem *Miſnenſem*, Hildewardum *Citzenſem* epiſcopos, quibus *dioeceſis* iſta fuit diuiſa, acciri praecepit, quos aduenientes rex pie alloquitur, hortans eos, quicquid in deſtructione Merſeburgenſis eccleſiae epiſcopatus participaſſent, gratuite pro Dei amore reſtituerent. His piae petitioni eius in parte concedentibus ſolus *Halberſtadenſis*, quia dimiſſurus erat, multa refragatur; donec rex ne ui feciſſe diceretur ſupra parochiam Merſeburgenſem Burgquardum concambio centum manſorum redemit. His ſic compoſitis anno dominicae incarnationis *milleſimo quinto menſe Februario* initio ipſius quartae hebdomadis dies alma illuxit ſeculo. Albo a nobis aſſignando calculo et eccleſiae noſtrae opprobrium dirae ſeruitutis aufertur, quia *Wickbertus* capellanus imperatoris *cathedram* epiſcopalem huius eccleſiae conſcendit ipſoque die praeſente imperatore ac multis idoneis teſtibus ab archiepiſcopo *Tammone* ordinatur. Ecce lector audiſtis dominationem eccleſiae noſtrae primo duodennem et paulo amplius. Audiſtis etiam diſſipationem eius per *uiginti duos* annos durantem. Nunc vero expeditiores ad exſequendos ſpirituales patres noſtros ordinatim promoueamur.

Halberſtadienſi adm. refragante 1005.

CAP.

CAP. III. WIGBERTVS TERTIVS EPISCOPVS.

CAP. III. WIGBERT. 1007.

ab an. 1007. ad an. 1012.

WIGBERTVS huius eccleſiae pater *tertius* in nomine ſecundus, in opere nobilibus auſtralis Thuringice editus parentibus in Magdeburg *diſciplinae regimen* ſuſcepit: quem poſtmodum *Geyſelerus* eiusdem *eccleſiae prouiſor* in familiare obſequium acciuit, ſingulari beneficio ditauit, *archipresberatus* officio honorauit. Non multo poſt quorundam maledica ſuſurratione ab *epiſcopatu* alienatus imperatori *Heinrico ſecundo* ſeruiendo adhaerebat, eumque *rex inter fideles conſiliarios habebat*; ergo hanc epiſcopalem curam ei committebat. Erat enim ſtatura et facie ſpectabilis, facundia et voce notabilis, ſapiens in conſiliis, et multum dapſilis et ideo laudabilis.

III. Wigbertus, 1007. eius uita.

Caeſari a conſiliis.

Habitus.

§. II. Decem annos nimia corporis paſſione, ſed plus in Martio laborabat propter toxicatam potionem, *quam inſcius ſumſit* commiſſoque ſibi curae inuigilabat incredulis *Schlauis* aſſidue praedicabat et a ſuperſtitioſa *idolorum* cultura ad Chriſti cognitionem reuocabat. *Zutiburi* lucum ab incolis, vt Deum, honoratum et ab omni laeſione ſecurum inuiolatum ſuccidi praecepit, et ſancto *Romano* Chriſti *martyri* ibi templum aliaque plura dedicauit.

Idololatria Slauorum.

Zutiburi luco.

S. Romanus

§. III. Huius in temporibus Eſico comes in *Lubeſchitz*, quem rex *Heinricus I.* quia eum valde diligebat, prope noſtram eccleſiam *tumulari*

Comitis de Lubeſchitz ſepultura.

prae-

CAP. III. WIGBER. 1007. *Inde dona.*

praecipit, donans fratribus ſuis *Vlphuſen* et *Tutimberg* cum duobus candelabris argenteis pro remedio cari ſui. Haec donatiua duorum *chirographorum* atteſtatione, quae adhuc apud nos conſeruantur, confirmauit, unum datum ab ipſo *Henrico* bene ualenti, *Eſicconi* pro oſtenſione charitatis aliud fratribus pro remedio animae ipſius in atteſtatione confirmationis donatum.

Confirmatio apoſtolica.

§. IV. Praedictus *Wigbertus* antiſtes de ſede ſibi commiſſa ac nouiter reparata ſolicitus petendo petenda praeſentiam *regis* adiit ſcilicet apoſtolicam confirmationem ſuper *epiſcopatus* noſtri adhuc reddendis atque tenendis. Cuius iuſtae petitioni rex ſatisfaciens nuntios ad *papam Iohannem* de interprellanda re dirigit. At papa Iohannes ſuſcepto regis nuntio benigne ſcripto, ſcripta apoſtolica auctoritate formata remiſit, et nihilominus *rex* eandem rem ſua imperiali auctoritate firmauit. Haec vtraque *ſcripta* in noſtra tenentur cuſtodia.

Plures donationes.

§. V. Iſtis tam auctorabilibus *confirmationibus* praeſul *Wigbertus* ſeſuamque eccleſiam honoratam perpendens, in augmentationem ipſius laborauit, ſatis benigne proficiens. In diebus enim diuinitus conceſſis haec ſuae conquiſiuit eccleſiae, *uillas duas* et manſos *uiginti ſeptem* et ſaltum, qui *pulcher mons* dicitur et ab imperatore etiam *Betfriderotb*, *ubi* effoditur *aurum*, cum *chirographo* obtinuit. *Librorum* uero aliarumque rerum diuina miniſteria reſpicientia plurimum corraſit, et cum terminum uitae ſuae ex infirmitate praeualida eſſe ſentiret, acceſſitis ad ſe epiſcopis *Wigone* et *Heinrico* flebilem-

Pulcher mons. Betfriderotb, aurifodina.

lemque confeſſionem ſaepius faciens ac remiſſionem peccatorum ab eis recipiens, octauo Calendas Aprilis commutans temporalia migrauit ex hoc ſeculo. Sedit autem in epiſcopatu *annos quinque hebdomadas ſex* dies quinque. Qualis in operatione, talis in remuneratione. Hunc ergo breui *carmine* aſſignamus: CAP. IV. DIETHM. 1012. *Mors epiſcopi 1012.*

epitbaphium.

Primus Wigbertus *claro de ſtemmate ortus*
Huius ſedis erat pater ut reparata *ſiebat*
Hanc coluit bene diſpoſuit, bona multa ferebat
Nec piguit magis hoc ſtuduit dum uita manebat
Felix quinque dies annos tot *et* hebdomas ſex
Commiſſa cura ſedit, petit inde futura.

CAP. IV.

DITHMARVS

QVARTVS ECCLESIAE MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS.

ab an. 1012. ad an. 1021.

POſt deceſſum antiſtitis noſtri *Wigberti* fortuna felicior, quam fuit anterior pleno ore uultu laeto ore noſtrae arriſit eccleſiae, et DITHMARVS *Dei gratia pia* et diſpenſatione eccleſiae noſtrae pater et rector efficitur, ſed antequam de huius patris epiſcopali conuerſatione quid dixerimus, de huiuslibet *carnali* ingenuitate perpauca pertexere. *IV.* Diethmarus *1012.*

§. II. Erat enim uero hic uerus Saxoniae indigena non ſtirpe humili, ſed perſpicua, qui natus fuit de comite Siffrido et pia matre Kunegunda ab utrorumque pietatis linea haud exſorbitans. Erat utique uterque *parens*, pollens pia gloria, in ſeculo diues, in praedio et tam *Origo et natales.* *pater,*

diui-

CAP. IV. DIETHM. 1012. *fortunae,* *educatio in doctrina et ſacro munere,*

diuinarum quam humanarum rerum par circa honeſtatis ſtudium excitatio. Tam potentibus piis honeſtisque parentibus, *Dithmarus* felix in opere editus, aetate competente *clericali* uitae aſſignatur, et tener adhuc in annis ſancto *Mauritio* in Magdeburg *ſeruus* ac *ſpiritualis* frater dicatur, ac ubi per incrementa temporum ramum attigit, *pythagoricum* leui rami deuitans declinia, dexter contendit ardua. In quantum ſic carnis laſciuia mundi calcauit lubrica et clericatus ſui officium, claruit per pietatis ſtudium.

uirtutes adoleſcentis.

§. III. Praepoſitis ſuis fuit obediens, fratribus in caritate ſeruiens, plus humilibus humilis, compar ſingulis ſimilibus. Miſeris erat indeficiens refugium, oppreſſis conſtans auxilium, ſuperbis iuſte reſiſtens, bonis coeptis indeſinenter inſiſtens. Talibus gemmis uirtutum ornatus, quouis honore erat aptatus, placens tam Deo quam hominibus. Erat enim quibusque aequandus ſublibimus.

Commendatio imperatori ad epiſcopatum Merſeburgenſem.

§. IV. Imperator autem compereta huius eccleſiae uiduitate, pie indoluit, et qualiter hanc aut tali aut meliori paſtore muniret, cum fido collaterali *Tammone* archiepiſcopo ſuo reuoluit, cui ille ſagax in conſiliis inquit: *eſt quidam in noſtro caenobio Canonicus*, SIFFRIDI comitis *filius*, in quo elucet clericatis ſtudioſitas, quem non erguit ulla enormitas. At rex interloquens inquit: Noui quem dicitis, ſed ſi genus attenditis, hic tam *parua* deſpicit: quia forſitan *maiora* reſpicit. Cumque cognitor futuri paſtoris noſtri ornamenta morum laudando multiplicaret, rex ſubridendo reſpondiſſe

ſe dicitur: *licet apud nos ſic ſit laudabilis, apud nos tamen aliquantulum eſt notabilis.* Vidi enim ſemel eius clauſtri egreſſionem ante *primae* pulſationem. Tandem poſt multiplices *Iecelinus* ſermocinationes in beneplacito utriusque legatus mittitur, qui eum iuſſu regis ac archiepiſcopi in proxima paſca ad *Auguſtam* uenire indiceret. Nec mora, legatus mandatum peragit, et proxima nocte, antequam uenturus erat, uidit *uir Dei* per *ſomnium* quendam ſibi adſiſtentem, *epiſcopalem baculum* in manu tenentem, eique dicentem: uis curam *Merſeburgenſis* eccleſiae ſuſcipere? et ille, ſi *Deus*, inquit, uult et dominus *imperator* et meus ſpiritualis *pater*, ego quis ſum, ut contradicam ſermonibus ſancti? at ille dans baculum proſequitur: *caue* inquit, *commouere cerebrum ſancto* LAVRENTIO, *quia omnes hoc agentes periculoſa freneſi percutiuntur,* et ipſe me tueatur dixit: *cuſtos hominum, Deus, ne in hoc aut in aliquo offendam maieſtatem diuinam ſanctorumque interceſſionem auertam.*

CAP. IV. DIETHM. 1012.

Somnium candidati epiſcopi.

§. V. Quare *uir beatus* coeleſti commotione praemonitus et ad meliora ex tunc intuens, ex hac allocutione obſtupefactus lecto proſiliit, et facto mane praedictus legatus introiit, datisque duabus epiſtolis ad *Auguſtam* eum uenire praecepit. Accepta legatione certificatus ex praedicta uiſione cur uocaretur, praenouit, et memor Apoſtoli dicentis: *qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat,* non renuit, ſed praedictum iter otius mouit. Tertia autem feria ſanctae paſcae ad loca uenit praefata, et ab *archiepiſcopo* pie ſuſcipitur. Cauſa uocationis intimatur, et ſuauiſſimis adexhor-

Epiſcopatum ambire, eſt bonum opus deſiderare.

CAP. IV. DIETHM. tationibus patris ad promiſſa percipienda animatur.

1012.

Inauguratus epiſcopus ab imperatore, §. VI. Poſtera die i. e. in *quarta feria* eiuſdem ſolennitatis *Dithmarus* in *capellam regis* uenire mandatur. Cum uero craſtina illuxiſſet dies felix nobis in euentu, pater noſter iam in proximo locum condictum intrauit, et uiſo eo *rex* ad ſe uocauit. Inchoatur interim miſſa, uenite benedicti patris mei. Et cum *rex* ei *baculum* paſtoralem ſimulque *arrham* eccleſiaſticam commiſiſſet, uerus ſibi commiſſarum paſtor ouium *facietenus* proſternitur: et ecce compulſatio maioris miſſae ſolenniter perſonatur. *Hoc etſi caſu contigit, per ſpiritum tamen ſanctum fuiſſe poſt rei euentum innotuit. His ſic proſpere peractis octauo die inſtantis feſtiuitatis i. e. octauo calendas Maii in* NVMBVRG *Bauariae praeſente imperatore ab archiepiſcopo Tammone in epiſcopale nomen et officium* VNGITVR, *et poſt admiſſam curam honorifice transmittitur.*

ungitur ab epiſcopo.

Suſceptio noui epiſcopi. §. VII. Sed cum his partibus appropinquaſſet, ab uniuerſis huius eccleſiae magnifice occurritur, et in hac *ciuitate* ab *Heinrico* antiſtite ceteriſque uiris eccleſiaſticis deuote ſuſcipitur, cathedra epiſcopali digne imponitur. De tali paſtore clerus gloriabatur, populus laetabatur et uniuerſitas fidelium congratulabatur. Hoc ſibi commiſſo regimine *Apoſtoli* ſollicitus admonitionis dicentis: *oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, ad hoc laborauit, bonis actibus inuigilauit, commodum ſuorum augere curauit.

Humilitas eius. §. VIII. Sed quia primus gradus uirtutis eſt *humilitas*, humilitatem ſui ſacerdotii, quam reli-

tu ueridicorum audiuimus, notam faciemus. Habebat enim *hebdomadariam* ſuae canoniae in *Magdeburg* uicem ſic annotatam, ut quando reuolueretur, uicem ſuam ipſe ſic *humiliter* perageret, acſi *epiſcopatus* dignitate ſublimatus non eſſet. Audiuimus piam eius in Dei ſeruitio propter officii ſui decorem humilitatem, audiamus et ſecularem eius auſteritatem propter eccleſiae ſuae exaltationem. CAP. IV. DIETHM. 1012.

§. IX. *Marchio* orientalis *Egkehardus* et frater eius *Hermannus* FORESTVM eccleſiae bis datum poteſtatiua praeſumtione ſibi uendicare propter quoddam *nouale* olim *Rochlitz* dictum citra ripam *Milde* ſitum ad ſe pertinere contendebant. Quibus potens tam potenter reſiſtit, ut ſuam permagnam potentiam impotentiam eſſe reſpectu huius praecellentis potentiae profiterentur. Et cum iſti, ut potentes ſeculo, contumaci faſtu ab incoepto non deſiſterent; ſed creberrime retia uenatoria per loca nemoroſa tenderent, in curtem ſuam *Kurin* placitum cunctis ſuis *militibus* indixit, eoque uenire praecepit. Quo cum ueniſſent, illatas ſibi iniurias conqueritur, et ad ulciſcendas quosdam pollicitationibus hortatur, quibusdam bonorum ablatione minatur. Inde uero egrediens omnia *denſilia* retium quaecunque inuenta conſcindi praecepit, domumque ueniens legatum ad *imperatorem*, qui et praeſumtuoſam factionem inſinuet, dirigit, pacemque ſuae eccleſiae humiliter expoſtulet. Sed ut multa paucis concludam, tandem *Hermannus* ſenior, quia magis pius, cum in *Magdeburg* imperator quam pluresque *principes regni* conueniſſent, patre no-

Marchio Egkardus et Hermannus ſilii adrogant Rochlitz.

Indicit placitum militibus antiſtes. Kurin.

Manus conſerunt.

agit apud imperatorem uincitque.

 ſtro

CAP. IV. DIETHM. 1012. ſtro *priuilegium* eccleſiae in publico recitante, ſe *peccaſſe* profitetur, fratremque id ipſum facere cohortatur. Sic facta eſt nobis reſtitutio *iniuſtae ablationis* per huius laudandam celſitudinem dominationis. O quam laudanda in antiſtite *humilitas*! o digne imitanda potentiae ſublimitas! Humilibus humillimus, potentibus potentiſſimus, et ut filum laudi eius aſſignemus, hic moralis erat, ut de beato *Syluestro* legitur, inter pauperes et diuites ſic medius, ut pauperes ceu patrem illum haberent, et diuites longe ſuper ſe illum ditiorem uiderent.

In eccleſiae uindiciis acer. §. X. De reſtituendis ſuae eccleſiae ita curioſus erat, ut ubicunque meliores regni conueniſſent, intereſſet cunctisque miſerandam eccleſiae ſuae uaſtationem innoteſceret, ſed ad *recollectionem* et auxilium ab omnibus peteret. *Meliores regni.* *Bambergenſis eccleſiae dicatio.* Intererat namque *Bambergenſis* eccleſiae dedicationi, in qua erat IOHANNES, *patriarcha* AQVILEGIAE et plus, quam triginta alii epiſcopi. Poſtera die facta eſt illic *ſynodus* et noſter pater in medio ſtans, antequam *querimoniam* diſerte reiterauit, et *ſynodali* cenſura pleniſſime reſtitutio noſtrae eccleſiae ab iniuſte tenentibus promiſſa eſt, ſed non adimpleta. *Synodus.* Huic promiſſioni tam diu tenaciter adhaeſit, donec GERO, *archiepiſcopus*, partem parochiae noſtrae eccleſiae ſuper quatuor ſcilicet *Scuditz*, *Cothin*, *Bichin*, *Wurtzen* urbes et duas *uillas* remiſit, reliqua uero in poſterum ſe relicturum promiſit, ſed non adimpleuit. Sckeudiz, Cothin, Bichin, Wurzen,

Accuſatio Miſnenſis epiſcopi, §. XI. Poſt uero aliquod temporis interuallum cum *imperator Magdeburg* moraretur, et cum illic plurima *regni utilia* agerentur, iterum noſter

noſter antiſtes *Hildewartum Miſnenſem* epiſcopum, quia partem noſtrae parochiae teneret, accuſauit. Sed *imperator* utrisque ſatisfaciens hoc inſtituit, ut parochiam *citra Mildam* Merſeburgenſis obtineret, quae uero *cis* eſſet, *Miſnenſis* haberet. Attamen noſter renuit, quantum potuit, quia non commodo *cambio* hoc fieri poterat, quantum uero praediorum et *regalium donorum* ſuae addiderit eccleſiae, haud facile explicabitur, tamen pro poſſe tentabitur. **CAP. IV. DIETHM. 1012.** *decifio imperatoris.*

§. XII. Has uillas noſtrae eccleſiae ab *Imperatore* Heinrico ſecundo requiſiuit *Truazis*, quae uocatur noua *Roilitzi, Buſſzin, Boiondorff, Wirbme, Schladewitze, Contzi, Tornuwa, Piſti, Bothfelt, Ztinanc, Paſſini, Bryſchznitze, Trawarde, Goſſuo.* In *Gutzua*, tres manſos et dimidium, in *Moſchaw* tres, in *Schonberg* regalem manſum, et in *Schitheber* ſimiliter. Quandam etiam uillam *Celizeni* dictam et uinarium unum ſub ipſo Merſeburgenſi *ſuburbio* ſitum rogatu huius *antiſtitis imperator* ad eccleſiam ſancti *Petri* in *Altenburg* donauit, haec praedicta in uno *chirographo* apud nos tenentur inſcripta. In ſequenti uero anno quoddam praedium *Atineſtedi* dictum per manum imperatoris ſcriptam idem eidem dedit. Huius in temporibus quidam *Ludolphus* praedium ſuum, quod in *Brodizi* habuit, eccleſiae noſtrae pro remedio animae ſuae tradidit. Poſtmodum uero dulciſſimo ipſius hortatu HEINRICVS COMES praedium ſuum in *Tunderzleuo* ſitum ſancto *Laurentio* pro ſpe retributionis aeternae *conſenſu fratris* ſui Friderici coram multis teſtibus bis ſtabiliendo dicauit. Hoc praedium idem *Archimandrita* in uſum fra- *Acceſſiones ad epiſcopatum Merſeburgenſem plurimi praediorum.* *Diploma in tabulario.* *Brodizi*

CAP. IV. DIETHM. 1021. *Cenſus.*

fratrum ſuorum ſpiritualium ea uidelicet ratione conceſſit, ut praepoſitus ipſorum *ſex* talenta in uſum fratrum ſingulis annis ad ueſtitum et piſces per tres annuales quadrageſimas in anniuerſarium ſuimet conuiuium peroptime ſaginatum expenderet. Super haec ipſis charitatiue donauit *argentum* et *linum* atque *lanam*, quae ad eccleſiam feruntur, et *decimationem mellis* ac porcorum ſuper *burgauardium Zcolm* et uillas duas *Dubin* et *Budegaſt*. Haec omnia pluraque et alia ſuimet *martyrologio* propter teſtificationem rerum inſcribi praecepit. Et reuera illic inuenientur, ſi ſtudioſe inueſtigantur, nos autem multa praetermittimus, ne faſtidium irrogemus legenti. Et haec ut cunctaque ſuae eccleſiae *accreſcentia* ſtabilia et incommutabilia permanerent, duorum apoſtolicorum i. e. *Sergi* et *Benedicti* ſcripta confirmationis ſuae eccleſiae expetiuit, quae adhuc apud nos in una *membranula* transſcripta a cirpo tenentur.

Decimatio mellis. *Burgward.* Zcolm. Dubin. Budegaſt.

Fides membranae.

Scripti chronici hiſtoria.

§. XIII. Anno uero *decimo* ordinationis ſuae, natiuitatis uero *quadrageſimo primo* diuertit ab oneribus ſeculi huius dorſum eius faciemque mentis in tranquillitatem quietudinis inſtituens ac animo tribulos ſollicitudinis euellens, fructus permanentes nouae plantationis germinauit. Scripſit enim *chronicam* per *quinque regum tempora* digeſtam, incipiens ab *Henrico* humili, qui primus hoc imperii nomine et huius narrationis ordine, ab *Ottone* magno, *ſecundo* et *tertio* uiciſſim ſibi ſuccedentibus ad *Heinricum* pium noſtrae eccleſiae reparatorem ac exaltationis autorem progreditur. In his *ſcriptis* quam multorum pie fecit memoriam piorum, ut facile

cile cognoſcetur uerus pietatis amator, qui tot piorum beneficiorum memor eſt relator: perraro enim ab orbita pietatis exſpatiatur, ſi memori corde uita piorum frequenter teneatur. CAP. IV. DILTHM. 1021.

§. XIV. Poſtquam ſedem ſibi commiſſam tam factis, quam dictis exaltauit, anno domini cae incarnationis milleſimo *ſexageſimo* decimo quinto indictione decima tertia, decimo quinto *Calendas* Iunii, ipſius dulciſono hortatu et efficaci rogatu imperator hanc noſtram fundari praecepit eccleſiam antiſtite praeſente ac *quatuor* lapides in modum ſanctae crucis in fundamento primitus iacens, ſuperaedificantibus ſpes aeternae retributionis optabilis, detrahentibus ultio diuina repraeſentabitur formidabilis, et quia templum noſtrae eccleſiae *iuſſu imperatoris* aedificatum diximus, quantum noſtram eccleſiam multiplici ornatu decorauerit, uelut *ſcriptis* reperimus, quam breuisſime perſtringamus. *An. 1065. imperator conditor eccleſiae.*

§. XV. Dedit hic imperator nobis plurima diuino officio conuenientia ſcilicet *tria plenaria*, unum de *auro*, et *eburnea* tabula ornatum, quod minimum eſt; *ſecundum* auro, gemmis et eburnea tabula uariatum, quod pretioſius eſt; *tertium* auro, electro et pretioſiſſimis gemmis artificioſe decoratum, quod optimum eſt. Praeter haec *tres* auratas *cruces* et duas argenteas, et duas ampullas eiusdem metalli et tres *calices*, unum *argenteum* magni ponderis, ſecundum *aureum* et gemmatum, *tertium* arte omnigenisque gemmis elaboratum, quod pretium redemtionis animae ſuae fuiſſe adhuc uulgatur. *Dona imperatoris Plenaria tria, cruces et calices aurei,*

CAP. IV. DITHM. 1021. *tabula aurea, pixis, thuribula.*

Tabulam altaris auro et gemmis honorifice diſtinctam, ad quam praeſul *Dithmarus* quinque libras *auri* de priori altari ſe dediſſe teſtatur. *Pyxidem* auream et gemmatam, *thuribula* argentea tria, *dorſalica* ſericae plurima, *campanas*, *cappas* ſericeas multas, plurimaque alia, quae aut enarrare perlongum eſt, aut nobis nota non ſunt.

Recuperatio plurium.

§. XVI. Inter cetera diſperſionis eccleſiae noſtrae collecta a *Noltoldo*, *Miſnenſi* epiſcopo partem parochiae noſtrae ſcilicet ſuper duas urbes *Wiſſenburg* Roſoana requiſiuit. Ab Hildewardo autem *Citzenſi* epiſcopo parochiam duarum urbium i. e. *Trebeni, Thuchuſi* concambio trium uillarum uno nomine *Crozina* dictarum redemit. Haec in ſecundo priuilegio renouationis huius eccleſiae, nam duo idem dedit, reperiuntur. Tertium uero confirmationis huic patri noſtro Dithmaro ab eo exoratum donauit.

Treben. Thuchen. Crozin.

Praediorum donationes. 1) Burckersdorff, 2) Telka, 3) Vdene, 4) Vkedere, 5) Vphuſſen, 6) Tutenburg. Lipzich.

§. XVII. Pretium uero redemtionis animae ſuae fratribus noſtris conceſſit has uillas ſcilicet *Burckersdorff*, *Telka*, *Vdene*, *Vkedere*, *Vphuſſen*, et *Tutenburg*, quoddam etiam praedium *Rochelitze* dictum ab *Hadoldo* concambio ſibi placito acquiſiuit, et fratribus noſtris in ſuſtentationem corporalium donauit, ſcriptis manu propria *ſigillatis* confirmauit, multaque alia dedit, quae nec enarrare ſcimus, nec quiuimus. Poſtera uero die poſt datum *Regalice* dedit *rex* antiſtiti noſtro, de quo ſermo eſt, in amplificationem ſuae dignitatis has eccleſias cum appertinentibus eorum in *Gaszua, Ctozini* in *Liptziche*, in *Olzenitze*,

§. XVIII.

§. XVIII. His ſupra dictis plurimorum bonorum actibus pater noſter Dithmarus a ſordibus uitiorum expiatus, et quia *templum* noſtrae eccleſiae iuſſu *imperatoris* aedificatum diximus, plurimorum actibus pater *Dithmarus* a ſordibus uitiorum expiatus, *diem exitus ſui* exſpectabat intrepidus. Anno uero *natiuitatis* ſuae *quadrageſimo ſecundo*, dum eccleſiam ſibi commiſſam gubernaculo iuſtitiae per fluctiuagas mundi procellas ad terram uiuentium annis *decem, menſibus ſeptem*, *diebus* totidem duxiſſet, ergaſtulo babylonicae captiuitatis ereptus aeternam Hieruſalem perpetui incolatus intrauit, quem dominus ſuus pro lucro *duorum* talentorum introducendo in gaudium ſuum calendas *decembris* remunerauit. Hinc pro capacitate intellectus noſtri hoc breui carmine proſequamur, et quanto dignius poterimus, eius beneficia recolamus. Vnde uerſus. CAP. IV. DIETLIM. 1021. *Mors epiſcopi 1021.*

Tertius *eſt factus pietate: ſed ordine* quartus *elogium.*
Praeſul Dithmarus *pietate per omnia clarus,*
Lux praecedentum patrum ſed forma ſequentum
Extulit hos dictis, hos munit ad omnia ſcriptis.
Quod melioris habet locus, hic merito ſibi debet,
Inuigilabat Dei non dando locum requiei,
Ergo beauit eum uitam donando per aeuum,
Cui ſe commiſit ſub prima fronte Decembris

§. XIX. Hucusque omnem narrationis noſtrae artationem ſcriptis huius patris noſtri declinauimus et quodammodo dicta *memoriter* recenſuimus. Nunc uero quia ſcripta nobis deſunt, *relatus ſeniorum* nobis proſunt. Tu autem, care lector, de reparatione noſtrae ſedis lectificatus ad recolligenda ſupra dicta plenius *Fides narrationis ſeniorum.*

CAP. IV. DIETHM. 1021. *Rhytmi uani.*

reſpirare memento, ut ſequentia facilius capere ualeas, audito ſuperintento, in continuis enim rebus interdum reſpirare; eſt ingenium recreare. Non enim fallit, qui dicit, quod caret alterna requie durabile non eſt, ſic reſpirato, ut ad ſequentia tendas. Animo praeparato Dei adiutus auxilio nec *ſubſiſte* legens dicendis inhaerens, et cognoſce patres hos reliquos ea res. Diuerſos mores, diuerſos monſtrant honores, qui uixere pie, nomen et eccleſiae plantabant, palmam caro comparit accipiendam. Qui minus id fuerant flos ut agri ruerant. Hi deuitandi tibi ſunt, hi imitandi. Prodeſt exemplum, quando fugat uitium. Vita probatorum tibi forma ſit et reproborum. Sic tibi quid ualeat colligis ac noceat. Hac lucerna meritis in conſpectu domini iugiter lucente. Ab hoc ſeculo nobis flentibus migrante. Negligentia ut cancer morbus corpori, ſic eccleſiae noſtrae ſubrepere cepit. Nam de ſubſequentibus patribus parum quid ſcriptum reperimus, nos autem confiſi ſolatio dicentis bonum uoluntate in opus habentibus Deo annuente quandoque erit in perfectione, de exequendis patribus ſollicitius ſcrutari curauimus. Deo propitio bono uſi conſilio in ſcrutione non deficimus. Immo per *chirographa* noſtrae eccleſiae nobis dubia certiſſime cognouimus, praeter id quod in *martyrologio* domini noſtri *Dithmari* reperitur.

Martyrologium Dithmari.

CAP.


V. BRUNO.
pag. 361.
VI. HUNOLDUS.
pag. 363.
VII. ALBERICUS.
p. 367.
VIII. ECKELINUS.
pag. 368.

Digitized by Google

CAP. V.
BRVNO
1021.

CAP. V.
BRVNO
QVINTVS EPISCOPVS ECCLESIAE MERSEBVRGENSIS.

ab an. 1021. ad an. 1040.

Dithmaro anno dominicae incarnationis milleſimo octauo ordinato et in calendis *Decembris* defuncto anno praeſcripti numeri milleſimo *octauo* ſucceſſit BRVNO quouis honore dignus. De quo Brunone quia nil plus *ſcriptum* uidimus, pauca dicemus, ne multa loquentes lingua noſtra falſa diuulgare iudicemur. Inter noſtrates tamen hoc de hoc diuulgatur, et a ſenioribus uerum eſſe confirmatur.

V. BRVNO. 1021.

§. II. Qui ecclefiae ſuae multum dempſerit, dum honorem ſuum ampliare ſtuduerit. Dicitur enim, quod quidam Eyckeanus, domini Milonis de AMMERSCHLEVE, MARCHIONES, ſupra memoratos, *Egkebardum* et *Hermannum* ſic offenderit, ut ſe nunquam a longe potentiori perſona ſic inhonoratos fuiſſe dicerent: poterat enim hoc feciſſe. Nam haec *urbs* tunc erat potentisſima *regis terrore*, epiſcopi ſtrenui patrocinatione, moenium munimine, fortium uirorum agmine. Hoc erat ei fidum epiſcopi auxilium. Sed cum hi potentes tantas iniurias nec ulciſci nec digna talione referre potuiſſent, *epiſcopum* aggrediuntur ab inimici defenſione ſui, precum pulſatione, bonorum ſuorum datione interpellant. Promittebat enim *Egkardus* eccleſiae ſuae abbatiam in *Ibene* tunc confirmatam, Hermannus praepoſituram in *Numburg* nouiter fundatam

Vrbis robur multiplex.

tam

CAP. V. ERVNO 1021. tam, quibus reſpondiſſe fertur: *abſit a me, ne cum detrimento meorum bonorum poſteris meis faciam commodum bonorum.* Abſit, ut mei MILITES commendandam audaciam per mei auaritiam marceſcere faciam. Reſponſum quidem a ſecularibus, commendandum; ſed ſpiritualibus nequaquam ſemper imitandum. Praefati talibus repudiati reſponſis, donationes ſuas ad maiorem cumulant honorem. Huius in temporibus primo haec eccleſia praeſente ac iubente imperatore *Henrico II.* ab epiſcopo aliisque epiſcopis anno dominicae incarnationis 1021. calendas *octobris* honorifice dedicatur. Huius etiam in temporibus epiſcopi propter frequentationis admonitionem *rex* noſtrae eccleſiae exaltator ipſi in augmentum haec donauit, *Czuditz, Ztwengonia* ſub uno chirographo confirmauit, *Wynethuſen, Therecmio*, ſimiliter *Hamersleue* ſub uno: data ſunt haec anno dominicae incarnationis 1021. actum *Merſeburg.* Huic etiam curam huius eccleſiae primo anno gerenti praefatus *imperator* fratribus noſtris *Peternig* praedium, quod erat comitis *Theoderici*, in uſum quotidianum ſcriptis confirmatum dedit. Erat hic antiſtes noſter imperatori cunctisque optimatibus regis acceptabilis, clero et populo amabilis, omnibus melioribus tunc et nunc deſiderabilis. Audiuimus etiam a modernis, quod *Hagono* frater noſter longaeuus ſub huius regimine puer iſtius coenobii datus ſit formulae, qui talis moris fuiſſe commemorabat, quod ſummo diluculo templum peteret, orationi inſiſteret, et ſi poſſet, miſſam celebraret, et ſtatim egrediente eo prae foribus templi mini-

Templi dicatio. Anno 1021.

Donationes Henr. S.

ſtri

ſtri aſſiſtebant, panem et potum ſibi praebentes et ex eo refocillatus ſic permanebat. Plurimis enim dirae ſyncopes pulſabatur incommodis et in his usque ad finem uitae ſuae laborauit, quantum uero temporis uixerit, uel quomodo uixerit, non plus uidimus nec audiuimus ſcriptis. Sed hoc ſcimus, quod *ſeptimo idus* Auguſti obierit, et in *ſeptentrionali* plaga cum tribus antecesſoribus ſuis *Boſone*, *Wigberto*, *Dithmaro*, quos ipſe a ueteri eccleſia hac noua dedicata transtulit, pauſauerit, i. e. poſuerit. Hunc ergo breui carmine hoc asſignatum replicamus. Verſus: CAP. V. BRVNO 1040. *Mors 1040. elogium.*

Quintus *in ordine*, quartus *in actibus extitit huius*
Bruno *pater pius, eccleſiae prece ſupplice cuius,*
Rex *pius* Heinricus *ſummae pietatis amicus*
Bonus dicauit caput iſtud et amplificauit,
Hic Idus Auguſti ſexto pro munere iuſti
Actus ad cœlum tranſit uicturus in aeuum.

Nota uerſus de prima DEDICATIONE ECCLESIAE MERSEBVRGENSIS: *Inſcriptio noui templi.*

Millibus exactis *ſeptenis* atque *ter annis*
Quinque ſub iudiciis diuinae tempore carnis
Atque calendinis octaui menſis in horis
Iſta dicata Deo domus eſt Brunone ſacrato
Firmiter Heinrici praecepto condita magni
Cuius apud dominum nomen firmetur in aeuum.

CAP. VI.
HVNOLDVS
SEXTVS EPISCOPVS MERSEBVRGENSIS.

ab ann. 1040. ad ann. 1050.

POſt Brunonis antiſtitis dignam terrae commen- *VI. HVNOLDVS 1040.*

CAP. VI. HVNOLD. 1040. mendationem eccleſia noſtra ad maiorem prouehitur *exaltationem*, quia HVNOLDVS prius ſeculo proſpere prouectus hac ſede dignus eſt repertus. Fuit itaque hic pater noſter natus de *Thuringia* et iuuenis Saxoniae felix aduena. Et in *Halberſtadenſi* eccleſia primo aduenienis hoſpes paupertatis, ſed poſtmodum in maiori eccleſia *canonicus* et uir honeſtatis.

In amore imperatoris Henr. III. §. II. Hic imperatori ob morum elegantiam ac uirtutum conſtantiam commendatus hac eſt dignitate ſublimatus, ac poſtea ob frequens et acceptum ſeruitium donis amplioribus eſt ditatus. Commendauerat enim *rex tertius Heinricus* omne ſui iuris in *orientalibus* expendium, quod factum et ſibi ſuaeque eccleſiae per magnum temporale ſubſidium. In hac commendatione ſic fideles maiora fideliter deſeruiuerat, ut ſua eccleſia temporale proficuum ex hoc abunde ſentiret. Continentur enim in noſtra eccleſia SEX CHIROGRAPHA, huic ab hoc III. imperatore Heinrico tradita. Primum enim habet *confirmationem* noſtrae eccleſiae, hinc datum ſecundum *Cozini*, tertium *Mirmilkeſtorff*, quartum *Sperge*, quintum refert concambium, quod fecit rex dando ei *Grauendorff* pro *Schonemberg* et *Catulenrot*, ſextum *Padagraſin*. Talibus donis ditatus et honoratus impenſius id deſeruire ſtudebat, ut hoc res monebat. *Tabularii diplomata. Acceſſiones plures.*

Inſtauratio templi an. 1042. §. III. Huius in temporibus noſtri templi corruit *ſanctuarium*, quod ab ipſo *reaedificatum eſt*, denuo cecidit. Intellexit enim tunc uere ille ſagax, his ruinis ſe ad maiora promoueri, ut *tertia* reaedificatione *duas turres* una cum *ſanctuario* a fundamento aedificari praecepit. Poſt

haec

hanc ſeu quam conſumationem *ſecundam* templi diſpoſuit fieri dedicationem, ad hanc conuenerunt prouinciales patres ſpirituales. Haec dedicatio tertia tertio Calendas Iulii celebratur, et facta eſt in *pariete* templi his uerſibus, licet modo deletis impinguntur. *Anno milleſimo bino quaterque deno Heinrici tertio trini regnantis in anno. Antiſtes dignus Hunoldus ualde benignus. Conſecrat eccleſiam domino ſolenniter iſtam.* Quid uero ſpei de reliquiis ſanctorum in ſummo altari incluſis contineatur, quia oculis corporis non uidentur uel digno memoriali parieti ipſius ſanctuarii eſt inſcriptum, id quia per literam iam delinitur, ideo huic opuſculo digne inſcribuntur.

CAP. VI. HVNOLD. 1042.

Inſcriptio inſtaurati templi.

§. IV. Hoc ſacri in ſacro certiſſime continentur de *praeſepio* domini, de *menſa* et *ſepulchro* domini, de tabula *Moiſi*, reliquiae ſanctorum Apoſtolorum, *Andreae*, *Bartholomaei*, *Timothei*, de catena *ſancti Pauli* Apoſtoli, ſanctorum martyrum, Leuitae *Laurentii*, *Sixti*, *Sigismundi*, *Conſtantii*, *Cypriani*, *Vincentii*, *Adelberti*, *Valentini*, *Appollinaris*, *Donati*, *Cyriaci*, *Theodori*, *Caeſarii*, *Iuuenalis*, *Gorgonii*, *Carpofori*, *Feliciani*, *Pancratii*, *Cornelii*, *Alexandri*, *Ignatii*, *Felicis*, *ſanctorum confeſſorum*, *Hilarii*, *Martini*, *Anaſtaſii*, *Syluestri*, *Sinfronii*, *Tertullini*, *Nemeſii*, *Anatolis*, *Probi*, *Parbatiani*, *Seruatii*, *Erbardi*, *Simonis*. SANCTARVM VIRGINVM, *Iuliae*, *Theonae*, *Iuuenae*, *regulae Walburgae*, praeter has plurimae in pluribus *crucibus* capſellis ueuerantur.

Reliquiarum hiſtoria.

§. V. Dedicationi etiam maioris eccleſiae in Neunburg interfuit, ut in titulo ipſius eccleſiae perſpeximus, eccleſiam quoque beati *Sixti*

Acta eius.

CAP. VI. HVNOLD. 1042. *ti martyris* et epiſcopi cis *oppidum* uerſus auſtrum fundauit, conſummauit, et dedicauit. Sed ut plura paucis comprehendantur, erat hic pater *copiae miniſter* opulentiſſimus, et ut ſenum tradit *auctoritas*, nec ante acto tempore, nec poſt acto, quisquam nobis pater extitit in rebus temporalibus affluentior. Talis uir digne a potentibus uenerabatur, a bonis amabatur, ab inique agentibus timebatur. Non ſolum autem in eccleſiaſticis, uerum etiam in *domeſticis* ſui ſuorumque ſucceſſoribus honorem prouidit attentius. Hic nonas *Februarii* horrea domini aeternis mercibus abundantia, hic ſeminata plenius meſſurus intrauit. Fecit etiam, ut dicitur, *lapideum aedificium*, quod ſatis erat honorificum, plurimum quippe proficui noſtrae contulit eccleſiae, quae nec audiuimus, nec ſeniorum nota ſunt traditionibus. Quantum uero frugum iuſtitiae in area dominica ſparſerit, quia non certius cognouimus, cautius ſilemus, ſed hoc ſcimus, quia nonas februarii horrea domini aeternis mercibus abundantia hic ſeminata plenius meſſurus intrauit, hunc pro beneficiis talibus titulis asſignamus: Verſus

Elogium.

Hic pater Hunoldus *magna uirtute colendus*
Actu quintus *erat, nomine* ſextus *erat*,
Clarus erat, quia gnarus erat bene noſtra regebat
Commoda multa ſuae contulit eccleſiae,
Carne nonas februi reſolutus adit paradiſi
Gaudia perpetui facta metens meriti.

Nec praetereundum, quod cum dictus antiſtes Hunoldus priuatis beneficiis eius memoriale fratribus ſuis non commendauit, ſed praeclarisſimus praepoſitus noſter Fridericus quia

eius

eius in tempore canonicalem noſtrae congregationis adeptus eſt fraternitatem in Ockendorff comparato praedio proprio circiter triginta ſolidos ipſis tribuit, ut ſui ſenioris memoria notior poſteris habeatur. CAP. VII. ALBERIC. 1050.

CAP. VII.

ALBERICVS

SEPTIMVS EPISCOPVS.

ab an. 1050. ad an. 1055.

VII. ALBERICVS 1050. eius obſcura memoria.

POſt tranſitum praeſulis *Hunoldi* regiminis iam deſtituti ALBERICVS gubernator praeficitur, de cuius uita nec uidetur proferre *ſenum memoria*, nec ſcriptis *aliquid* reperitur. Hic ergo erat *lucerna* ceu ſub modio poſita, quia lucem officii ſui nec dignis ornatibus declarabat, nec relatu digna facta relinquebat.

§. II. Nos autem perſcrutari cupientes, quid quisque patrum noſtrorum ſuae contuliſſet eccleſiae, unum ſolummodo *chirographum* reperimus, huic a tertio imperatore *Heinrico* traditum, quod quandam uillam *Neimdorff* dictam noſtrae confirmauit eccleſiae. Praeterea *breuiarium* obitus ſui, qui eſt *quarto nonas* Aprilis, refert eum largum fuiſſe. Hunc patrem noſtrum *Albericum* quia fama obſcurauit, noſtra litera de multiplicibus eius laudibus tacebit. Sed tamen quia pater id pauxillum laudis habet, Verſus *Uno diplomate clara.*

Septimus Albericus *ſedis pater extitit huius* *Elogium.*
Largus erat, quia multa dabat, ſic fama ferebat.
Factae nonas carnis quarto reſolutus Aprilis
Terrea linquebat, meritorum dona petebat.

Hos autem patres noſtros hoc ordine huic ec-

 cle-

CAP. VIII. ECKELIN. 1055. *Chronologiae epiſcoporum repetitio.* cleſiae praefuiſſe per annos dominicae incarnationis chirographis noſtrae eccleſiae inſcriptus colligitur. Primo *Boſoni* datum eſt primum anno iam dicti numeri D. CCCCLXVIII. Secundo Geyſelero D. CCCCLXXIIII. Tertio Wigberto M. VI. Quarto Dithmaro M. XII. Quinto Brunoni M. XXI. Sexto Hunoldo M. XL. Septimo Alberico M. L. Hac computatione hos patres hoc ordine ſediſſe cognoſcitur. *De* *Recentiorum nulla dubitatio.* ſubſequentibus modernis dubium non habetur.

CAP. VIII.

ECKELINVS

OCTAVVS EPISCOPVS MERSEBVRGENSIS.

ab ann. 1055. ad ann. 1063.

VIII. ECKELINVS anno 1055. Virtutes, POſt mortem praeſulis *Alberici* regimen eiusdem curandae uicis ſuſcepit praeſul ECKELINVS haud ullo anteceſſori ſuo minus pius. Huius uita a ſenioribus noſtris multum laudatur, caſtitas ueneratur, fraternitatis amor praedicatur. Morum elegantia commendatur. Hunc et nos piis laudibus uirtutum eius facta pro poſſe praedicemus, cunctis bonis exemplificemus.

patria, §. II. Erat itaque *Bauarica* natione progenitus, regis Henrici III. obſequio deditus, inde raptus ad culmen pontificatus, in quo gloria et *habitus,* honore fuit coronatus. Fuit namque aetate corporis florida, canitie mentis perſpicua, clero et populo amabilis, bonis quibusque ſemper optabilis. Super haec uirtutum ornamenta exteriora Chriſtum in abſconditis cordis gerebat, et pro-

prophetae conſideratione ſpirituali dicebat. In quo corrigit adoleſcentior uitam ſuam. Tacita reſponſione cordis inſerebat in cuſtodiendo ſermones domini, hanc meditationem cordis factis declarauit, quia dilectione Dei et proximi in cunctis actibus ſuis praetendebat. In *dilectione Dei* ſic adſtrictus erat, ut creberrime per noctis ſilentia ſolus templum peteret, et tam ſtudioſe orationi intenderet, ut ſecure cum propheta diceret, adhaeſit pauimento anima mea, uiuifica me ſecundum uerbum tuum. *Caſtitatis* ſic amator extitit, ut hi, qui cum eo agebant uitam, uirginitatis decus eum habuiſſe confirmarent. In eleemoſyna largus erat, in doctrina aſſiduus, in eccleſiaſticis rebus continuus, dilectioni proximorum ſic intendebat, ut quosque ſibi ſubditos ad uiam ueritatis uerbis hortaretur, factis et exemplis praeiret. CAP. VIII. ECKELIN. 1055. *caſtus*

§. III. Spiritualium autem fratrum ſuorum curam incredibili ſollicitudine gerebat, et tam praeſentium quam futurorum caritationem praeuidebat. Nam in *refectione* fratrum ſuorum concedens ipſorum corrigendam arguit negligentiam, quia ruſticali more corpus tantummodo eſcis refocillabant, ſanctarum ſcripturarum interiorem refectionem negligentes, hanc negligentiam hoc modo pie aboleuit, ut hebdomadarius inchoando fratribus una comedentibus *ſpirituali ferculo* ſacrae lectionis animam reficeret, et poſt hoc duplicem datae portionis annonam reciperet, praedio quoque quodam in *Clobecke* circiter octo manſos comparato in uſum fratrum dedit, ut ſecunda et quarta et ſexta feria cuique fratrum ex integro ca- *frugalis.* *Spirituale ferculum.*

CAP. VIII. ECKELIN. 1060. caſeus daretur. Inſuper etiam duo conuiuia, unum in commemoratione ſui cum carne exſueretur. Aliud in anniuerſario auunculi et aeque noti ſui Hildenſenenſis epiſcopi exhaberetur. Hac temporali procuratione facta ſempiterna fiducialius praeuidebat.

Vigiliae. §. IV. Nocturnis quoque *hymnis* peruigil et ſi non patenter tamen ſemper latenter interrat: et ſi quospiam deeſſe cognouerat, *clam* dormitorium petiit et qui defuiſſent, didicit. Mane autem facto arguendos tam paterna quam inaudita correptione arguit. Nam optimum ferculum ſuo acri oppoſitum ſimul cum potu *ſecretiori* cubiculi arguendi. Nouerat enim ſingulorum *ſecreta*, miſit ut ex hac piiſſima correptione commonitus ab hac in diſciplina ſe acrius reſtringeret. Hac ſi correptione correctus ceſſauit, gaudebat, ſi non, ſecundo clam cum decano, tertio aſperius coram cunctis fratribus corripiebant. Talibus aliusque quam pluribus pietatis operibus ut domino pulſante ſecure aperire poſſet, ſe per-*Mors 1060.* uigilem praeparabat, et circiter *quintum* ordinationis ſuae *annum* raptus ab hoc ſeculo nec quam, uerus Iſraelita ab aegyptiaca oppreſſione liberatus terram promiſſionis perpes incola *ſeptimo calendas* nouembris intrauit, terrae commendatus requieſcit, cum duobus *Sepulchrum.* anteceſſoribus ſuis *Hunoldo* et *Alberico ante altare* ſanctae crucis. Huic tali quamuis non digna laude proſequamur uerſus

Praefuit octauus ſedi pater huic Eckelinus
Actibus et ſtudiis claruit ille pius
Totus amore Dei feruens ſuis aſſecla legis

Quae


IX. OFFO.
pag. 371.
X. WYNITHERUS.
pag. 373.
XI. WERNHERUS
pag. 374.
XII. ALBUINUS.
pag. 384.

Quae leges reliquas comprebat eſſe pias CAP. IX. OFFO 1065. elogium.
Exiit ante Nouembris ſexto carne calendas,
Qua non deficiens gaudia percipiens.

CAP. IX.

OFFO

)NVS ECCLESIAE MERSEBVR- GENSIS EPISCOPVS.

ab ann. 1065. ad ann. 1070.

IX. OFFO 1065.

Ebito humanitatis officio pii antiſtitis Ec-kelmi peracto, moeror noſtrae eccleſiae ito habendus conſolatur, quia praeſul or- *origine. Bauarus* uit, uir per cuncta laudabilis, huic ſedi in-ınizatur. Hic pater noſter, et ſeniorum ıoria recolit, *Barariae* fuit indigena, ut in *educatio.* :opali ciuitate *Heyitede* natus, nutritus, e- *Aichſted.* tus ac eiusdem canonicae conſortio coa-ıtus. Inde in huius *pontificatus* dignitatem ntus, in hoc officio ſic piis actibus deſuda-ut ſe dignum hoc honore, moribus decla-t.

II. Erat enim uero prouectae aetatis, ma- *Habitus.* pietatis, frequens circa *dominicum mini-ım* in commiſſi ſibi gregis tendens com-um. Fuit praeter haec *magnae ſcientiae* alis, ſatis pulchrae *eloquentiae*, mirae *ca-is*, magnae *humilitatis*, prouidus in *conſiliis*, *Virtutes.* :hae in negotio ſimilis, Mariae non deſe-contemplationem propter Marthae obſe-frequentationem. Talibus autem ampli-ıs uirtutum ſtudiis adornatus *arbere* a bo-

 nis

CAP. IX OFFO 1070. nis quibusque diligebatur, et ſic per eum ſtatus eccleſiae confirmabatur.

Dona epiſcopatui collata. §. III. His uero factis noſtram decorauit nec non ampliauit eccleſiam. *Picturam* ſanctuarii noſtri *arte* ſatis elaboratam coloribus pulchre uariatam *impingi* praecepit, praeter id ſanctos confeſſores pariterq; germanos *Willebaldum* et *Wynnebaldum* prioris eccleſiae ſuae patronos apud nos fecit celebres, donans fratribus, proprio pretio comparatos, *Geruertzdeszdorff* duos manſos pro commemoratione beati *Willebaldi* et comitati duos pro celebratione ſancti *Wynnebaldi*. Memor etiam conſilii ſapientis ſic admonentis: in omnibus memorare nouiſſima tua diem exitus ſui bonis operibus praeuenire ſtudebat, ergo in *Rosbach* beneficio circiter *triginta* ſolidos conquiſito fratribus donauit, ut dies *obitus* ſui *memorialis* in poſterum haberetur.

Picturae SS. Wilibaldi et Wynnebaldi. *Gerbisdorff.* *Pagus.* *Rosbach.*

Mors, 1070. §. IV. His et aliis piis operibus praeuentus horam uocationis ſuae praeſtolabatur ſecurus, et *decimo ſeptimo calendas maii* ſolutis corporeis nexibus anno pontificatus ſui *quinto* portans manipulos ſuos in horreum domini ſui uicturus ex eis ut ſeruus a domino excipitur, et ſuper omnia bona ſua conſtituitur, et in cripta terrae commendatur. Hunc et nos pro modulis noſtris pro breui carmine recolamus. Verſus:

Elogium.

Nonus *erat pater* Offo, *pius ſenioribus huius*
Vita placebat, namque ferebat per facta huius
Publica noſtra ſat aucta decoribus, ergo beatum
Credimus atque ſupernis ciuibus aſſociatum.
Carne maii *tulit hunc* ſeptena decena calendas

CAP.

CAP. X. WYNITHERVS DECIMVS EPISCOPVS ET PERVERSVS.

CAP. X. WINTH. 1070. 1071.

ab ann. 1070. ad ann. 1071.

Pii paſtoris noſtri *Offonis* funere eccleſia noſtra deſolata demum ſic eſt conſolata eadem cura regenda WYNITHERO non commode data. Hic praeſul, teſte relatu ueterum, erat *carnea nobilitate* praecipuus, *praediorum* aliorumque bonorum temporalium fuit locupletiſſimus et in *Wurzenburgenſi* eccleſia canonicus. Datus uero huic eccleſiae paſtor, non uicem paſtoris agebat, ſed in *carnali uanitate* effrenis uolitabat. Propoſuerat enim in hac ſede epiſcopi ſatis locuplete cuilibet honeſto non niſi *tertiam partem* anni in ſumtibus deducere: per duas uero reliquas *haereditaria praedia* uoluptuoſo ſibi deſeruire. Contemſit enim eccleſiae huius quaeque humilia tam *myſteriales* quam *militares*.

X WINTHERVS an. 1070. *Vitia eius luxurians, prodigus, offenſa ordinum prouincialium.*

§. II. His aliisque quae aut nefas eſt dicere, aut arrogentiae praeiudicari poſſunt. Irretitus autem ut *equus* in fraenis ferebatur in praeceps et foueam perditionis, *quam* praeuidere ualebat, declinare negligebat. Anno uero *primo electionis* ſuae hebdomade ſexta uel paulo plus ordinationis *Czwenkaw* in *curte ſua* et, ut dicitur, *nono* calendas *Aprilis* obiit. Nil *carnalis* haereditatis ſuae relinquens huic eccleſiae praeter *monile* unum magni pretii, quod ex materna haereditate acceperat. Ceterum quid de hoc iudicari poterit

Mors eius 1071. Zwenckaw curtis epiſcopalis. monile.

 rit

CAP. IX
OFFO
1070.

nis quibusque diligebatur, et ſic per eum ſtatus eccleſiae confirmabatur.

Dona epiſcopatui collata.
Picturae SS. Wilibaldi *et* Wynnebaldi.
Gerbisdorff.
Bagus.

§. III. His uero factis noſtram decorauit nec non ampliauit eccleſiam. *Picturam* ſanctuarii noſtri *arte* ſatis elaboratam coloribus pulchre uariatam *impingi* praecepit, praeter id ſanctos confeſſores pariterq; germanos *Willebaldum* et *Wynnebaldum* prioris eccleſiae ſuae patronos apud nos fecit celebres, donans fratribus, proprio pretio comparatos, *Geruertzdeszdorff* duos manſos pro commemoratione beati *Willebaldi* et comitati duos pro celebratione ſancti *Wynnebaldi.* Memor etiam conſilii ſapientis ſic admonentis: in omnibus memorare nouiſſima tua diem exitus ſui bonis operibus praeuenire ſtudebat, ergo in *Rosbach* beneficio circiter *triginta* ſolidos conquiſito fratribus donauit, ut dies *obitus* ſui *memorialis* in poſterum haberetur.

Rosbach.

Mors, 1070.

§. IV. His et aliis piis operibus praeuentus horam uocationis ſuae praeſtolabatur ſecurus, et *decimo ſeptimo calendas maii* ſolutis corporeis nexibus anno pontificatus ſui *quinto* portans manipulos ſuos in horreum domini ſui uicturus ex eis ut ſeruus a domino excipitur, et ſuper omnia bona ſua conſtituitur, et in cripta terrae commendatur. Hunc et nos pro modulis noſtris pro breui carmine recolamus. Verſus:

Elogium.

Nonus *erat pater* Offo, *pius ſenioribus huius*
Vita placebat, namque ferebat per facta huius
Publica noſtra ſat aucta decoribus, ergo beatum
Credimus atque ſupernis ciuibus aſſociatum.
Carne maii *tulit hunc* ſeptena decena calendas

CAP.

CAP. X. WYNITHERVS DECIMVS EPISCOPVS ET PERVERSVS. ab ann. 1070. ad ann. 1071.

CAP. X. WINTH. 1070. 1071.

PIi paſtoris noſtri *Offonis* funere eccleſia noſtra deſolata demum ſic eſt conſolata eadem cura regenda WYNITHERO non commode data. Hic praeſul, teſte relatu ueterum, erat *carnea nobilitate* praecipuus, *praediorum* aliorumque bonorum temporalium fuit locupletiſſimus et in *Wurzenburgenſi* eccleſia canonicus. Datus uero huic eccleſiae paſtor, non uicem paſtoris agebat, ſed in *carnali uanitate* effrenis uolitabat. Propoſuerat enim in hac ſede epiſcopi ſatis locuplete cuilibet honeſto non niſi *tertiam partem* anni in ſumtibus deducere: per duas uero reliquas *haereditaria praedia* uoluptuoſo ſibi deſeruire. Contemſit enim eccleſiae huius quaeque humilia tam *myſteriales* quam *militares*. X *WINTHERVS an. 1070.* *Vitia eius luxuriant, prodigus, offenſa ordinum prouincialium.*

§. II. His aliisque quae aut nefas eſt dicere, aut arrogentiae praeiudicari poſſunt. Irretitus autem ut *equus* in fraenis ferebatur in praeceps et foueam perditionis, *quam* praeuidere ualebat, declinare negligebat. Anno uero *primo electionis* ſuae hebdomade ſexta uel paulo plus ordinationis *Czwenkaw* in *curte ſua* et, ut dicitur, *nono* calendas *Aprilis* obiit. Nil *carnalis* haereditatis ſuae relinquens huic eccleſiae praeter *monile* unum magni pretii, quod ex materna haereditate acceperat. Ceterum quid de hoc, iudicari poterit *Mors eius 1071. Zwenckau curtis epiſcopalis. monile.*

rit

CAP. XI. WERNHER. 1073. *cerebrum S Laurentii.* *Elogium.*

rit niſi qui LAVRENTIO S. cerebrum commouerit. Raptus autem eſt in breui, ne nomen tantae dignitatis uſurpando plus uindictae Dei ſibi theſaurizaret. Sed quia pater qualis cum tali carmine aſſignatur. Verſus

Ecclesiae denus (quia) pater huius erat
Wynitherus plus re mundiali pollens quam pontificali.
Cuius Aprilis nona Calendas fictile fregit
Vas animae licuit ſed ſero ſcire quid egit.

CAP. XI.

WERNHERVS

VNDECIMVS MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS

ab ann. 1073. ad ann. 1101.

XI. WERNERVS 1073. poſtulatus.

POſt debitum omnis carnis, quod perſoluit *Wynitherus* antiſtes: WERNHERVS eiusdem curiae praedeſtinatur. Hoc officio et nomine uir laudabilis et memoriae quorum uis bonorum commendabilis, Fuit hic pater *Thuringia* progenitus et in *Goslaria* canonicus: et in primo iuuentutis *flore* huius dignitatis ſublimatus *honore.*

Canonicus capellae imperialis. Rediit ad frugem.

§. II. Primo autem ut aetas illa plerumque aſſolet, laſciuia mundi complexus eſt, a qua pedem, ne in praeceps ferretur, ſatis tempeſtiue reflexit. Exceſſum ſuum pie aboleuit: piis actibus inſiſtendo et in his usque ad finem uitae perſeuerando.

Mores et uirtutes.

§. III. Erat itaque dignae grauitatis, admirandae honeſtatis: a ſe alienatis formidabilis: ſibi adhærentibus ſpes optabilis. Inter *principes* digne honorabatur, ab his praecipue colebas

batur, et ut commendationis eius finem infiga- mus, erat magnae *pietatis*, inenarrabilis *probitatis*, in diſſentione regni, quae facta eſt contra *Henricum VI.* imperatorem regis non diu praeualente manu. CAP. XI. WERNER. 1091.

§. IV. Hic paſtor noſter a ſede pellitur ſua; et quidam EPPO ſupponitur, qui mox *rege fugato* fugatur et noſter denuo inthronizatur. Quantum uero eccleſia noſtra huius in temporibus amplificata ſit, prout nouimus, explicabimus. *Sede exul.* *Riualis eius.*

§. V. *Turrim* monaſterii noſtri, quae media eſt, ſuperaedificauit, *epiſcopalem* ſibi condecentem *cappam* comparauit, aliaque plura eccleſiaſtica conferebat. *Baſilicam* quoque S. *Petri* in *Altenburg* primitus fundatam conſummauit, ac anno dominicae incarnationis *milleſimo nonageſimo primo* cooperante archiepiſcopo Magdeburgenſi *Hartungo* in calendis Auguſti dedicauit, monachicamque uitam ibi conſtituens *Altmannum* abbatem eidem praefecit, ut temporalia ſuſtentamenta pro tempore et loco eidem fratribus abunde donauit. Sed quia in *fraternitatis* mutua beneuolentia multa bona conſiſtunt, has duas congregationes in uinculo fraternitatis copulauit, inſtituens, ut in natiuitate S. *Iohannis* baptiſtae et in feſtiuitate S. *Laurentii* monachi in maiori eccleſia miſſam celebrarent. Similiter maior eccleſia in *natalitiis* Apoſtolorum et in dedicatione *funerum* fratris ſui aut hic aut illic conuenirent, infra triceſimum defuncti presbyteri, decem miſſas celebrarent: Diaconi et ſubdiaconi pſalteria quinque pro remedio animae fratris decantarent.

Opera. Turris, cappa epiſcopalis. S. Peters Kirche. 1091. Abbas COENOBII S. PETRI Altmannus. triceſimus.

CAP. XI. WERNER. 1091. *Donata praedia.* Raſeniz *Coniunctio canonicae Merſeb. et Naumburgenſis.*

§. VI. Villam etiam quandam *Raſzenitz* cum uniuerſis pertinentiis emit, hancque in uſum monachorum tribuit. Sed quia affectus fraternitatis non ſolum ad propinquos, uerum etiam ad longinquos prorogandus eſt, cum *Gunthero Numburgenſi* praeſule pio inito conſilio noſtram ac Numburgenſem *canonicam* in fraternitate ſupra dicta conglutinauit, hoc ſuperaddito, ut in commendatione defuncti fratris, ſi utriusque ſciri potuiſſet, ſi non, ſaltem in *triceſimo* annona fratrum pauperibus daretur. Beneuolentiam autem ſuam fratribus ſuis oſtendere uolens, in communi conuentu hoc inſtituit, ut unusquisque fratrum *clauſtralem manſionem* cui uoluerit fratri, in tantum duobus aut tribus idoneis teſtibus adhibitis, daret. Et ut poſt obitum cuiuslibet praebenda eius donec in anniuerſarium ipſius ſecundum beneplacitum daretur: ſi ante feſtiuitatem ſancti *Laurentii* obierit dimidium talentum ueſtiti: ſi poſt ex integro daretur.

Donatio Caeſaris ob ſepulturam neptis. Koberleue.

§. VII. Huius in temporibus *Iuditha* quaedam nobilis foemina hoc in loco obiit, ſepultaque eſt in monaſterio ad *auſtralem* plagam, pro cuius animae redemtione imperator Henricus IV. quia *neptis* ſibi fuit, uillam quandam *Koberleue* dictam in confirmationem facti cum ſigillo fratribus noſtris dedit. Hanc pater noſter *Wernherus* magno labore retentam in uſus fratrum ſic diſpertitus eſt, ut in annunciatione ſanctae *Mariae* conuiuium cum praebenda priuata decem et octo ſolidis comparatum daretur.

R R. Henr. II. Rudolfus.

In commemoratione regis Henrici II. noſtrae eccleſiae reparatoris ſecundum, in aduincula Pe-

Petri tertium in anniuerſio *regis Rudolphi* quartum, et in memoria ipſius Iudithae quintum inſuper octo marcas nummorum et dimidia in communem uſum fratrum partirentur. Villam etiam quandam *Roſſenetze* cum uniuerſis appertinentibus emit, hancque in uſum monachorum tribuit. CAP. XI. WERNER. 1101. *Roſſenetze.*

§. VIII. Hoc uero in tempore PALENTINVS *comes* FRIDERICVS praepoſituram in *Sulſe* nouellam cum uniuerſis pretioſioribus ipſius eccleſiae, ſcilicet reliquiis ſanctorum, brachio uidelicet *S. Marcelli* papae et martyris, aliarumque *trium* capſarum cum cappis et libris plurimis noſtrae eccleſiae in dotem dicauit. Id qualiter irritum factum ſit, non certum habemus. *Dona* uero cum *chirogaphu* confirmationis illius eccleſiae niſi diſtracta *apud nos tenentur.* *Palatini C. legata, Sultze.*

§. IX. Talibus amplificationibus eccleſia noſtra ab hoc patre noſtro exaltata, fama eius late creſcebat, quippe *ciuitas* in monte poſita abſcondi non poterat. Huius ſi per ſingula uirtutum conſtantiam, diſciplinae excellentiam, morum elegantiam perſtringere conaremur, Thebanorum caſum potius replicare, quam *modernorum* geſta narrare uideremur. Nos autem haec praetermittimus, et qualiter ab hoc ſeculo migrauit, dicamus. Anno ordinationis ſuae *trigeſimo* et plus in curte ſua *Hamersleue* corporis infirmitatibus praeualeſcentibus in ſenectute bona Aegyptum linquens quamque optima piae actionis ſecum portans: mare magnum, in quo ſunt reptilia carnalium delectationum, quarum non eſt numerus, tranſiit uero *Celebritas Merſeburgi.* *Mors 1101.*

et

CAP. XI. WERNER. 1101.

et *Iheſu duce* terram *promiſſionis pridie idus Ianuarii* intrauit. Corpus antiſtitis a moerenti comitatu in ſede epiſcopatus reducitur et in

Sepultura. eccleſia *S. Petri*, quam ipſe conſtruxit, in medio terrae commendatur. Huius laudabilis uita

Elogium. poſteris hoc breui carmine ſit nota:

Praefuit undenus *pater huic ſedi* Wernherus
Hic uir honeſtatis magnae fuit et probitatis,
Lenis et aſper, mitis et auſterus ut monuit res
Forma ſuis id certa ſuae mercedis erat ſpes
Cum duo Ianus idus faceret de carne ſolutus,
Tranſiit ab hoc mundo melius uiuendo ſecundo.

Alterius chronographi narratio de epiſcopo eodem.

ALIA CHRONICA DE EODEM WERNHERO EPISCOPO.

§. I.

TEmporibus *Heinrici IV.* imperatoris erat *Wernherus Marſipoli* pontifex, qui ſuo tempore quaſi *ſidus* coeleſte totam illuſtrauit ec-

Virtutes Werneri. cleſiam, uir excellentis in Deum meriti, et ſui uigilantiſſimus executor officii. Hic ergo illuſtrisſimis ortus natalibus *gentis Thuringorum* erat Chriſti ſacerdos, uir magnae *ſanctitatis* et prudentiae. *Ciuitas* in *monte poſita*, quae non poteſt abſcondi et lucerna in candelabro, unde domum eccleſiae oportuit illuſtrari uere apoſtolorum aſſecla cathedram epiſcopalem poſſidens moribus et uita ueri ſummi ſacerdotis uicem gerens in terris Chriſtum ſanctae mercedis ſuae *teſtamentum* ratum perfingens in coe-

Zelo perfuſus reducendi homines ad Chriſtum. lis Chriſto nihil praeponens, quia non ſua, ſed quae IEſu Chriſti per omnia quaerens. Quem tantus diuini uerbi ſeminandi feruor accenderat, ut ſtudio *praedicationis epiſcopalia* plerum-

que

que negotia poſtponeret, et lucrandis animabus omni uirtute quaſi prouidus paſtor intenderet. Verum quia *Schlauonicae linguae* admodum ignarus erat et eum cura paſtoralis *Schlauorum* gente quorum multitudinem copioſam error adhuc *idololatriae* detinebat, uerbum ſalutis credere cogebat, libros *Schlauonicae linguae* ſibi fieri iuſſit, ut *latinae linguae* charactere idiomata linguae *Schlauorum* exprimeret et quod non intelligeret, uerbis ſtridentibus intelligendum aliis infunderet. Erat autem potens in *ſermone*, quia doctrina eius concordabat in opere i. e. fecit quod docuit, exemplo uel dogmate lauit ouium ſibi commiſſarum, non ut *auarus paſtor* aut *mercenarius* lac uel lanam unquam expetiit, ſed magis ſua retribuendo coram dominico grege quam debebat hilaris impendit. Eo ergo tempore quo *Heinricum IV.* imperatorem apoſtolicae ſententiae cenſura ecclesiaſtico iudicio dominauerat, ualidiſſima per totum orbem maxime tamen in finibus *Galliae* et *Germaniae* haereſium et ſchismatum eccleſiae nauiculam perturbabat, aliis quidem ab *unitate* diuiſis et quaſi *regis iniuriae* condolentibus nec iuſtitiae locum fore apud *apoſtolicam cathedram* clamantibus, inque praeiudicium *cauſae regis* quaſi innocentiam eius defendendo omnibus modis deteſtantibus. Aliis uero altioris conſilii et cautelae communionem uniuerſae eccleſiae fixa non ficta pace retinentibus, et eccleſiaſtica iudicia *dominum apoſtolicum* aequi ponderis ſtatera liberare iuxta ſcita canonum approbantibus. Itaque partium diffidentia *Chriſti ueſtimenta* ſcinduntur, pa-

CAP. XI. WERNER. 1101.

a Slauica idololatria.

L. Slauonicae ſtudioſus.

Fecit, quod docuit.

In turbis inter Henr. IV. et papam diuerſa ſtudia, etiam inter ſacros antiſtites.

CAP. XI. WERNER. 1101.

pacis gratia rumpitur, membrorum uniformium compago diſſoluitur, et grata omnibus ſeculis *eccleſiaſticae unitatis* ſocietas perturbatur. Multi ergo *paſtorum ſpiritualium* ſede ſua *edictis* perturbantur *imperialibus*: oues Chriſti lupinis dentibus lacerandae a *Palentinis canibus* exponuntur, quicquid fauet iniuſtitiae regali gratia confouetur: quid uero catholicae regulae priuilegio quaſi forma et ſplendore quodam ueritatis inſignitur: quod tenaci ancora inter procellas diuerſa ſitientium apoſtolicae cathedrae nexu indiuiſae charitatis affigitur, perſecutionum uento furente uentilatur: et frequens hoſtia Chriſti ſchiſmaticorum et eccleſiaſtica communione priuatorum calcibus abiicitur. Hac igitur de cauſa quadam uice a regis miniſterialibus comprehenſus epiſcopus *Wernherus* multis illatis iniuriis incarceratur et ut excommunicatis communicare non differat, terroribus acriter pulſantibus perurget. Verum *pontifex* ſui non immemor curſus et officii hoſtilis malitiae minas exſufflauit eligens in unitate *catholicae regulae* fortiter *mori*, quam a communione pretioſorum ab eccleſia contaminari. Igitur aulici canes tam conſtantia antiſtitis quam *terrore ſummi iudicis* deuicti, quem caeperant, illaeſum dimittunt. Quos enim furor uel calliditas tyranni gratia uel beneficiis flectere non potuit, potentia uincere contendit. Leo factus eſt contrariae parti tyrannide quem inficere uenenum *draconis* non poterat inſanabile. Denique *copiis* undecumque contractis Saxoniam *furibundus inuaſor* ingreditur, cuncta ſuis obuiantia co-

Palentini canes.

Wernherus cuſtodiae datus. Liberatus poſt terrore diuini iudicii.

Inuaſio Imperatoris in Saxoniam

conatibus caede et incendio uaſtando in ſacerdotes domini firmiſſima auctoritate ueſano errore obuiantes armatur. Primum in eos rebellionis ſuae quaſi materiam expetit, quos *fautores iuſtitiae*, quos *uicarios Romanae cathedrae* intellexit. Porro ſupra dictus Chriſti pontifex *Wernherus* licet extrema pati pro nomine Chriſti paratus eſſet, non immemor tamen euangelicae doctrinae, ubi dicitur, cum perſequentur uos, in ciuitate iſta, *fugite in aliam*, ad tempus *ſedem mutauit*, et locum aduerſariae parti nullo territus incurſu dare non diſtulit, ratus id quod in re erat, nubeculam iſtam radio ſerenitatis citius eſſe tollendam, et pacem eccleſiae ſublato perſecutore quanto citius eſſe reddendam. *Profectus* igitur cum ſuis oues ſuae cuſtodiae paſtorali iure mancipatis ſuo *omnium paſtori* commendat, et ſedem non mentem pro tempore mutat. Iam uix unius diei uel biduani moeſtus iter ceſſerat, cum Saxones graui multitudine collecta finibus ſuis hoſtilem manum perturbantem expellunt, et pacis conditionem *ferro* potius quam *deditione* componere curant. Hanc igitur ſubitam rerum mutationem diuina reuelatione edoctus antiſtes comitatum ſuum ſtare coegit, profectionum metam ponit, et mirantibus cunctis qui aderant, ſuſceptae uitae longioris ſubito lora reflexit. Nam ſero quidem crepuſculo ante reuelationem iſtam ſuis *comitibus* ſummo diluculo profectionem indixit et mane cum uellent proficiſci, ſententiam ſuam praeſul mutauit. Sublato ergo immo fuga uix lapſo *ueritatis impugnatore* ad ſedem ſuam redit epiſcopus

CAP. XI. WERNER. 1101.

et Werneri.

Qui fuga ſibi conſulit.

Victoria penes Saxones.

Inde redux epiſcopus.

CAP. XI. WERNER. 1101. pus ubique ſiue cedendo ſiue manendo diuina clementia comitatus. Verum reliquum tempus uitae ſuae in eccleſiaſticis prouidus diuinorum talentorum diſpenſator exegit ſemper ad altiora uirtutum incrementa mentem intentans, officii uocabulum rebus probans, quippe qui adeo ſuo contemtu et infirmae carnis cruciatu ultra ſe proceſſit: et quendam ut ita dicam florentibus meritis ſuis ſuperlatiuum gradum adiecit. Vt de eo humana diceretur aeſtimatione, ſe magis Deum offendiſſe in uirtutum profectibus ultra uires ſuas procedens, quam placaſſe, nec ullum ei neuum criminis ante ſummum iudicem meritorum ponderationem efficere, ſi ſe conſtiteret diuinum iudicium ex nimia corporis afflictione poſſe euadere. Dignum prorſus ſancti uiri praeconium, cuius ſanctitas ſanctitatem praecedere quodammodo uidebat, et Chriſti ductus amore, qui Chriſti ungentorum currens in odore ſuprahomines affectuoſiſſimo Chriſti cultu ferebatur. Sicut autem atteſtantur, qui ei in monaſterio coeleſtium ſacramentorum ſemper aderant, nunquam myſteria ſacroſanctae ablationis ſine *lacrimarum* gratia celebrauit, ut Deo diuinis obtutibus ſacrificium eius acceptabile fieret, quo ſe hoſtiam uiuam in cordis contritione mactaſſet. Contigit aliquando regem Marſipolim uenire et feſtum aliquod edicto regalis curiae celebrare. Habebat enim eo tempore communionem et pacem eccleſiae. Porro ipſo die ſancto ſolito more *Wernherus* antiſtes *infulatus* proceſſit: *miſſarum* ſolennia celebrauit, et in *praeſentia regis* tantae congruens ſolennitati, offi-

Deſpicatus rerum humanarum.

Opera meritoria.

Miſſa S. inter lachrymas.

officium omne pontificali ritu conſumauit. CAP. XI.
Quo peracto miniſtri altaris *calicem* ſuſcepe- WERNER.
runt eumque negligentius ablutum uino, ut 1101.
fieri ſolet, in ſecretario poſuerunt Erat *Cruor ſanguinis*
autem *calix* idem artificioſiori diligentia fabre- *Chriſti in*
factus et ideo *rege* ipſo iubente allatus eſt, quo *calice.*
interius perſpecto, quia repoſitus erat, illatus, ut dictum eſt, *cruor* ita recens in eo apparuit, ac ſi hora eadem *a latere Chriſti* calici uideretur infuſus. Stupefactus *rex* et omnes, qui aderant, maxime tamen epiſcopus, mox linteo quodam candidtſſimo ſanguinem, qui apparuit, cum magno tremore deterſit, eumque *in* crucem, quae pro reliquiis ſacris modicum quid *dominici ſanguinis* retinebat, innuiſit, dicens: *hunc ſanguinem, qui remanſerat in calice, nihil ab illotis dare qui effuſus eſt cum pendebat in cruce niſi qui illum ſacrilega et non credentis fundebat inſania*, et iſtum in ſacramento eccleſiaſtico dextra et credentis et amantis conſecrarat. Itaque iſte miniſtrantium exceſſus maioris fidei *eccleſiaſtico* patebat occaſio, ut tam praeſentibus quam futuris diligentiam et ſollicitudinem uigilantiorem in adminiſtratione coeleſtium ſacramentorum indixit. Cum igitur recte fidei tramite ea, quae IEſu Chriſti ſunt, to- *Mors an.*
tus quaereret, totus aeternis deliciis ſuſpiria *1101.*
fundens intenderet, praeuentus infirmitatis moleſtia ſpiritum quidem coelo reddidit: corpus in monaſterio, quod *Altenburg* dicitur, tumulari, antequam migraretur praecepit. Erat au- *Altenburg.*
tem idem locus i. e. *Altenburg* longe ante eius tempora canonicis inſtitutis et manſionibus at-

CAP. XII. ALBVIN. 1117. *Paulina. Dona.*

§. IV. Huius in temporibus felix *Paulina* prius filia *Agar* hoc in loco primo facta eſt pediſſequa *Sarae*, ſpretis mundi delectationibus aeloquin domini a quibusque ſapientioribus faucibus animae eſurientis mandabat, haec quicquid luxui priori prius debebat, totum in Dei ſeruitium conuertebat, et plurimum ornatus eccleſiae noſtrae conferebat. Dedit enim *imaginem genetricis Dei* auro circumdatam et gemmis ornatam, fecit etiam *dorſale*, quod pretioſius habet noſtra eccleſia per expenſam epiſcopi *Albuini*, praeter haec duas capellas aedificauit, dotauit, dedicari fecit, unam per introitum monaſterii ab auſtro in honore ſancti *Iohannis* euangeliſtae, aliam apud monachos in hoſpitali in honore ſancti *Pauli*. Poſtmodum uero *heremum* petiit, et qualiter ibi uixerit, ubique fama celebrat.

§. V. Pater autem noſter, de quo ſermo, lorica fidei munitus, gladio uerbi Dei armatus, bonis actibus inuigilando, uenienti domino ſecurus aperuit. Quia anno epiſcopatus ſui *decimo ſexto* febre correptus et usque ad denas calendas nouembris corpore uexatus a tribus presbyteris nouem miſſis celebrantibus, tribus in honore ſancti *Seuerini* confeſſoris, cuius ipſa die celebritas agitur, tribus pro ſalute uiuorum, et tribus pro requie mortuorum, oblationibus eius douote datis, uiatico ſalutari confortatus, fratribus ſuis pro poſſe muneratis circa horam tertiam dicens: in manus tuas, domine, commendo ſpiritum meum, animam cœlo reddidit, corpus terrae ſub introitu fratrum ab auſtro et dilectionis recordationem a Theoderico

Mors an. 1117.

Citzenſi


XIII. GERHARDꝰ
intruſus
ARNOLDUS
pag. 387.
XIV. MEINGOTUS.
pag. 390.
XV. ESKELMUS
pag. 391.
XVI. REINHARDꝰ.
pag. 391.

Citzenſi epiſcopo commendatur. Hunc toto mentis affectu hoc carmine denotamus. Verſus CAP. XIII. GERHAR. ARNOLD. 1119. *Elogium.*

Et pater et frater, pietatis uiſcere mater
Et paſtor uerus Alboinus erat duodenus,
Hic meritis magnus fuit actu mitis et agnus
Nomine ſublimis humilem ſe fecit et imis
Dena calendas ſuſtulit illum carne nouembris
Reddidit et coelo fructus qui perpete uero.

CAP. XIII.
GERHARDVS
INTRVSVS,
ARNOLDVS
TREDECIMVS ECCLESIAE MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS.
ab ann. 1119. ad ann. 1133.

XIII. *Sedes ua-cua. Quia dubia inter Caeſarem et papam iura inaugurandi.*

IN moerore deceſſus patris noſtri *Albuini* pene annum inconſolata noſtra eccleſia manebat propter commotionem regni excitatam contra imperatorem *Heinricum V.* Tandem *rex* quam pluresque principes regni *Erfortiam* conueniunt. Eo ueniunt acceptabiliores huius ſedis tam clerici quam laici *expetere rectorem.* Illic praeſente archiepiſcopo *Magdeburgenſi* Adelgoto et Theoderico *Citzenſi* epiſcopo aliisque pluribus epiſcopis datur nobis GERHARDVS rector et a Theoderico Citzenſi epiſcopo huic ſedi *praeſentatur*, praeſentatus digne ſuſcipitur, ſuſceptus fide data a cunctis debentibus honoratur. *GERHARDVS a Citzenſi obtruſus capitulo 1119.*

§. II. Habetur ut dominus, ſed modicum temporis. Nam flante borea aſpirat aquilo, quia

CAP. XIII. GERHAR. ARNOLD. 1124. Reinhardo *Halberſtadenſi* epiſcopo inſtigante, Adelgotus *Magdeburgenſis* archiepiſcopus ac plures alii epiſcopi, ut zelo iuſtitiae, in noſtram conſurgunt eccleſiam. Quantas uero preſſuras, quantasque tribulationes perpeſſa ſit, nec noſtrum eſt proloqui, nec diffamare, quia omnis haec eccleſia huius rei teſtimonium reddit, ſed quia per decurſum narrationis ad haec inducti ſumus non commodo, praetergredimur, ſed ſine norma rectitudinis ſeu amaritudinis haec facta ſunt ei, qui probat corda, ut ſcit cogitationes, relinquamus et cœpto itinere metam citius perfigamus.

Improbat hoc Magdeburgenſis et nominat 1124. ARNOLDVM, rege inuito,

§. III. Poſt multiplices *alienigenarum incurſationes* et quorundam defenſationes noſtratum electus praedictus forſan tamen iure repellitur, et ARNOLDVS huius eccleſiae canonicus ab epiſcopis, quia *rex anathemate* tenebatur, inthronizatur. Hic antiſtes erat nobili ſtirpe progenitus, facie quidem ſpectabili, uoce audibili, ſatis pulchrae eloquentiae, nec ſpernendae ſapientiae, ſed quia non expetit, cuipiam noſtrorum patrum derogare nec huic quidem, ſed quicquid calutionis eius conuerſationis audiuimus, attentius intimemus.

qui in anathemate.

Papae adprobatio. §. IV. Praedictus praeſul perpendens primitias epiſcopatus ſui non ſatis fuiſſe canonicas, *Rhenienſe concilium* a *Calixto ſecundo* papa habitum cum aliis epiſcopis expetiit, et ſiquid erat enormitatis in acceſſione ſui relatus illic eſt apoſtolica auctoritate *reintegratum.*

Donationes Storkeuiz, §. V. Hac *confirmatione* glorificatus non uacuus in area dominica militauit, ſed dato theſauro eccleſiae tres manſos et dimidium *Storckewitz*

witz et in *Paſſin* tres comparauit et in uſum fru- CAP. XIII.
trum donauit, *Czwenckaw* urbem deſertam in- ARNOLD.
fauſta inhabitatione excoluit. 1133.

§. VI. Nam primo furtim ſuis *ſublata* et epi- Paſſin,
ſcopatu noſtro irrecuparabiliter uaſtato ipſe Czwenkau,
conſilio *conſanguinitatis* ſuae, ut dicitur, anno e- *Occiſus*
piſcopatus ſui *nono* deteſtabili flendoque *latro- 1133.*
cinio idem pridie idus iunii occiditur. De qua morte diuerſa audiuimus. Nos autem credimus, hanc magis fuiſſe piaculum quam meritum. Hac *morte* hoc in loco comperta, quantus mœror, quantusque luctus exoritur, corpus adducitur, occurrit, in eccleſia collocatur, memoria defuncti agitur. Poſtera autem die in *Baſilica S. Petri* uerſus auſtrum ab epiſcopo Cizenſi Vdone collocatur, unde uerſus.

§. VII. Huius mortem miſerandam hoc car- *Elogium.*
mine reddimus commemorandam:

Tertius et decimus pater ARNOLDVS *fuit huius*
Vita quod hanc decuit uulneribus periit.
Conſiliis gladiis propriae conſanguinitatis
Perditus occubuit, qua morte non periit.
Si quod peccatum fuit hac ſi morte piatum
Huic lector ueniam cum prece poſce piam.

Nota ſcribitur in chronica MARTINI, quod tem- *Chronica*
pore *Honorii II.* papae poſt obitum *Heinrici IV.* *Martini.*
imperatoris LOTHARIVS in regem electus Bohemiam uaſtauit, et commiſſo bello multis hinc inde occiſis cum paucis euaſit, et in eodem bello *Arnoldus* epiſcopus Merſeburgenſis occiſus fuit, duodecimo *calendas martii* anno ut ſupra et epiſcopus Halberſtadienſis *quinquaginta* milites perdidit ibidem.

CAP. XIV.

MEYNGOTVS

DECIMVS QVARTVS EPISCOPVS MERSEBVRGENSIS.

ab ann. 1133. ad ann. 1140.

XIV. MEINGOTVS an. 1133. electio dilata.

TRiſtibus exequiis iam dicti patris *Arnoldi* peractis, omnis debitus conuentus, gratia ſancti ſpiritus inflammatus, in electionem acceptabilioris perſonae huius eccleſiae canonicae concordat et id ad melius conſultandum in *craſtinum diem* differtur. Poſtera autem die per Dei *diſpenſationem* fortuna toruo uultu auerſa omnem nebulam prioris aduerſitatis fronte detergens ſerenior ſolito nobis applaudebat: quia MEYNGOTVS, noſtrae eccleſiae canonicus, quod nunquam ante acto tempore contigit, tam unanimi quam concordi electione, *decimo octauo calendas Junii* nobis uerus *pater* eligitur.

Electioni praeſentes.

§. II. In hac electione erat Vdo *Citzenſis* epiſcopus Heinricus *marchio* et tam *laicorum*, quam *clericorum* debitus conuentus. Electione facta, quum electo *Lotharii* regis praeſentia expetitur, ſed nihilominus electus *regi* et a melioribus regni ob perſonalem acceptionem, ab morum commendationem, ob unanimem electionem commendatur. Ergo *regis dono* laudabiliter ſuplimatur et honoratur.

Confirmatio electi ab imperatore Lothario.

Differtur conſecratio ſacerdotalis.

§. III. Ordinatio ſummi autem ſacerdotii differtur quod *Norpetus* Magdeburgenſis Archiepiſcopus *pallii honore* nondum ſublimatus erat. *Tredecimo* uero calendas *Aprilis* pater noſter in Magdeburg uocatus *pallio* eccleſiaſtico proceſ-

ceſſu et hymnis honorifice ſuſcepto ad *ſummum ſacerdotii*, gradum ipſo die promouetur. Aſt uero eccleſiae ſuae redditus amabiliter occurritur, ſuſcipitur, canitur. Hoc in officio dignitatis non ſe *elatum*, ſed cunctis fecit *humiliatum*. Et gregi commiſſo non uirga paſtoris minitabatur, ſed paterna uoce ad quaeque optima hortabatur. Huius autem patris noſtri pontificatus hic *annus* eſt *decimus*, fiatque centenus et ultra, fideliter petimus.

CAP. XV. EKELINVS REINHAR. 1133.

Votum pro eo ſcriptoris.

CAP. XV.

EGKELMVS

DECIMVS QVINTVS EPISCOPVS

ab an. 1140. ad an. 1155.

POſt deceſſum uenerabilis in Chriſto patris noſtri domini *Meyngoti* epiſcopi eccleſia noſtra carens gubernatore EGKELMVS ſeu Egkelinus praeficitur. De cuius uita nec apud nos nec apud noſtros anteceſſores in *ſcriptis* aliquid eſt repertum: ſed corpus eius in noſtra eccleſia fuit honorifice traditum ſepulturae, poſtquam eccleſiam noſtram gubernaſſet *quindecim annis*, requieuit in domino, in ſancta pace.

XV. EKELINVS quindecim annorum epiſcopus.

Nulla rerum geſtarum memoria.

CAP. XVI.

REINHARDVS

DECIMVS SEXTVS EPISCOPVS

ab ann. 1158. ad ann. 1176.

ECcleſia noſtra propter mortem domini *Egkelmi* ſolatio deſtituta *Reinhardus* laudabilis

XVI. REINHARDVS

 ui-

CAP. XI. WERNER. 1101.

pacis gratia rumpitur, membrorum uniformium compago diſſoluitur, et grata omnibus ſeculis *eccleſiaſticae unitatis* ſocietas perturbatur. Multi ergo *paſtorum ſpiritualium* ſede ſua *edictis* perturbantur *imperialibus*: oues Chriſti lupinis dentibus lacerandae a *Palentinis canibus* exponuntur, quicquid fauet iniuſtitiae regali gratia confouetur: quid uero catholicae regulae priuilegio quaſi forma et ſplendore quodam ueritatis inſignitur: quod tenaci ancora inter procellas diuerſa ſitientium apoſtolicae cathedrae nexu indiuiſae charitatis affigitur, perſecutionum uento furente uentilatur: et frequens hoſtia Chriſti ſchiſmaticorum et eccleſiaſtica communione priuatorum calcibus abiicitur. Hac igitur de cauſa quadam uice a regis miniſterialibus comprehenſus epiſcopus *Wernherus* multis illatis iniuriis incarceratur et ut excommunicatis communicare non differat, terroribus acriter pulſantibus perurget. Verum *pontifex* ſui non immemor curſus et officii hoſtilis malitiae minas exſufflauit eligens in unitate *catholicae regulae* fortiter *mori*, quam a communione pretioſorum ab eccleſia contaminari. Igitur aulici canes tam conſtantia antiſtitis quam *terrore ſummi iudicis* deuicti, quem caeperant, illaeſum dimittunt. Quos enim furor uel calliditas tyranni gratia uel beneficiis flectere non potuit, potentia uincere contendit. Leo factus eſt contrariae parti tyrannide quem inficere uenenum *draconis* non poterat inſanabile. Denique *copiis* undecumque contractis Saxoniam *furibundus inuaſor* ingreditur, cuncta ſuis obuiantia

Palentini canes.

Wernherus cuſtodiae datus. Liberatus poſt terrore diuini iudicii.

Inuaſio Imperatoris in Saxoniam

co-

conatibus caede et incendio uaſtando in ſacerdotes domini firmiſſima auctoritate ueſano errore obuiantes armatur. Primum in eos rebellionis ſuae quaſi materiam expetit, quos *fautores iuſtitiae*, quos *uicarios Romanae cathedrae* intellexit. Porro ſupra dictus Chriſti pontifex *Wernherus* licet extrema pati pro nomine Chriſti paratus eſſet, non immemor tamen euangelicae doctrinae, ubi dicitur, cum perſequentur uos, in ciuitate iſta, *fugite in aliam*, ad tempus *ſedem mutauit*, et locum aduerſariae parti nullo territus incurſu dare non diſtulit, ratus id quod in re erat, nubeculam iſtam radio ſerenitatis citius eſſe tollendam, et pacem eccleſiae ſublato perſecutore quanto citius eſſe reddendam. *Profectus* igitur cum ſuis oues ſuae cuſtodiae paſtorali iure mancipatis ſuo *omnium paſtori* commendat, et ſedem non mentem pro tempore mutat. Iam uix unius diei uel biduani moeſtus iter cefferat, cum Saxones graui multitudine collecta finibus ſuis hoſtilem manum perturbantem expellunt, et pacis conditionem *ferro* potius quam *deditione* componere curant. Hanc igitur ſubitam rerum mutationem diuina reuelatione edoctus antiſtes comitatum ſuum ſtare coegit, profectionum metam ponit, et mirantibus cunctis qui aderant, ſuſceptae uitae longioris ſubito lora reflexit. Nam ſero quidem crepuſculo ante reuelationem iſtam ſuis *comitibus* ſummo diluculo profectionem indixit et mane cum uellent proficiſci, ſententiam ſuam praeſul mutauit. Sublato ergo immo fuga uix lapſo *ueritatis impugnatore* ad ſedem ſuam redit epiſcopus

CAP. XI. WERNER. 1101.

et Werneri.

Qui fuga ſibi conſulit.

Victoria penes Saxones.

Inde redux epiſcopus.

CAP. XI. WERNER. 1101.

pus ubique ſiue cedendo ſiuè manendo diuina clementia comitatus. Verum reliquum tempus uitae ſuae in eccleſiaſticis prouidus diuinorum talentorum diſpenſator exegit ſemper ad altiora uirtutum incrementa mentem intentans, officii uocabulum rebus probans, quippe qui adeo ſuo contemtu et infirmae carnis cruciatu ultra ſe proceſſit: et quendam ut ita dicam florentibus meritis ſuis ſuperlatiuum gradum adiecit. Vt de eo humana diceretur aeſtimatione, ſe magis Deum offendiſſe in uirtutum profectibus ultra uires ſuas procedens, quam placaſſe, nec ullum ei neuum criminis ante ſummum iudicem meritorum ponderationem efficere, ſi ſe conſtiteret diuinum iudicium ex nimia corporis afflictione poſſe euadere. Dignum prorſus ſancti uiri praeconium, cuius ſanctitas ſanctitatem praecedere quodammodo uidebat, et Chriſti ductus amore, qui Chriſti ungentorum currens in odore ſuprahomines affectuoſiſſimo Chriſti cultu ferebatur. Sicut autem atteſtantur, qui ei in monaſterio coeleſtium ſacramentorum ſemper aderant, nunquam myſteria ſacroſanctae ablationis ſine *lacrimarum* gratia celebrauit, ut Deo diuinis obtutibus ſacrificium eius acceptabile fieret, quo ſe hoſtiam uiuam in cordis contritione mactaſſet. Contigit aliquando regem Marſipolim uenire et feſtum aliquod edicto regalis curiae celebrare. Habebat enim eo tempore communionem et pacem eccleſiae. Porro ipſo die ſancto ſolito more *Wernherus* antiſtes *infulatus* proceſſit: *miſſarum* ſolennia celebrauit, et in *praeſentia regis* tantae congruens ſolennitati, offi-

Deſpicatus rerum humanarum.

Opera meritoria.

Miſſa S. inter lachrymas.

officium omne pontificali ritu conſumauit. Quo peracto miniſtri altaris *calicem* ſuſcepe- runt eumque negligentius ablutum uino, ut fieri ſolet, in ſecretario poſuerunt Erat autem *calix* idem artificioſiori diligentia fabre- factus et ideo *rege* ipſo iubente allatus eſt, quo interius perſpecto, quia repoſitus erat, illatus, ut dictum eſt, *cruor* ita recens in eo apparuit, ac ſi hora eadem *a latere Chriſti* calici uideretur infuſus. Stupefactus *rex* et omnes, qui ade- rant, maxime tamen epiſcopus, mox linteo quodam candidiſſimo ſanguinem, qui apparuit, cum magno tremore deterſit, eumque *in* cru- cem, quae pro reliquiis ſacris modicum quid *dominici ſanguinis* retinebat, innuiſit, dicens: *hunc ſanguinem, qui remanſerat in calice, nihil ab illotis dare qui effuſus eſt cum pendebat in cruce niſi qui illum ſacrilega et non credentis funde- bat inſania*, et iſtum in ſacramento eccleſiaſti- co dextra et credentis et amantis conſecrarat. Itaque iſte miniſtrantium exceſſus maioris fi- dei *eccleſiaſtico* patebat occaſio, ut tam prae- ſentibus quam futuris diligentiam et ſollicitu- dinem uigilantiorem in adminiſtratione coele- ſtium ſacramentorum indixit. Cum igitur re- ctae fidei tramite ea, quae IEſu Chriſti ſunt, to- tus quaereret, totus aeternis deliciis ſuſpiria fundens intenderet, praeuentus infirmitatis moleſtia ſpiritum quidem coelo reddidit: cor- pus in monaſterio, quod *Altenburg* dicitur, tu- mulari, antequam migraretur praecepit. Erat au- tem idem locus i. e. *Altenburg* longe ante eius tempora canonicis inſtitutis et manſionibus at-

CAP. XI. WERNER. 1101. *Cruor ſanguinis Chriſti in calice.*

Mors an. 1101.

Altenburg.

CAP. XII. ALBVIN. 1101. tributus et per multa tempora regularis uitae norma floribundus; ſed iam celebris prouinciam uexabat preſſuris, deſolatus uix rarum habitatorem admiſerat, quia praedia, unde incolae uictitare debuerant, diuerſo modo, diuerſus hoſtis et praedo diſtraxerat, quem locum praefatus antiſtes magnis ſumtibus in aedificiis uetuſtate *dilapſis praeparauit* magno labore, praedia annuum cenſum uel redditum ſoluentia recollegit, et inſtitutis Zenobianis diſciplinae ordine mutato inſigniuit, et ſuae requiei locum eundem futurum praeſciuit. *Obiit* autem idem pontifex Chriſti *pridie idus Ianuarii* tam felix in accepto praemio quam ſtudioſus propter Deum in labore peracto, cui ſit laus et gloria per immortalia ſecula ſeculorum amen.

CAP. XII.

ALBVINVS

DVODECIMVS EPISCOPVS.

ab ann. 1101. ad ann. 1117.

XII. ALBVINVS 1101. TAnto talique *marito*, uidelicet *Wernhero*, noſtra eccleſia uiduata propter ſciſſionem regni ſupra dictam ſine paſtore in paſcuis huius ſedis per quadriennium et ultra errabat incuſtodita, donec diuina diſpenſatione caput regni Heinricus IV. quam pluresque regni meliores in *Numburg* ad conciliandum regi conueniunt. Illuc ueniunt et noſtrates orphani, quique melioris ut gregi deſolato paſtorem aut eligerent aut expeterent. Sed diuina clementia nondum nos aduerſata dedit nobis Alboinum paſtorem, quo nunquam habuimus meliorem humilioremque. §. II.

§. II. Huius patris uita quia cunctis meliori- bus fuit acceptabilis, nobis quoque eſſet com- mendabilis, ſed feremur in laudem eius tentare, quam non poſſumus digne adimplere. Sed quia quod fiducia disſimulat, uoluntas cogit, uo- luntati obedire experiamur, et de eius epiſco- pali conuerſatione, quod audiuimus, dicemus. Erat enim Bauearica ſtirpe progenitus, literati ſcientia docte imbutus, moribus piis eximiis melioribusque quibusque cognitus. Supra o- mnia morum ornamenta erat humillimus, a- gno manſueto ſimillimus, potentibus honora- bilis, mediocribus amabilis, infimis affabilis, o- mnibus in uita manentibus delectabilis, in Dei ſeruitio erat continuus, in temporalibus ſatis prouidus, largiens largienda, ſeruans ſeruanda. Hic ſiquid ſibi de epiſcopali expendio ſubtraxit, non hoc ſtatuit auide in arca condere, aut uolu- ptatibus carnis ſuperflue deſeruire, ſed totum aut in decorem eccleſiae aut in uſum fratrum impingere erogauit. CAP. XII. ALBVIN. 1101. *Virtutes.*

§. III. Huius affectus in rei effectum daret, pretio enim proprio, praedio comparato, de- dit fratribus noſtris prope ALSLEVE circiter triginta ſolides, in *Huncleui* et in Studen ſimi- liter. Hunc uero decorem huic addidit eccle- ſiae: parietes interioris ſanctuarii cum laque- ari *colorare praecepit*, *uetus* et *nouum teſtamen- tum* in pari modulo *colorare praecepit*, conſcri- bi fecit, aliorumque librorum theſaurum co- pioſum nobis donauit. Dedit praeterea *caſu- las* duas, *Dalmaticas* tres, *dorſalia* tria, alzaris cooperimentum duplum, aliaque plura quae neſcimus nec replicari ab aliquibus audiuimus. *Donatio- nes.* *Libraria ſupellex colorata.* *Caſula.* *Dalmatic.* *Dorſalia.*

CAP. XII. ALBVIN. 1117. *Paulina. Dona.*

§. IV. Huius in temporibus felix *Paulina* prius filia *Agar* hoc in loco primo facta eſt pediſſequa *Sarae*, ſpretis mundi delectationibus aeloquin domini a quibusque ſapientioribus faucibus animae eſurientis mandabat, haec quicquid luxui priori prius debebat, totum in Dei ſeruitium conuertebat, et plurimum ornatus eccleſiae noſtrae conferebat. Dedit enim *imaginem genetricis Dei* auro circumdatam et gemmis ornatam, fecit etiam *dorſale*, quod pretioſius habet noſtra eccleſia per expenſam epiſcopi *Albuini*, praeter haec duas capellas aedificauit, dotauit, dedicari fecit, unam per introitum monaſterii ab auſtro in honore ſancti *Iohannis* euangeliſtae, aliam apud monachos in hoſpitali in honore ſancti *Pauli*. Poſtmodum uero *heremum* petiit, et qualiter ibi uixerit, ubique fama celebrat.

§. V. Pater autem noſter, de quo ſermo, lorica fidei munitus, gladio uerbi Dei armatus, bonis actibus inuigilando, uenienti domino ſecurus aperuit. Quia anno epiſcopatus ſui *decimo ſexto* febre correptus et usque ad denas calendas nouembris corpore uexatus a tribus presbyteris nouem miſſis celebrantibus, tribus in honore ſancti *Seuerini* confeſſoris, cuius ipſa die celebritas agitur, tribus pro ſalute uiuorum, et tribus pro requie mortuorum, oblationibus eius douote datis, uiatico ſalutari confortatus, fratribus ſuis pro poſſe muneratis circa horam tertiam dicens: in manus tuas, domine, commendo ſpiritum meum, animam cœlo reddidit, corpus terrae ſub introitu fratrum ab auſtro et dilectionis recordationem a Theoderico

Mors an. 1117.

Citzenſi


XIII. GERHARDꝰ
intruſus
ARNOLDUS
pag. 387.
XIV. MEINGOTUS.
pag. 390.
XV. ESKELMUS
pag. 391.
XVI. REINHARDꝰ.
pag. 391.



Citzenſi epiſcopo commendatur. Hunc toto mentis affectu hoc carmine denotamus. Verſus CAP. XIII. GERHAR. ARNOLD. 1119. *Elogium.*

Et pater et frater, pietatis uiſcere mater
Et paſtor uerus Alboinus erat duodenus,
Hic meritis magnus fuit actu mitis et agnus
Nomine ſublimis humilem ſe fecit et imis
Dena calendas ſuſtulit illum carne nouembris
Reddidit et coelo fructus qui perpete uero.

CAP. XIII.
GERHARDVS
INTRVSVS,
ARNOLDVS
TREDECIMVS ECCLESIAE MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS.
ab ann. 1119. ad ann. 1133.

IN moerore deceſſus patris noſtri *Albuini pene* annum inconſolata noſtra eccleſia manebat propter commotionem regni excitatam contra imperatorem *Heinricum V.* Tandem *rex* quam pluresque principes regni *Erfortiam* conueniunt. Eo ueniunt acceptabiliores huius ſedis tam clerici quam laici *expetere rectorem.* Illic praeſente archiepiſcopo *Magdeburgenſi* Adelgoto et Theoderico *Citzenſi* epiſcopo aliisque pluribus epiſcopis datur nobis GERHARDVS rector et a Theoderico Citzenſi epiſcopo huic ſedi *praeſentatur*, praeſentatus digne ſuſcipitur, ſuſceptus fide data a cunctis debentibus honoratur.

XIII. Sede ſua cua. Quia dubia inter Caeſarem et papam iura inaugurandi.

GERHARDVS a Citzenſi obtruſus capitulo 1119.

§. II. Habetur ut dominus, ſed modicum temporis. Nam flante borea aſpirat aquilo, quia

 Rein-

CAP. XIII. GERHAR. ARNOLD. 1124. *Improbat hoc Magdeburgenſis et nominat 1124. ARNOLDVM, rege inuito,*

Reinhardo *Halberſtadenſi* epiſcopo inſtigante, Adelgotus *Magdeburgenſis* archiepiſcopus ac plures alii epiſcopi, ut zelo iuſtitiae, in noſtram conſurgunt eccleſiam. Quantas uero preſſuras, quantasque tribulationes perpeſſa ſit, nec noſtrum eſt proloqui, nec diffamare, quia omnis haec eccleſia huius rei teſtimonium reddit, ſed quia per decurſum narrationis ad haec inducti ſumus non commodo, praetergredimur, ſed ſine norma rectitudinis ſeu amaritudinis haec facta ſunt ei, qui probat corda, ut ſcit cogitationes, relinquamus et cœpto itinere metam citius perſigamus.

qui in anathemate.

§. III. Poſt multiplices *alienigenarum incurſationes* et quorundam defenſationes noſtratum electus praedictus forſan tamen iure repellitur, et ARNOLDVS huius eccleſiae canonicus ab epiſcopis, quia *rex anathemate* tenebatur, inthronizatus. Hic antiſtes erat nobili ſtirpe progenitus, facie quidem ſpectabili, uoce audibili, ſatis pulchrae eloquentiae, nec ſpernendae ſapientiae, ſed quia non expetit, cuipiam noſtrorum patrum derogare nec huic quidem, ſed quicquid calutionis eius conuerſationis audiuimus, attentius intimemus.

Papae adprobatio.

§. IV. Praedictus praeſul perpendens primitias epiſcopatus ſui non ſatis fuiſſe canonicas, *Rhenienſe concilium* a *Calixto ſecundo* papa habitum cum aliis epiſcopis expetiit, et ſiquid erat enormitatis in acceſſione ſui relatus illic eſt apoſtolica auctoritate *reintegratum.*

Donationes Storkewiz,

§. V. Hac *confirmatione* glorificatus non uacuus in area dominica militauit, ſed dato theſauro eccleſiae tres manſos et dimidium *Storckewitz*

witz et in *Paſſin* tres comparauit et in ulum fru- CAP. XIII.
trum donauit, *Czwenckaw* urbem deſertam in- ARNOLD.
fauſta inhabitatione excoluit. 1133.

§. VI. Nam primo furtim ſuis *ſublata* et epi- Paſſin,
ſcopatu noſtro irrecuperabiliter uaſtato ipſe Czwenkau,
conſilio *conſanguinitatis* ſuae, ut dicitur, anno e- *Occiſus*
piſcopatus ſui *nono* deteſtabili flendoque *latro-* *1133.*
cinio idem pridie idus iunii occiditur. De qua morte diuerſa audiuimus. Nos autem credimus, hanc magis fuiſſe piaculum quam meritum. Hac *morte* hoc in loco comperta, quantus moeror, quantusque luctus exoritur, corpus adducitur, occurrit, in eccleſia collocatur, memoria defuncti agitur. Poſtera autem die in *Baſilica S. Petri* uerſus auſtrum ab epiſcopo Cizenſi Vdone collocatur, unde uerſus.

§. VII. Huius mortem miſerandam hoc car- *Elogium.*
mine reddimus commemorandam:

Tertius et decimus pater ARNOLDVS *fuit huius*
Vita quod hanc decuit uulneribus periit.
Conſiliis gladiis propriae conſanguinitatis
Perditus occubuit, qua morte non periit.
Si quod peccatum fuit hac ſi morte piatum
Huic lector ueniam cum prece poſce piam.

Nota ſcribitur in chronica MARTINI, quod tem- *Chronica*
pore *Honorii II.* papae poſt obitum *Heinrici IV.* *Martini.*
imperatoris LOTHARIVS in regem electus Bohemiam uaſtauit, et commiſſo bello multis hinc inde occiſis cum paucis euaſit, et in eodem bello *Arnoldus* epiſcopus Merſeburgenſis occiſus fuit, duodecimo *calendas martii* anno ut ſupra et epiſcopus Halberſtadienſis *quinquaginta* milites perdidit ibidem.

CAP. XIV. MEING. 1133.

CAP. XIV.
MEYNGOTVS
DECIMVS QVARTVS EPISCOPVS MERSEBVRGENSIS.

ab ann. 1133. ad ann. 1140.

XIV. MEINGOTVS an. 1133. electio dilata.

TRiſtibus exequiis iam dicti patris *Arnoldi* peractis, omnis debitus conuentus, gratia ſancti ſpiritus inflammatus, in electionem acceptabilioris perſonae huius eccleſiae canonicae concordat et id ad melius conſultandum in *craſtinum diem* differtur. Poſtera autem die per Dei *diſpenſationem* fortuna toruo uultu auerſa omnem nebulam prioris aduerſitatis fronte detergens ſerenior ſolito nobis applaudebat: quia MEYNGOTVS, noſtrae eccleſiae canonicus, quod nunquam ante acto tempore contigit, tam unanimi quam concordi electione, *decimo octauo calendas Junii* nobis uerus *pater* eligitur.

Electioni praeſentes.

§. II. In hac electione erat Vdo *Citzenſis* epiſcopus Heinricus *marchio* et tam *laicorum*, quam *clericorum* debitus conuentus. Electione facta, quum electo *Lotharii* regis praeſentia expetitur, ſed nihilominus electus *regi* et a melioribus regni ob perſonalem acceptionem, ab morum commendationem, ob unanimem electionem commendatur. Ergo *regis dono* laudabiliter ſuplimatur et honoratur.

Confirmatio electi ab imperatore Lothario. Differtur conſecratio ſacerdotalis.

§. III. Ordinatio ſummi autem ſacerdotii differtur quod *Norpetus* Magdeburgenſis Archiepiſcopus *pallii honore* nondum ſublimatus erat. *Tredecimo* uero calendas *Aprilis* pater noſter in Magdeburg uocatus *pallio* eccleſiaſtico proceſ-

ceſſu et hymnis honorifice ſuſcepto ad *ſummum ſacerdotii*, gradum ipſo die promouetur. Aſt uero eccleſiae ſuae redditus amabiliter occurritur, ſuſcipitur, canitur. Hoc in officio dignitatis non ſe *elatum*, ſed cunctis fecit *humiliatum*. Et gregi commiſſo non uirga paſtoris minitabatur, ſed paterna uoce ad quaeque optima hortabatur. Huius autem patris noſtri pontificatus hic *annus* eſt *decimus*, fiatque centenus et ultra, fideliter petimus.

CAP. XV. EKELINVS REINHAR. 1133.

Votum pro eo ſcriptoris.

CAP. XV.
EGKELMVS
DECIMVS QVINTVS EPISCOPVS
ab an. 1140. ad an. 1155.

XV. EKELINVS quindecim annorum epiſcopus.

POſt deceſſum uenerabilis in Chriſto patris noſtri domini *Meyngoti* epiſcopi eccleſia noſtra carens gubernatore EGKELMVS ſeu Egkelinus praeficitur. De cuius uita nec apud nos nec apud noſtros anteceſſores in *ſcriptis* aliquid eſt repertum: ſed corpus eius in noſtra eccleſia fuit honorifice traditum ſepulturae, poſtquam eccleſiam noſtram gubernaſſet *quindecim annis*, requieuit in domino, in ſancta pace.

Nulla rerum geſtarum memoria.

CAP. XVI.
REINHARDVS
DECIMVS SEXTVS EPISCOPVS
ab ann. 1158. ad ann. 1176.

XVI. REINHARDVS

ECcleſia noſtra propter mortem domini *Egkelmi* ſolatio deſtituta *Reinhardus* laudabilis ui-

CAP. XVII. IOHANN. 1176. uitae moribusque decoratus, *decimus ſextus* Merſeburgenſis eccleſiae epiſcopus ordinatus, qui *pie uiuendo* una cum fratre ſuo Chriſtophoro eccleſiae noſtrae dedit duo *alodia* in *Ophuſen* de duodecim manſis, et in aliis etiam uillis unum et uiginti manſos, ſicut in priuilegio domini inuictiſſimi *Conradi* regis Romanorum et *confirmatione* melius declaratur. Hic cum ſuis canonicis, laicis et clericis laudabiliter *decem* et *octo annis* uixit, et poſtmodum in noſtra eccleſia honorifice eſt ſepultus.

Alodiorum donatio.

Mors 1176.

CAP. XVII.

IOHANNES

DECIMVS SEPTIMVS ECCLESIAE MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS.

ab ann. 1176. ad ann. 1187.

XVII. Iohannes 1176.

MOrtuo in Chriſto patre *Reinhardo* epiſcopo, *Iohannes* famae bonae et conuerſationis in paſtorem aſſumitur et laudabiliter conſecratur. Qui *decem annis* et *menſibus decem* praefuit. De cuius conuerſatione uel regimine a noſtris ſenioribus uel praedeceſſoribus nihil eſt repertum praeter *bonos* duos *chirographos* ſuis temporibus: quorum uno continetur, qualiter ipſe de conſenſu fratris ſui *Amelungi* proprietatem uillarum uidelicet, *Kriſchdorff*, *Roykindorff*, *Gerwardesdorff* cum quinque manſis in *Atzindorff* cum omnibus eorum appendiciis noſtrae tradidit eccleſiae. Et in alio *chirographo* continetur, qualiter *aduocatia* in *Ophuſen* ſuis temporibus a Ludouico praepoſito noſtrae eccleſiae eſt donata, et ſuper his confirmationes inuictiſſimi domini *Friderici* imperato-

chirographos reliquit donationis 1) Kirſchdorff, 2) Rockendorff, 3) Gerwardsdorff 4) Atzendorff, 5) aduocatiae in Op-


XVII. JOHANNES.
pag. 392.
XIIX. EVERHARDUS.
pag. 393.
XIX: THEODERICUS
pag. 393.
XX. ECKEHARDUS.
pag. 394.

toris perdictum dominum Iahannem ſunt oblatae et laudabiliter conſcriptae. CAP. XIIX. EVERH. THEOD.

CAP. XIIX.

EVERHARDVS

DECIMVS OCTAVVS EPISCOPVS MERSEBVRGENSIS.

ab an. 1187. ad an. 1218.

1187. 1218. *hauſen. Confirmatio* Caeſaris, *non ducisnutlandgrauii.*

XIIX. EVERHARDVS 1187.

VEnerabili in Chriſto patre ac domino *Iohanne* epiſcopo cum timore Dei defuncto et omnibus fratribus eius in exequiis flentibus, poſtea *Euerhardus* aſſumitur ad epiſcopalem dignitatem, qui ſedit *annis triginta tribus* hebdomades XII. et ſuis temporibns obtinuit apud uenerabilem in Chriſto patrem et dominum *Wichmannum* ſanctae Magdeburgenſis eccleſiae archiepiſcopum, *quod ab exactione theolinii Halenſis familia epiſcopi et canonici Merſeburgenſis eccleſiae ac eorum familia ſiue pro emtione ſalis uel alia emtione ſui quolibet contractu debent eſſe liberi et ſoluti*, ſicut in priuilegio ſuper hoc confecto plenius continetur.

Immunitas ab Halenſium telonio ſalis.

CAP. XIX.

THEODERICVS

DECIMVS NONVS EPISCOPVS.

ab ann. 1218. ad ann. 1228.

XIX. THEODORICVS an. 1218.

DEfuncto itaque *Euerhardo* glorioſo patre noſtro *Theodericus* famae bonae et uitae laudabilis uoce una et ore in paſtorem et epiſcopum Merſeburgenſem cum magna ſolennitate conſecratur. Quo ſuis temporibus eccle-

ſiae

CAP. XX. EKARDVS 1228. *Mors epiſcopi 1228.* ſiae ſuae diſcrete praefuit nullis bonis uel redditibus minutis, ſed in bono ſtatu omnibus reſeruatis, cum ſediſſet annis undecim minus tribus menſibus, quieuit in pace.

CAP. XX.

EGKEHARDVS

VIGESIMVS EPISCOPVS.

ab ann. 1228. ad ann. 1238.

XX. *EKARDVS 1228. Theodoricus marchio. Reficit urbis moenia.* POſt obitum domini *Theodorici* ſurrexit plus pater dominus *Egkehardus* uigeſimus epiſcopus eccleſiae Merſeburgenſis, qui tunc apud *Theodoricum marchionem Miſnenſem* et Thuringorum *laudgrafium* fuit potens et magna ſeruitia eis faciens ſuis laboribus et expenſis. Ipſo tamen indicto ſeruitio laborante et de oppido ſuo Merſeburg cogitante, praecepit multos lapides in eodem oppido pluribus annis comportari et in tempore opportuno de diuerſis locis aſſumtis lapicidis fecit dicto oppido murum circumponi uno anno.

Marchionis ob refectionem indignatio, mors, filius Henricus Lomatz. §. II. Quod factum dicti marchio et landgrafius aegre tulerunt, quorum indignationem dictus Egkehardus, ut uir prudens, humiliter ſuſtinuit et per plures interceſſores et ſecretarios Dei fauente gratia obtinuit, quod indignitio quieuit illa, et poſt paucos annos praedictus marchio *Theodoricus* deceſſit, qui multa bona ab eccleſia Merſeburgenſi in *foedo* tenuerat et filium infra aetatem legitimam conſtitutum, Heinricum cognomine *Lomatz*, ſuperſtitem reliquit.

Epiſcopus uaſalli §. III. Quod cum dictus *Egkehardus* intellexiſ-

xiſſet, petiuit a dicto puero et ab ipſis qui ipſum puerum tanquam *conſiliarii* regebant, ut *Liptzick* nouam curiam *Grymmis*, *Bornis* et *Groytzſch* cum omnibus bonis ſitis inter fluuios Salam ut Muldam, quae pater dicti pueri tenuerat ab eccleſia Merſeburgenſi, ipſi epiſcopo tanquum uero tutori praeſentarent ad regendum, quo usque dictus puer ad *aetatem legitimam* perueniret.

CAP. XX. GVARDVS 1228. *Henrici tutelam praetendit: Feuda epiſc. Leipzick, Grimme, Borne, Groytzſch.*

§. IV. Quod cum ex parte dicti Heinrici et ſuorum conſiliariorum et illorum, qui dicta bona et terram nomine dicti pueri poſſidebant, eſſet penitus denegatum, dominus *Egkehardus* praemiſſa monitione debita ſantentiam excommunicationis in dictum dominum *Heinricum* marchionem ſuosque conſiliarios et in eos, qui dictum *terram* poſſidebant, tulit, et ſuis temporibus aggrauauit, et ad ultimum totam ſuam *terram* generali ſuppoſuit *interdicto*.

ob denegatam eum excommunicat.

§. V. Quum autem haec per multum tempus duraſſent, et pro concordia fuiſſet placitatum pluries. Tandem *Theodoricus* praepoſitus, *Albertus* cantor et quidam alii canonici eccleſiae Merſeburgenſis, nomine dicti domini Egkehardi epiſcopi, cum conſiliariis marchionis concordauerunt in hoc, *quod dicti marchionis nomine dari deberent octingenti* marcae *domino epiſcopo Egkehardo et Merſeburg praeſentari.*

Conſtitutis arbitris placitatio ſequitur.

§. VI. Quibus praeſentatis dictus dominus epiſcopus deberet ab impetitione incepta ceſſare et latas ſententias relaxare, bonaque quoque praenominata et omnia alia, quae pater *marchionis* ab *ipſa eccleſia* tenuerat, conferre deberet rite in *feudo* tenendo, et cum haec omni-

Henricus ab epiſcopo inueſtitur.

CAP. XXI. RVDOLF. 1238. 1248. mnia ad bonum ſtatum eſſent deducta, et dictus epiſcopus per *aliquod tempus* ſupràuixiſſet, eccleſiam ſuam bene emendatam et in bono ſtatu conſeruatam dimiſit. *mors epiſc. 1238.* Et cum ſediſſet *annis decem* menſibus *decem* feliciter obdormauit in domino.

CAP. XXI.

RVDOLPHVS

VIGESIMVS PRIMVS EPISCOPVS.

ab ann. 1238. ad ann. 1248.

XXI. RVDOLPHVS *Eius electio, 1238.* MOrtuo etiam patre noſtro viro prudente piae recordationis domino Ekehardo epiſcopo et capitulo, prout iuris eſt et moris, indicto, gratia ſancti ſpiritus inuocata, dominus *Rudolffus*, canonicus eccleſiae Merſeburgenſis, concorditer eligitur in epiſcopum. *donatio epiſcopatui facta,* Et cum per aliquod tempus rexiſſet eccleſiam, cogitans de ſalute animae ſuae et parentum ſuorum pie legauit, et capitulo eccleſiaeque Merſeburgenſis de proprietate ſua haeredum quoque ſuorum accedente conſenſu undecim manſos cum duobus pratis allodio et quatuor areis in *Webowe*, de quibus bonis ſuus anniuerſarius et aliorum ſuorum parentum anniuerſarii, prout ſunt conſcripti, ſolenniter peraguntur. *Webaw anniuerſarius,* Eleemoſynae etiam dantur de eiſdem bonis, ſicut ab ipſo cum magna deuotione inſtitutae noſcuntur. *mors 1248.* Et cum epiſcopatum rexiſſet decem annis, tribus hebdomadis et quatuor diebus quieuit in ſancta et perpetua pace.

CAP.



Digitized by Google

CAP. XXII. CAP. XXII. HEINRIC. 1248. 1263.

HEINRICVS

EPISCOPVS VIGESIMVS SECVNDVS.

ab ann. 1248. ad ann. 1263.

DVm dominus Rudolphus carnis debitum cunctis ineuitabile perſoluiſſet; *Heinricus* dictus *de Warin* eligitur de unanimi conſenſu capituli in epiſcopum Merſeburgenſem et cum omni deuotione et honore conſecratur. *XXII. HENRICVS de WARIN 1248. eius electio.*

§. II. Qui ut uir prudens eccleſiae cum honore praefuit, et cum quadam die in arduis ſuae eccleſiae negotiis eſſet, *duo fratres* de progenie *Kuntonum*, qui tunc temporis inter eos potentiores erant, ipſum ceperunt, et captiuum tenebant, quouſque redemtus fuit pro ſexcentis marcis, et cautione praeſtita, de pecunia non repetenda et actione ſuper iniuria non mouenda dimiſſus fuit ſolutus et liber. *captiuus tenetur, a Kuntonibus, redemtione facta, liberatus.*

§. III. Praedicti fratres uero *Kunte* multas poſſeſſiones ementes, caſtra aedificantes, quae ſuis haeredibus reliquerunt, per quos eccleſia Merſeburgenſis et terra cum inhabitantibus poſtmodum ſaepisſime eſt uexata ſpoliis, incendiis et rapinis. *Nobiles de KVNTE ſpoliatores epiſcopatus.*

§. IV. Praedictus uero *Heinricus* epiſcopus, ſedens cum tranquillitate ſuis temporibus, magnum theſaurum congregauit, et bona et reditus ſuae parochiae conſecrauit integre et diligenter. Et cum ſediſſet *annis uiginti duobus, ſeptimanus quatuor, et diebus quatuor* mortuus eſt in Chriſto, eccleſiae ſuae maximam pecuniam relinquendo. *Donatio epiſcopatui facta. epiſc. mors 1263. diuitiae.*

CAP.

CAP. XXIII. ALBERT. 1263.

CAP. XXIII.

ALBERTVS

EPISCOPVS VIGESIMVS TERTIVS.

ann. 1263.

XXIII. ALBERTVS de BORNIS 1263. Elus aemulus Fridericus de Torgaw,

POſt mortem domini Heinrici eccleſia noſtra orbata paſtore, canonici conueniunt de futuro epiſcopo tractatum diu habentes. Tandem in duos, uidelicet in dominum *Albertum de Bornis*, et in dominum *Fridericum de Torgaw* compromiſerunt, qui duo in ſcholis exiſtentes et poſt hoc in annis legitimis conſtituti ſemper diſcordabant. Et ut unum de capitulo uel ex ſe eligerent in epiſcopum, tractatu diu inter ſe habito, dominus Fridericus per ſe et per alios probos et diſcretos dominum *Albertum* de Bornis rogauit, ut uoluntatem ſuam ſibi daret, et eum eligeret in epiſcopum, ſed hoc nullo modo potuit obtinere.

cedit tandem.

§. II. Tunc dominus *Fridericus* his uerbis acceſſit ad dominum Albertum, dicens: *Semper uos domine Alberte, licet frater meus, tamen grauis mihi aemulus ſemper fuiſtis et perſecuter infeſtus. Tamen ergo Chriſti nomine inuocato eligo uos in epiſcopum eccleſiae Merſeburgenſis, et quam diu uixeritis, recedere intendo ab hinc nec a modo reuerſurus.*

Alberti confirmatio,

§. III. O quam magna gratia et pietas ſibi a Deo data, qua magis corpus ſuum et res uoluit eſſe ſub periculo, quam eccleſiam ſuam aliquo grauamine perire uel diſcordiis ſubiacere! Statim idem dominus Albertus inuenta magna pecunia cum pompa nimia iuit Magdeburg pro con-

confirmatione et conſecratione, quibus obten- CAP. XXIIII.
tis rediit ad Eccleſiam Merſeburgenſem cum FRIDER.
multa familia, et glorioſe eſt receptus. Sedit 1263.
tribus menſibus, diebus quatuor decem et *mors 1263.*
mortuus eſt et honorifice ſepultus conſumta
pecunia infinita.

CAP. XXIIII.
FRIEDERICVS
VIGESIMVS QVARTVS ECCLESIAE MERSEBVRG. EPISCOPVS.
ab ann. 1263. ad ann. 1280.

Poſt mortem domini Alberti epiſcopi Fride- *XXIIII. FRIDERICVS de TORGAW*
ricus de Torgaw reuertitur ad electionem
epiſcopi faciendam et canonicis unanimiter in
Dei nomine concordantibus ipſum elegerunt *1263.*
canonice in epiſcopum et conſecratus eſt et *ſecundo electus.*
pro magno myſterio notandum eſt, quod DEus
illum, qui ſe pro honore ſuo conſeruando hu- *aedificat*
miliauerat, tam cito exaltauit, qui aedificauit *capellam*
capellam S. Mariae in ualua et dotauit eam cum *S. Mariae,*
decem marcarum reditus. *comparat*

§. II. Suisque temporibus caſtra *Scuditz* *1) Scuditz, 2) Bogendorff,*
cum ſuis reditibus et iurisdictione *Bogendorff*
cum ſuis attinentiis, item *iurisdictionem in Mer-* *3) iurisdict.*
ſeburg ciuitate in curia regis ſimiliter et iuris- *in nouo fo-*
dictionem in *nouo foro* et in *Owa* obtinuit et *ro et Owa,*
comparauit, item in *Cztwenckaw*, quod tunc fuit *4) Czwenckaw.*
allodium, fecit caſtrum.

§. III. Suis temporibus etiam *Albertus Dux* *Albertus Brunſu. D.*
Brunſuicenſis cum comite *Ottone de Anehald* et *captus ab*
aliis baronibus et miniſterialibus et militibus *Alberto*
et armatis cum pompa magna per Albertum *Miſnenſi,*
Landgraffium cum auxilio dicti domini *Fride-*

 ri-

CAP XXV. HEINRIC. 1282. *riei* captus in campo *Beſenſtaedte* Merſeburg eſt reductus; ſub anno domini *milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio.* *Beſenſted, 1263.*

Friderici uirtutes, §. IV. Hic etiam Fridericus fuit multum gratus hominibus et acceptus, largus etiam, caſtisſimus et ut quidam aſſerunt, eum uirginitatem usque ad finem uitae ſuae mundiſſimam conſeruaſſe, qui eum sediſſet *decem et octo annis exceptis decem et ſeptem diebus* feliciter obdormiuit in domino, et in medio noſtri monaſterii eſt ſepultus. *mors 1282. ſepultura.*

CAP. XXV.
HEINRICVS de AMENDORFF
VIGESIMVS QVINTVS EPISCOPVS.
ab ann. 1282. ad ann. 1300.

XXV. HENRICVS de AMENDORFF 1282. electio prorogatur. FLentibus uniuerſis de morte glorioſi praeſulis Friderici, tunc quoque in dicto capitulo pro electione facienda, ut moris eſt, et in die electionis canonicis congregatis, et gratia ſancti ſpiritus inuocata, cum tunc concordare non poſſent, electio ad deliberandum maturius in alium terminum prorogatur.

Sex canonicorum coniuratio de non eligendo Henrico. §. II. Interim dominus *Bodo de Schellenberg* praepoſitus, *Dangmarus* cuſtos, *Hermannus de Daſſe, Conradus de Strele* cum aliis duobus canonicis in capella S. Nicolai conuenerunt, et ſimul, ut creditur, malitioſe coniurauerunt, quod dominum Heinricum de Amendorff, cui omnis clerus et populus applaudebat, nunquam eligerent in epiſcopum.

§. III.


XXV. HEINRICUS de AMEN DORFF. pag 400.
XXVI. HEINRICUS KINDT. pag 403.
XXVII. GEVEHARDUS de SCHRAPELAU. p. 404.
XXVIII HEINRIC9 de STALBERGK. p. 418.

Digitized by Google

§. III. Quo facto Deus, qui nunquam ſuos deſeruit, ſtatim *Bodonem praepoſitum* infirmitate percuſſit, qui infra dies octo moriebatur, et infra eius triceſimum *Dangmariis* cuſtos et quidam alter, qui etiam coniurauerat, ambo deceſſerunt, et poſtmodum, canonicis in capitulo congregatis, ualde unanimi conſenſu et uoce concordi dominum *Heinricum de Amendorff* in Dei nomine in epiſcopum elegerunt. Qui tunc *uacante ſede Magdeburgenſi* per mortem domini *Conradi archiepiſcopi* per capitulum eiusdem eccleſiae fuit confirmatus.

CAP. XXV. HENRIC. 1282. *Tribus canonicis a Deo punitis, a reliquis eligitur a capitulo Magdeb. confirmatus. Conradus, archiep.*

§. IV. Qui poſtea fundum, in quo caſtrum *Lutzen*, aedificauit, cum aliis quibusdam bonis domino duci *Alberto de Brunſuig* permutauit. Cum autem dominus Heinricus epiſcopus ueniſſet in occurſum domino *Alberto*, *landgraffio Thuringiorum* et ſuis filiis, uidelicet *Thetzemanno* et *Friderico* marchioni, in ciuitate Grimmis pro quibusdam arduis terrae negotiis pertractandis: idem dominus *Albertus landgraffius* inter cetera rogauit dominum epiſcopum Heinricum, qui filiis ſuis praedictis bona, munitiones et terram in feudo conferret, ſuper qua deliberatione habita ſequenti die fuit placitatum, quod idem dominus Albertus landgraffius caſtrum et terram, dictam *Teneber*, ſitam in Thuringia prope clauſtrum *Reynadisborn*, proprietatis titulo donauit eccleſiae Merſeburgenſi, filiorum ſuorum et haeredum accedente conſenſu.

concambio acquirit Lutzen, Albertus, Landgraff. Thuring.

donat epiſcopo caſtrum Teneberg cum conſenſu filiorum,

§. V. Quo facto dictus dominus epiſcopus dicto landgraffio et filiis ſuis omnia bona eorum cum dicta terra *Teneberg* et cum ciuitate

a quo bona ſua in frudum accipit

CAP. XXVI. HEINRIC. 1300. *reſeruata iurisdict. in Lützen et Ranſtad.* *Grimmis iure contulit pheodali*, multis nobilibus praeſentibus in foro Grimmis, prout a patentibus eorum litteris inde confectis plenius continetur. *Iurisdictiones Lutzen et Ranſtadte*, quae ex morte domini Friderici marchionis uacabant, cum difficultate et labore ſuae eccleſiae reſeruauit.

Czwenckau, Bogendorff munita epiſc. diuitiae, Item Czwenckau caſtrum forti muro murauit, Bogendorff murauit, et cum magnam pecuniam et clenodia congregaſſet, munitiones quoque, et tota ſua terra frumento, pecoribus et aliis bonis pluribus abundaret, et ipſe decem *mors 1300.* et octo annis exceptis diebus ſeptem et decem *ſepultura.* laudabiliter ſuam rexiſſet eccleſiam, quieuit in domino, et in medio monaſterii eſt honorifice ſepultus.

CAP. XXVI.

HEINRICVS KINDT

EPISCOPVS VIGESIMVS SEXTVS DESTRVCTOR ET ALTER GEYSELERVS.

ab ann. 1300. ad ann. 1323.

XXVI. HENRICVS KINDT deſtructor *1300.* *Electio per uiam arbitrii.* QVum uenerabilis patris ac merito deflendi corpus, domini *Heinrici de Amendorff*, cum magno planctu et uere digne traditum eſſet eccleſiaſticae ſepulturae, et canonici per *uiam arbitrii* elegiſſent *Heinricum*, dictum *Kindt*, in epiſcopum.

epiſcopi prodigali- §. II. Qui poſt conſecrationem ſuam pecuniam paratam, quae ſe extendebat fere ad mille

et

et quingentas marcas et in clenodiis uini, in ciphis, amphoris, crateribus, annulis et ſingulis aliis aureis et argenteis, quorum aeſtimatio erat ad ducentas et quinquaginta marcas, et debita apud dominum Ottonem marchionem Brandenburgenſem, quae erat ad duo millia et quingentas marcas, inueniſſet, et omnes munitiones plenas omnibus neceſſariis tam ad uictum quam etiam ad defenſionem ſimiliter inueniſſet.

tas ex bonis eccleſiae inuentis,

§. III. Ipſe epiſcopus quendam auunculum ſuum dictum, *Heinricus de Harras*, tunc inopem et egentem ſibi aſſumſit, et de toto ſuo dominio potentem fecit. Qui more *eſurientis canis* et ſaturari cupientis ſtatim omnes tam clericos quam monachos et eccleſiae ſuae laicos ſine miſericordia depactauit, et poſtea caſtrum *Harborg* pro octingentis marcis epiſcopo ſciente et conſentiente obligauit. Pecunia eccleſiae et clenodiis, ut ſuprà dictum eſt, miſerabiliter diſtractis, ſecrete commiſerat, etiam caſtra in *Scutiz* domino *Burghardo de Mansfeld*, qui nullas querras uel expenſas fecit ex parte eccleſiae, et tamen praedictum caſtrum plus quam pro octingentis marcis redemtum fuit ab ipſo domino *Burghardo*.

Henricus de Harras, epiſcopi auunculus, eſuriens canis.

caſtrum Harborg oppignoratum, et caſtrum in Sceuditz a Burghardo redemtum. Burghardus Mansfeld.

§. IV. Dictus quoque *Heinricus de Harras* cum multis armigeris, prout ab omnibus credebatur eſſe conductus, dedit obuiam domino *Ibetzemanno landgraffio*, qui in quadam uenatione erat ibi cum paucis nec armatis: tamen ipſe landgraffius eundem Heinricum de Harras cepit, et ſecum *Lyeptzk* duxit cum omnibus armatis ipſius Heinrici, uidentibus et nihil contra-

Heinricus de Harras Lipſiam captiuus ducitur a Ibetzemanno,

CAP. XXVII GEVEH. 1323. tradicentibus, uel contra facientibus? Cum autem tamen ipſe Heinricus de Harras fortior ibi tunc fuiſſet in duplo quam landgraffius, et ſic ipſum landgraffium potius cepiſſet, et deduxiſſet, ſi uoluiſſet.

pro cuius redemtione Werben alienatur. §. V. Poſtmodum pro redemtione ipſius Heinrici dedit epiſcopus caſtrum *Werben*, quod obligatum fuit eccleſiae Merſeburgenſi pro quingentis marcis: et ita alienauit caſtrum ſine ſcitu capituli et uaſallorum eccleſiae.

Epiſcopatus Magdeburgenſi commiſſus. Burghardus. §. VI. Poſt haec *commiſit* omnes munitiones eccleſiae Merſeburgenſis domino Burghardo archiepiſcopo Magdeburgenſi, qui cum eas per aliquod tempus habuiſſet, uocauit dictum Heinricum epiſcopum Magdeburgenſem ad manendum. Qui cum libenter rediiſſet, non fuit permiſſus, ſed ibidem periit, quaſi fame, ut *Epiſcopus in captiuitate periit, Geyſelerus ſecundus.* pluries dixit, et in *eccleſia S. Sebaſtiani* martyris in Magdeburg eſt ſepultus. Hic erat ſecundus *Geyſelerus* et merito, ſub quo tam miſerabiliter periit Merſeburgenſis eccleſia.

CAP. XXVII.

GEVEHARDVS de SCHRAPELAV

VIGESIMVS SEPTIMVS EPISCOPVS.

ab ann. 1323. ad ann. 1348.

XXVII. GEVEHARDVS de SCHRAPELAV 1323. ſius familia. MOrtuo patre noſtro et domino Heinrico dicto Kindt, in locum ſuum dominus *Geuehardus*, praepoſitus maioris eccleſiae Magdeburg, noſtrae eccleſiae canonicus, germanus

nus domini *Burghardi*, tunc *archiepiſcopi* ibidem, natione de nobilibus de Schrapelau, eligitur a maiori parte capituli, aliquibus a ſua electione appellantibus, et appellationem illam in curia romana pene per triennium proſequentibus, qua cauſa pendente Geuehardus praedictus per archiepiſcopum ſuum fratrem debita ſolennitate obſeruata confirmatur.

CAP. XXVII GEVEH. 1323. *Burghardus archiep. Magd. Appellatio ad pontificem ob electionem.*

§. II. Tandem poſt triennium praedicta cauſa *amicabiliter componitur*, et canonici, propter dictam diſſenſionem abecclefia expulſi, ad ſua beneficia benigne reſumuntur, et praedictus electus et confirmatus in epiſcopum conſecratur.

poſt amicabilem compoſitionem confirmatus ep. conſecratur.

§. III. Medio tempore ipſe quoſdam potentes nomine *Kuntones*, qui infra terram et iurisdictionem eccleſiae habuerunt tria caſtra optima et quaſi, ut uidebatur, inexpugnabilia, uidelicet caſtrum *Teuditz*, in medio terrae ſitum, et duo caſtra in *Dogine* funditus deſtruxit et euertit. Et quartum, dictum *Bedere*, dederunt in manus ſuas et aliorum dominorum, qui ipſum una cum eo obſederunt. Ipſos uero Kuntones eiecit de terra ſua et fecit profugos ſeque de omnibus bonis, quae tenuerunt, ab eccleſia intromittenda ipſos totaliter exhaereditauit.

Nobiles Cuntones ob feloniam priuantur caſtris ſuis 1) Teuditz, 2) 3) in Dogine, 4) Bedra, epiſcopatu eiecti.

§. IV. Caſtrum *Cutzlitz* funditus, ut adhuc apparet, uenuſte conſtruxit: *Lutzin* de lapidibus erutis ab aedificiis caſtris: ſicque in tranquillitate ſuam rexit eccleſiam pluribus annis laudabiliter et quiete.

Caſtra conſtructa Cuzlitz, Lutzen.

§. V. Ipſe etiam ſuis temporibus acquiſiuit eccleſiae proprietatem et dominium caſtrorum *Oſteraw* et *Karlsdorff*. Emit etiam ab il- li

Bona epiſcopatui acquiſita 1) Oſtraw, 2) Karlsdorff.

CAP XXVII GEVEH. 1323. 3)*feuda nobilium de Lyſenick, alia plurima*

lis de *Lyſenick* omnia *bona feudalia*, quae tenuerunt ab *eccleſia*, ſita et in *dominio et iurisdictione eccleſiae*, quae ſe bene extenderunt ad reditus *trecentarum marcarum a Kuntonibus*: ſimiliter multa bona, quae ab eccleſia tenuerunt, eccleſiae comparauit.

Epiſcopi guerrae ob fratrem Burghardum occiſum

§. VI. Poſtmodum occiſo piae recordationis domino *Burghardo, archiepiſcopo Magdeburgenſi*, germano ſuo, per ciues *Magdeburgenſes*, ipſe in ultionem fratris ſui multo tempore habuit *gwerram*, principaliter cum ipſis ciuibus *Magdeburgenſibus*, *Hallenſibus* et *Caluenſibus*, et cum ipſis adhaerentibus, in qua *gwerra* multas et etiam maximas fecit expenſas, et grauisſima pertulit damna, ſicut in *gwerris* non poterit euitari.

et inde contracta debita. Emenda.

§. VII. Et quibus, non obſtante pecunia, quam copioſe conſecutus fuit de *emenda*, quam praedicti ciues ſibi dederunt, incidit in *debitum*, ex quo *eccleſia* ſatis fuerat *onerata*.

Coecitas,

§ IIX. Poſtmodum Deo uolente, tempore procedente, perdidit *uiſum amborum oculorum*, quo non obſtante, per plures annos in tali coecitate poſitus, propter ſuam animoſitatem tantum ab aliquibus timebatur, et propter munificentiam et largam dapſilitatem et bonam conuerſationem quibuslibet praeſentibus et aliis nobilibus cuilibet in ſuo ſtatu benigne conuerſabatur. Et in tantum amabatur, qui usque in

amor;

finem uitae ſuae in tranquillitate permanſit et pace. Tandem cum tam quiete et pacifice ac honorifice ſuam rexiſſet eccleſiam uiginti quatuor annis menſibus quinque, ſacramentis cum

cum magna deuotione perceptis et rebus ſuis diſpoſitis quieuit in domino. CAP. XXVII. BVRGH. 1307, *mors 1348.*

INCIDENTIA de BVRGHARDO, ARCHIEPISCOPO MAGDEBVRGENSI OCCISO.

§. I.

BVRGHARDVS *de Schrapelau*, uiceſimus ſeptimus archiepiſcopus eccleſiae Magdeburgenſis, Germani dicti domini Geuehardi epiſcopi Merſeburgenſis, electus fuit per capitulum Magdeburgenſem anno domini *milleſimo trecenteſimo ſeptimo* in die S. Catharinae, ſuſcepit pallium a domino *Clemente* papa *quinto.* Laetum quidem principium, ſed moeſtum et lamentabilem habuit finem, ut infra dicetur. *BVRGHARDVS* archiep. Magdeb. *XXVII. a capitulo electus* 1307. *Clemens V. pont.*

§. II. Hunc papa praedictus cum hilaritate ſuſcepit, ſuamque *electionem confirmauit*, et in eius conſecratione ex ſingulari affectione dilectionis, quam ad ipſum gerebat, *ſpiritu prophetico* tactus cum eſſet, pontifex anni illius futurum euentum de eius *lamentabili interitu prophetando* ſuper eum ſingulariter *lacrimas fudit.* Quod factum, eo ad partes reuerſo, quidam nobilium hoc intelligens ſubridendo ait: *bene oportuit, inquit, papam multum flere ſuper eum, ſi debuit omnes eius priores nequitias abolere*, et in eius receſſu papa praedictus ei in uirtute ſanctae obedientiae iniunxit, ut omnes *templarios*, in eius territorio commorantes, capi faceret, et detineri propter certa *crimina* ipſis impoſita. *confirmat Burchardum, eius lamentabilem interitum flens prophetat, et templarios capi iubet.*

Cc 5 §. III.

CAP XXVII BVRGH. §. III. Anno domini *milleſimo trecenteſimo decimo octauo* circa principium menſis maii, 1318. idem *Burghardus* archiepiſcopus reuerſus de Romana curia in Magdeburg, cum maxima ſolennitate et ingenti gaudio a clero et populo honorifice eſt ſuſceptus, et capi fecit idem archiepiſcopus uno die omnes *templarios* et eorum *magiſtros de quatuor curiis* ſui territorii, propter quod eccleſia Magdeburgenſis maximas perſecutiones et infeſtationes ſuſtinuit, quas idem archiepiſcopus ſua ſagacitate ſedauit. •Imponebatur enim iisdem *templariis profeſſio profana* cum *abnegatione Chriſti* et *exſpuitione ſuper crucem in opprobrium crucifixi Dei* cum ſimilibus execrabilibus articulis.

Burghardus a papa reuerſus ſolenniter ſuſcipitur,

1318. templarios eorumque magiſtros capi fecit.

Profeſſio profana cum abnegatione Chriſti iis impoſita.

§. IV. Eodem anno *Heinricus comes de Lutzenburg* in regem Almaniae et Romanorum in Franckenfurt eſt electus et Romae in feſto ſanctorum Pauli et Petri apoſtolorumque, anno domini 1312. eſt coronatus, ante cuius electionem ſedes imperialis *ſexaginta quinque annis* et amplius poſt *depoſitionem* uel mortem *Friderici ſecundi* imperatoris uacauit. Sed quia idem Heinricus imperator multum uidebatur proſperari, ideo idem papa *Clemens*, ſumta occaſione ex parte regis Siliciae oppoſuit ſe imperatori, imponendo ei periurium, ut habetur in *conſtitut. clem.* de *iureiurando. t. Romani principes.*

Henricus Lutzenburg. rex Alemanniae Francofurti electus, Romae coronatus

1312. Vacantia 65. ann. poſt Frider. II.

Clemens P. aduerſarius Henrici Imp.

§. V. Erat autem idem imperator *pius* in moribus, et *probus* in armis, *proſequens iura imperii.* Et ſic pertranſeundo Italiam, tandem malorum ſatore procurante, *ueneno a fratribus praedicatoribus*, ut dicitur, *interemtus* erat, *ca-*

ueneno interempti.

lice

lice ſalutis uerſo in uas mortis: Eodem tempore nostro anno domini *trecenteſimo nono* diſcurrebant per mundum *cruce ſignati* magna multitudine, et ſicut in ſe ſurrexerunt, ita in ſe operierunt. CAP XXVII BVRGH. *1309. crucigeri uagi.*

§. VI. Anno domini *milleſimo trecenteſimo undecimo* in *concilio generali Wiennenſi* ſuper Rodanum idem dominus archiepiſcopus interfuit, et a dicto domino papa *Clemente* ſibi unum *uicarium* in pontificalibus prouideri aut conſeruari obtinuit, epiſcopum ſcilicet *Soromacenſem*, fratrem *Iohannem*, priorem fratrem *eremitarum ordinis ſancti Auguſtini* in Magdeburg, et hic *primus* fuit *uicarius* in pontificalibus in eccleſia Magdeburgenſi. *Concilium Viennenſe 1311. Coromacenſis epiſc. primus uicarius archiep. Magdeb.*

§. VII. Hic dominus *Burghardus* in principio ſui regiminis erga ciues *Magdeburgenſes* uidebatur modeſtus; ſed ſucceſſu temporis, diuerſis hinc inde *ſubortis diſſenſionibus*, factus eſt eis multum *moleſtus*. Nam inaedificato per eum de nouo caſtro *Honwarde*, per eosdem ciues ex poſt deſtructo, *theolonium nouum* inſtituit. Item caſtrum *Mühüghe*, quod erat domini *de Barbey*, adiutoris et fautoris ipſorum ciuium, cepit et deſtruxit, in cuius uindictam idem dominus *de Barbey*, adiutoris ipſorum ciuium, ibidem non longe infirmiori ſitu reaedificauit. Item, ex permiſſione tamen ciuium, caſtrum in *Salina* conſtruxit, item *tranſitum de palatio epiſcopali ad eccleſiam maiorem* Magdeburgenſem, quem ex poſt ciues aegre ferentes deſtruxerunt, ſed coacti poſtea reparauerunt. *Burghardus Magdeburgenſibus moleſtus ob caſtrum* Honwarde, *telonium nouum. caſtrum* Nübughe *deſtructum*, *caſtrum in* Salina, *tranſitum ad eccleſiam maiorem:*

§. VIII. Item anno domini *1314*, idem dominus *obſidet Magdeburgum 1314.*

CAP. XXVII BURGH. 1314. minus archiepiſcopus ciuitatem Magdeburgenſem propter rebellionem ciuium obſedit, habens ſecum in obſidione *marchionem Miſnenſem, ducem Brunſuicenſem* et quam plures alios dominos et principes, eccleſias in *Harsdorff* et in *Oſtersleue* in *Caſterlando*.

Ciuium deriſio. Ciues autem in *deriſionem* et *deluſionem* ipſius domini archiepiſcopi per legatos ſuos dominos et principes, in obſidione exiſtentes, rogauerunt, ut cito inde non recederent, et ſi in uictualibus deficerent, ipſis neceſſaria miniſtrarent.

Ciuitas obſidione cincta ab hoſtibus derelinquitur. §. IX. Peractis itaque in obſidione *quatuor ſeptimanis, marchio Miſnenſis* praedictus, obtenta licentia ciuium et recepta opportunitate, ingreſſus eſt ciuitatem, ac multipliciter cum ſuis a ciuibus honoratus muneribus, perambulata atque perſpecta ciuitate, tandem ad exercitum rediit, atque ciuitatem iſtam inexpugnabilem fore aſſeruit, et ſic una cum ipſo domino archiepiſcopo dominis et principibus ab obſidione receſſerunt, et tunc ciues, uidentes exercitum ſic dilapſum, ac magis indurati, armata manu terras et uillas et ſubditos ipſius domini archiepiſcopi exactionauerunt, et depraedauerunt, ac praedam ipſam ſeptuaginta curribus, ipſo domino archiepiſcopo aſpiciente, nec eis, cum tanti eſſent, reſiſtere cum trecentis armatis, inſidias tenentibus ualente temere deduxerunt.

Ciuium praeda.

Pax cum epiſcopo adiecto pacto inita. §. X. Tandem factis troiis et placitis ſeruatis, ipſi ciues archiepiſcopo pro emenda certam ſummam pecuniarum perſoluerunt, tali pacto adiecto: quod caſtra noua predicta deſtrui, et amplius alio de nouo aedificari infra duo

duo miliaria a ciuitate Magdeburg non debe- CAP. XXVII
rent. BVRGH.

§. XI. Eodem etiam tempore cum quidam Petrus, odiligae Magiſter, *inſtitorum uexillum S. Mauritii* a dominis canonicis et capitulo eccleſiae Magdeburgenſis per *marcam* in die aſcenſionis domini more ſolito deferendum precibus poſtulaſſet, quod cum propter praedictas diſcordias cum archiepiſcopo habere non potuit, aliud hoc uexillum ſimile fieri fecit, et per *marcam* duxit. Reuerſis igitur uniuerſis et ciuitate in nouam filius eiusdem Petri de equo cadens et in uindictam huius facti fracta ceruice exſpirauit.

1315. Mos ducendi uexillum S. Mauritii per marcam in die aſcenſionis Chriſti.

§. XII. Habuit etiam *querras* cum *myſterialibus* eccleſiae Magdeburgenſis, inter quas *Wolmerſtadt* caſtrum primo ad *eccleſiam Magdeburgenſem* uenit. Anno etiam domini *1315.* duae cometae uiſi ſunt, et anno ſequente exorta *fame* multi perierunt.

Caſtrum Wolmerſtad eccleſiae acquiritur. cometae 1315. fames,

§. XIII. Eodem etiam anno dominus *Burghardus* archiepiſcopus in nouo foro a ciuibus Magdeburgenſibus *captus* et in *Lobio ſeu conſiſtorio* detentus, et in proximo in quadam ciſta, in turri eccleſiae S. Iohannis ad hoc parata, includendus, ſagacitate ſua, pace iuramento tacto corpore dominico firmata, ad palatium archiepiſcopale ibidem cum honore eſt reductus. Duodecim uero principales ipſius captiuatores, impetrata ſuper hoc in Romana curia abſolutione, im reditu ipſorum in Weſtphalia capti et in caſtro Swalenberge detenti ſunt:

Burghardus a ciuibus captus ad palatium reducitur,

mox foedifragus.

CAP. XXVII BVRGH. 1317. ſunt: quos idem pius pater legationem et exercitum copioſum illic mittendo, potenter liberauit.

Beghardorum et Beginarum ſecta 1317. a Papa Iohanne XXII condemnata. §. XIV. Anno domini *1317.* ſecta *Beghardorum* et *Beginarum* ſub quodam uelamine fictae ſanctitatis de *ſumma trinitate* et *fide catholica* diſputantes, ac ſimplices in fide ſeducentes, a papa Iohanne uiceſimo ſecundo condemnati et reprobati ſunt, ut de hoc in Clem. de haereticis ad noſtrum, nec ciuitas Magdeburg illorum expers fuit.

Fridericus Auſtriae 1323. anticaeſar, a Ludewico Bauaro uictus, eius mors, 1347. § XV. Anno domini *1323.* temporibus praedicti domini *Iohannis papae* principes et electores imperii in *Franckenfurt* conuenientes, et in electione diſcordantes, *duos*, uidelicet *Ludewicum, ducem Bauariae*, et *Fridericum ducem Auſtriae*, in reges Romanorum et Almaniae elegerunt. Tandem diuerſis interſe gwerris habitis, dicto duce *Friderico Auſtriae* deuicto, *Ludewicus* in ius electionis ceſſit, et coronatus imperium contra *Iohannem, papam* praedictum, ipſum excommunicantem, et contra *Benedictum* et *Clementem*, per plures annos tenuit. Tandem uero anno domini *1347.* ueneno, ut quidam aſſerunt, quidam uero in uenatione de equo cadens interiit.

Albertus dux Brunſuic. epiſcopus Halberſtadienſis electus, §. XVI. Anno domini *1324.* uacante ſede Halberſtadenſi dominus *Albertus*, filius ducis *Alberti de Brunſuig*, fuit in epiſcopum electus, et a ſuo archiepiſcopo *Maguntinenſi* confirmatus et conſecratus, ſed papa *Iohannes* praedictus propter ſuas referuationes tam electionem quam confirmationem huius-

iusmodi irritas reputans, *Geiſelero* de *Holſatia* de eadem eccleſia prouidit,poſt cuius obitum papa *Clemens VI.* domino *Alberto* filio *comitis de Mansfeld* de eadem etiam eccleſia prouidit. Nec ille nec prior poſſeſſionem propter potentiam domini *Alberti de Brunſwig* habere potuit. Quo iterum mortuo, papa *Innocentius IV.* domino *Ludouico* fratri *marchionis Miſnenſis* de eadem eccleſia prouidit, et quia idem dominus Albertus ſenio confectus et conſcientia motus et tunc fortiorem habuit aduerſarium, ceſſit et ſedi apoſtolicae obediuit, pauco tempore ſuperuiuens, et ſic per triginta quinque annos contra ſedem apoſtolicam et quatuor papas ſibi inuicem ſuccedentes ipſam eccleſiam occupauit.

CAP. XXVII. BVRGH. 1347. *contra quem Geiſelerus de Holſatia, Albertus comes Mansfeldenſis, Ludouicus marchio Miſnenſis electi.*

Albertus Brunſu. 35. ann. eccleſiam occupauit, et frater eius Heinricus 27. ann.

§. XVII. Sub eodem tempore et modo conſimili dominus *Heinricus*, dicti domini *Alberti de Brunſuig germanus*, eccleſiam Halberſtadenſem per uiginti ſeptem annos et multo atrocius occupauit. Nam omnes clericos ſuos aut profanare aut beneficia ſua dimittere et extra ſuam dioeceſin exulare coegit. Tandem apud praedictum papam *Innocentium IV.* gratiam obtinuit, qui ſibi de eadem eccleſia de nouo prouidit. Nunc uero ad propoſitum redeamus.

§. XVIII. Cum igitur dominus *Burghardus* archiepiſcopus plura grauamina contra ciues attentaret, et non ſolum ciuibus *Magdeburgenſibus*,ſed etiam *Hallenſibus* et *Caluenſibus* nec non *miniſterialibus*, *baronibus* et *comitibus* circum quaque, pro libertatibus et iuribus eccle-

Burghardi noua attentata,

CAP. XXVII BVRGH. 1325. ecclefiarum conſeruandis, ſe grauem exhiberet, ipſi mutuo ſe contra archiepiſcopum confoederantes plures ipſorum, uidelicet *comes de Mansfeld*, *comes de Wernigerode*, dominus *Garwinus* de *Hadmerszleue* et aliqui alii miniſteriales, ciues in Magdeburg facti ſunt, et inſtinctu diaboli obſtinati, in necem eius *conſpirauerunt*.

Miniſteriales ciues Magdeb. in eum conſpiratio, ſecunda captiuitas

1325. §. XIX. Vnde factum eſt anno domini 1325. in die decollationis S. Ioh. baptiſtae, cum idem *archiepiſcopus* Magdeburg ueniret, *captus eſt et detentus* in palatio ſuo archiepiſcopali diligenti cuſtodia. Multos enim uigiles iuxta palatium locabant per circuitum, *Heinricum* ERPS, decretorum doctorem, eorum canonicum, qui itinere ad Romanam curiam pro confirmatione prope *Yſenacum* captus et in captiuitate quia homo ſenex erat, mortuus et ſepultus eſt ibidem in *Yſenaco* apud fratres. Deinde canonici in archiepiſcopum elegerunt dominum *Heinricum de* STALBERGK, eiusdem eccleſiae praepoſitum, qui quia ſagax erat, credebatur, quod eccleſia per eum deberet multum proſperari. Sed interim *landgrafſius Haſſiae*, cum uxore ſua exiſtens in Romana curia, impetrauit apud papam *Iohannem* praedictum, ipſum archiepiſcopatum pro filio ſuo Ottone: qui Otto licet adhuc iuuenis erat, pro reuerentia tamen ſedis Apoſtolicae et eorum indigentia tam aclerio quam a populo honorifice fuit ſuſceptus. Et dominus Heinricus de Stalbergk electus pro communi bono et pace electioni

in palatio archiepiſcopi, uigiles.

Heinricus ERBS electus epiſcopus in itinere captus, mortuus et ſepultus Yſenaco.

Heinricus de STALBERGK epiſcopus electus a capitulo,

ex commendatione papae praefertur Otto Haſſiacus.

CAP. XXVII GEVEH.

ıusmodi irritas reputans, *Geiſelero de Holſatia* de eadem eccleſia prouidit, poſt cuius obitum papa *Clemens VI.* domino *Alberto*, filio *comitis de Mansfeld*, de eadem etiam eccleſia prouidit. Nec ille nec prior poſſeſſionem propter potentiam domini *Alberti de Brunſwig* habere potuit. Quo iterum mortuo, papa *Innocentius VI.* domino *Ludouico*, fratri *marchionis Miſnenſis*, de eadem eccleſia prouidit, et quia idem dominus Albertus ſenio confectus et conſcientia motus et tunc fortiorem habuit aduerſarium, ceſſit et ſedi apoſtolicae obediuit, pauco tempore ſuperuiuens, et ſic per triginta quinque annos contra ſedem apoſtolicam et quatuor papas ſibi inuicem ſuccedentes ipſam eccleſiam occupauit.

1347. contra quem Geiſelerus de Holſatia, Albertus comes Mansfeldenſis, Ludouicus marchio Miſnenſis electi.

§. XVII. Sub eodem tempore et modo conſimili dominus *Heinricus*, dicti domini *Alberti de Brunſuig germanus*, eccleſiam Halberſtadenſem per uiginti ſeptem annos et multo atrocius occupauit. Nam omnes clericos ſuos aut profanare aut beneficia ſua dimittere et extra ſuam dioeceſin exulare coegit. Tandem apud praedictum papam *Innocentium VI.* gratiam obtinuit, qui ſibi de eadem eccleſia de nouo prouidit. Nunc uero ad propoſitum redeamus.

Albertus Brunſu. 35. ann. eccleſiam occupauit, et frater eius Heinricus 27. ann.

§. XVIII. Cum igitur dominus *Burghardus* archiepiſcopus plura grauamina contra ciues attentaret, et non ſolum ciuibus *Magdeburgenſibus*, ſed etiam *Hallenſibus* et *Caluenſibus* nec non *miniſterialibus*, *baronibus* et *comitibus* circumquaque, pro libertatibus et iuribus

Burghardi noua attentata,

CAP. XXVII GEVEH. 1325.

clesiarum cõſeruandis, ſe grauem exhiberet, ipſi mutuo ſe contra archiepiſcopum confoederantes plures ipſorum, uidelicet *comes de Mansfeld*, *comes de Wernigerode*, dominus *Garwinus* de *Hadmerszleue* et aliqui alii miniſteriales, ciues in Magdeburg facti ſunt, et inſtinctu diaboli obſtinati, in necem eius *conſpirauerunt*.

Miniſteriales ciues Magdeb. in eum conſpiratio, ſecunda captiuitas 1325. in palatio archiepiſcopi, uigiles

§. XIX. Vnde factum eſt anno domini 1325. in die decollationis S. Ioh. baptiſtae, cum idem *archiepiſcopus* Magdeburg ueniret, *captus eſt et detentus* in palatio ſuo archiepiſcopali diligenti cuſtodia. Multos enim uigiles iuxta palatium locabant per circuitum, per quod totam communitatem inuoluebant. *Ipſi* uero *conſules* per ſe diebus et noctibus intra palatium apud eum excubabant, et quanta opprobria ei fecerunt, nouit ille, qui nihil ignorat. Cumque tandem de tam crebra et lacrymoſa cuſtodia allaediarentur, pluresque conſulum abhorrerent nefas necis eius, quaſi uolentes innoxii uideri, et ſe a ſcelere huiusmodi retrahere, ad inſtar Pilati, lauantis manus ſuas et dicentis: *innocens ſum ego a ſanguine huius*: commiſerunt, imo ad mortem tradiderunt eum uiris nequam et ſceleratis, qui inter eos maiori odio ad ipſum afficiebantur forte etiam de eodem conſulatu et illi ultra adhuc nequioribus laruis aſpectibus et geſtis daemonum indutis etiam commiſerunt et tradiderunt. Qui ſceleratiſſimi in *nocte S. Matthaei* apoſtoli et euangeliſtae ipſum reuerendum patrem et agnum innocentem, non ualentem reſiſtere et exulatum et derelictum a ſuis,

ipſi conſules, qui cuſtodiae pertaeſi attaediare, eum ſceleratis tradiderunt uiris in ſqualidum carcerem detrudendum,

ſuis, de palatio ſuo proprio ad cellarium priuatum ad *cellarium* nouae ciuitatis ibidem, in quo captiui et *malefactores* detineri ſolent, nocturno tempore furtiue deduxerunt. Ibique cum *fuſte et claua* in cerebro percutientes eum prohdolor! et in perpetuam eorum conſulum ignominiam, ſcandalum et uituperium *dominum proprium* occiderunt, et procul dubio *militem Ieſu Chriſti* pro eccleſia ſua militantem martyrem fecerunt. CAP. XXVII. GLVE II. 1326. *in quo claua occiſus.*

§. XX. Cuius facti memoria in eorum conſulum et ciuitatis Magdeburgenſis confuſionem manet usque in hodiernam diem, et eorum iniquitas in perpetuum non delebitur. Cuius inquam *facti* tam *horrendi* quam *nefandi* euidentia licet aliquamdiu celeraretur, ſuſpicio tamen et rumor in populo erat de eius morte. Nemo tamen ueritatem facti audebat referre. *Turpitudo facti horrendi.* *Mors epiſcopi celatur.*

§. XXI. Cum autem domini canonici ad electionem futuri antiſtitis nullatenus procedere uellent, niſi eis certitudinaliter de morte ſui patroni et eius ſepultura conſtaret, tandem anno ſequenti corpus eius aſpectu lacrymabili, quod in arena et in loco occiſionis abſconditum fuerat, ad *capellam S. Gangolfi* ſecrete, deinde manifeſte ad *maiorem eccleſiam Magdeburgenſem* ad communem hominum aſpectum reductum et cum digno honore et planctu cleri eccleſiaſticae tradebatur ſepulturae decimo quinto calendas Septembris. *Corpus in carcere abſconditum* 1326. *in capella S. Gangolfi ſepultum.*

§. XXII. Demum ipſi conſules de tanto ſcelere nefando et morte ſui praeſulis notati ac pudore perfuſi perduxerunt ignominioſe quendam uirum *de Caluis*, qui auſus fuerat fateri, ſe eum manu propria interfeciſſe, Nam eum, ut aſ- *Occiſor epiſcopi.*

CAP. XXVII. GEVEH. 1331. *Magdeburgum ob caedem epiſcopi interdicto ſuppoſita.*

ſeruit, depauperauerat, et omnia bona ſua ſibi abſtulerat, idcirco nacta opportunitate ſe de eo poſſe uindicare gaudebat, forte inductus ita.

§. XXIII. Sed quid ueritatis de illo ſit, uae illis tradentibus eum in manus peccatoris, et ob hanc cauſam ciuitas ipſa ſuppoſita fuit, ut dignum erat, grauiſſimo *eccleſiaſtico interdicto*, licet tamen multi iuſti et innocentes pro tanto ſcelere perpetrato ualde dolerent. Pro quo quidem ſcelere communitas ciuitatis attendens rectores ſuos ſic enormiter aberraſſe et ciuitatem ipſam ſuis iniquis ſuggeſtionibus ad tanta diſcrimina honoris, famae atque rerum perduxiſſe, omnes *conſules de tribus conſulatibus* numero *triginta ſex* de *ciuitate expulerunt*, eosque *proſcripſerunt* anno domini *1331.* calendas Maii. Sedit autem hic dominus Burghardus annis decem et octo, et fertur, nonnullis miraculis poſt obitum ſuum claruiſſe.

XXXVI. conſules ciuitate expulſi 1331. Burghardi miracula poſt obitum.

§. XXIIII. Sepulto itaque corpore ipſius domini Burghardi, ut moris eſt, archiepiſcopum ſepeliri, canonici in alium elegerunt epiſcopum magiſtrum *Henricum* ERPS, decretorum doctorem, eorum concanonicum, qui in itinere ad Romanam curiam pro confirmatione prope *Yſenacum* captus et in captiuitate, quia homo ſenex erat, mortuus et ſepultus eſt ibidem in *Yſenaco* apud fratres. Deinde canonici in archiepiſcopum elegerunt dominum *Heinricum de* STALBERGK, eiusdem eccleſiae praepoſitum, qui quia ſagax erat, credebatur, quod eccleſia per eum deberet multium proſperari. Sed interim *landgraffius Hoſſiae*, cum uxore ſua exiſtens in Romana curia, impetrauit apud papam *Iohannem* praedictum ipſum archiepiſcopatum pro filio ſuo Ottone: qui

Heinricus ERBS electus epiſcopus in itinere captus, mortuus et ſepultus Yſenaco. Heinricus de STALBERGK epiſcopus electus a capitulo,

qui Otto licet adhuc iuuenis erat, pro reuerentia tamen ſedis Apoſtolicae et eorum indigentia tam a clero quam a populo honorifice fuit ſuſceptus. Et dominus Heinricus de Stalbergk electus pro communi bono et pace electioni ſuae ſponte renunciauit. Qui poſtea in epiſcopum Merſeburgenſem fuit electus et confirmatus, ubi etiam tunc erat canonicus et in epiſcopatu ſuo multa bona ibidem operatus eſt, ut infra patebit.

CAP. XXVII GEVEH. 1348. *ex commendatione papae praefertur Otto Haſſiacus. Heinricus renunciat Merſeburgenſis epiſcopus electus.*

INCIDENTIA.

Anno domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto excommunicatus *Ludouicus Bauarus* imperator rebellis eccleſiae per *Clementem* Papam VI. anno pontificatus ſui ſecundo. Poſt hoc electores imperii eligunt *Carolum*, filium regis Bohemiae, imperatorem in uilla *Renſe* Treuerenſis dioeceſis, qui poſt in *Bunna* corona ferrea coronatur, quia *Franckenfurt* et *Aquisgrani* fauebant Ludouico Bauaro, tunc adhuc uiuenti. Tunc *Braga* fit metropolis, ſequenti anno *Bauarus* obiit. Tunc *Heinricus* archiepiſcopus *Moguntinenſis* et *marchio Brandenburgenſis* filius Bauari et *Robertus* comes palatinus *Gunterum* comitem de *Schwartzburg* regem ſtatuunt, eligentes eum ducunt in campum Franckenfurt, caſtra metantes ibidem. Qui *Guntherus* electus toxico obiit, et Carolus imperauit, et alia plura notabilia facta ſunt eodem anno, quae patent in his verſibus:

Ludewicus Bauarus excommunicatus a Clemente VI. Carolus rex Bohemiae imperator electus. Bonna. Praga metropolis. mors Bauari.

Milleno trecenteno quadrageno quoque nono
Toxico facta rea gens concrematur
Schwartzburg caſſatur, Bohemus rex coronatur
Triginta rarus redit exul Wolferamus
Errores generat gens, quae ſe ſponte flagellat,

Güntherus comes Schwarzburg. imperator electus toxico obiit.

CAP. XXVIII. HEINRIC. 1348.

Sextus hos cenſuit Clemens anathematizando,
Quatuor haec facta ſunt anno ſolo peracto.

CAP. XXVIII.
HEINRICVS de STALBERGK,
VICESIMVS OCTAVVS MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS.
ab ann. 1348. ad ann. 1366.

XXVIII. HEINRICVS de STALBERCK 1348.

PEnſata fragilitate prouide conſueuit antiquitas pontificum, ne diuturnitate temporum obliuioni ſubiicerent, ſcripturarum teſtimonio comprobari et incongruum ualde et abſurdum reputandum, maxime cum priorum patrum pontificum doctrina et digna eorum poſteris ſint in exemplum ad conſimilia profectiua, quod a tempore *Geuebardi* de Schrapelau, qui anno domini 1348. obiit, usque ad tempus praeſens et annum, quo ſcribitur anno domini 1400. de pontificibus ſ. epiſcopis eccleſiae Merſeburgenſis et eorum geſtis ſ. actis uera ſcripta minime reperiantur. Igitur hunc defectum et negligentiam utcunque ſupplere cupiens, exacta diligentia adhibita, quae et quanta a ſenioribus beneficiatis et perſonis noſtrae eccleſiae inueſtigare potui, ſcriptis commendare curaui: donec etiam ad ea peruenero, quae uiſu comprobaui.

mors Geuebardi ep. 1348. Defectus hiſtoriae epiſcoporum Merſeb.

Heinricus Magdeb. praepoſitus,

§. II. Poſt obitum itaque recolendae memoriae domini *Geuebardi de Schrapelau* nobilis comes dominus *Heinricus de Stalbergk*, maioris eccleſiae Magdeburgenſis praepoſitus, noſtraeque eccleſiae canonicus, de unanimi conſenſu totius capituli in epiſcopum eligitur, anno domini

per capitulum electus

mini *1348.* et per dominum *Clementem* Papam VI. propter *reſeruationes* ſedis apoſtolicae nuper factas ritè confirmatus. CAP. XXVIII. HEINRIC.

§. III. Qui etiam ob animi ſui ſagacitatem et parentelae nobilitatem ſ. generoſitatem alias per capitulum Magdeburgenſem poſt obitum domini *Burghardi* occiſi praedicti fuit electus in *archiepiſcopum Magdeburgenſem*, ubi tunc erat praepoſitus. Nam reuera eccleſia Magdeburgenſis tunc per eum, prout nunc noſtra, ſperabat proſperari. Sed interim *landgrauius Haſſiae*, cum uxore ſua in Romana curia exiſtens, a praedicto papa ipſum archiepiſcopatum pro *Ottone* filio ſuo licet minorenne impetrauit. Cui ob *reuerentiam ſedis Apoſtolicae*, cuius auxilium tunc propter occiſionem dicti domini Burghardi tam clerus quam populus ibidem multum praeſtolabatur, ipſe dominus Heinricus electus beneuole ceſſit, et electionem de ſe factam propter maius commodum et utile ipſius eccleſiae Magdeburgenſis ſponte renunciauit.

1348. a Clemente VI. propter reſeruationes confirmatur, antea electus archiepiſc. Magdeb. cedit Ottoni Haſſiaco a papa commendato.

§. IV. De quo quia propter diuturnitatem temporis elapſam pauca perluſtrauimus, pauca tamen commendatione digna perſtringemus. Hoc itaque ſeniorum noſtrorum teſtatur auctoritas, quia ex malo regimine, gwerris ac litigiis duorum ſuorum immediate praedeceſſorum, uidelicet *Heinrici Kindt* et *Geuehardi de Schrapelau*, ut ex chronicis et geſtis eorum ſuperius deſcriptis claret euidenter, eccleſia noſtra Merſeburgenſis ad tantam grauata debitis deuenit inopiam, quod fere omnia iura epiſcopalia in praediis, caſtris, poſſeſſionibus et reditibus erant obligata, et loco pignoris diuerſi-

Eccleſiae Merſeburgenſis damna et oppignorationes tempore Heinrici et Geuehardi facta.

CAP. XXVIII. HEINRIC.

1348

Burghardus a Magdeburgenſibus occiſus.

mode expoſita. Nam idem *Geuehardus* circa uindictam fratris ſui *Burghardi*, archiepiſcopi praedicti, per ciues Magdeburgenſes occiſi, diuerſos et graues fecit ſumtus et expenſas, ac plurima et uaria paſſus eſt et ſuſtinuit damna et incommoda, quae in gwerris litigiis ſaepius euitari non poſſunt.

Heinrici cogitatio de eccleſiae debitis liberandis

§. V. Igitur poſtquam dictus pius pater noſter *Heinricus* munere confirmationis decorari meruiſſet, ac eccleſiam noſtram, ſponſam ſuam, ut permittitur, deſolatam et deſtitutam conſpexiſſet, tacite cogitare coepit, qualiter eam et familiam ſibi commiſſam rite gubernaret, ac indebitis et obligationibus, quibus diuerſimode et multipliciter grauabatur, reſtauraret et reformaret.

recuperat amiſſa,

Paulatim et ſucceſſiue coepit caſtra, praedia, poſſeſſiones et reditus noſtrae eccleſiae, utcunque potuit, recuperare et reducere, obligata liberare, duo, tria, quatuor et debita plura perſoluere.

acquirit epiſcopatui Lybenaw, Zalgroſchen, fratres nobiles de Werder Sckopau reluit, Otto archiep. Magd.

§. VI. Caſtra etiam Libenaw pro mille ſeptingentis et quinquaginta ſexagenis, uulgariter *Czalgroſchen*, et pro ducentis marcis argenti ab *Hermanno* milite et *Hoymone* de *Werderde* germanis emit, ad reemtionem tamen, et comparauit. *Sckopau* uero pro *mille et trecentis marcis* argenti ſub mutuo datis ab *Ottone archiepiſcopo* et capitulo eccleſiae Magdeburgenſis loco pignoris noſtrae eccleſiae acquiſiuit, quae etiam ſic obligata manent usque in hodiernam diem et annum, uidelicet domini 1427.

1427.

Eccleſiae ornatus

§. VII. Circa cultum etiam et ornatum eccleſiae noſtrae multum ſollicitus fertur extitiſ-

ſe.



Digitized by Google

ſe. Duo namque antiphonaria et duo gradalia meliora in choro coram dominis canonicis iacentia ſcribi fecit et ea una cum pulpito depicto et ornato in medio chori eccleſiae noſtrae donauit. Et cum ſediſſet et laudabiliter eccleſiam noſtram Merſeburgenſem in omni libertate *decem et octo annis* rexiſſet, anno incarnationis dominicae *1366. quarto calendas februarii* feliciter *obiit*, et in eccleſia Merſeburgenſi ante altare S. Kiliani, quod primitus fundauit, et reditibus ſufficienter dotauit, traditus eccleſiaſticae ſepulturae.

CAP. XXIX. FRIEDER. 1366. *antiphonaria, gradalia.* *mors epiſc. 1366.* *S Kilianus. ſepultura.*

CAP. XXIX.

FRIEDERICVS de HOYM

VICESIMVS NONVS EPISCOPVS.

ab. ann. 1366. ad ann. 1382.

POſt diſceſſum itaque recolendae memoriae domini *Heinrici de Stalbergk*, epiſcopi, qui eccleſiam noſtram, ad ultimum deſtructam, quaſi de nihilo aliquid faciendo, quanta diligentia potuit, reformauit anno incarnat. dom. 1366. dominus *Albertus* comes de *Mansfeld*, Halberſtadenſis eccleſiae antiſtes, ad eccleſiam Merſeburgenſem poſtulatur, ſed mox huiusmodi poſtulationi aſſenſum praebente proxima nocte ſequenti uiam fuit ingreſſus carnis uniuerſae.

XXIX. FRIDERICVS de HOYM 1366. *Albertus comes Mansfeldenſis poſtulatus mox obiit.*

§. II. Sicque eccleſia noſtra, adhuc uiduata paſtore, praelati et canonici ipſius in dn. *Fridericum de Hoym*, eccleſiae Numburgenſis tunc de-

Friderici prudentia,

Dd 5

CAP. XXIX. FRIEDER. 1366.

decanum, unanimiter dixerunt uota ſua, qui quantae prudentiae et prouidentiae, quantaeque aſtutiae et dementiae extiterit, opera diſtincta in laudandis et execrandis, ut aliis ueniant in exemplum, inferius annotata luculenter declarant.

electi confirmatio,

§. III. Electioni igitur de ipſo, ut praemittitur, factae conſenſum praebente, a felicis recordationis *Innocentio* papa VI. confirmationis munere meruit decorari, inde pretioſiorem

a pontifice collata infula cum baculo.

infulam cum *baculo eburneo paſtorali* ſecum deferens, in iucundo ſuo introitu noſtrae eccleſiae donauit.

recuperat amiſſa,

§. IV. Et procedente tempore quaedam adhuc maioris noſtrae eccleſiae caſtra, praedia et poſſeſſiones et reditus nondum redemtos et redemta et adhuc diſtractos et diſtracta recuperauit, et reduxit, obligata liberauit, et debita plura perſoluit. Aedificia quoque quam plurima conſtruxit et reſtaurauit, et ut plura ſub

reluit oppignorata 1) Scuditz, 2) Lybenau, 3) Horburg, 4) Sckopau, 5) Oſterau.

breui compendio perſtringam, oppidum *Scutitz* pro ſexcentis, caſtra quoque *Lybenau* pro trecentis, *Horburg* pro ſexcentis, *Scapau* pro ſexcentis ſexagenis groſſorum obligata redemit et liberauit. Caſtrum quoque *Oſterau* cum ſuo diſtrictu et pertinentiis uniuerſis, et a *Wenslao* et *Alberto* ducibus Saxoniae pro duabus millibus et centum ſexagenis groſſis per ipſum comparata eccleſiae noſtrae fecit, et appropriari.

fortiori uinculo obligat 1) Lauchſtaed, 2) Scopau, 3) Libenau,

§. V. Idem ut *Lauchſtaedte, Sckopau* et *Lybenau* caſtra *eccleſiae* noſtrae *Merſeburgenſis* fortiori uinculo pignoris manerent *obligata, Ottoni, Alberto* et *Petro* archiepiſcopis S. eccleſiae Merſeburgenſis ſucceſſuris temporibus ultra pri-

CAP.XXIX. FRIEDER. 1366.

prius obligata *quinque millia* et *quadringenta ſexagenas groſsiorum* ſub mutuo addidit et conceſſit, item *marchionibus Miſnenſibus quatuor millia* et *quingenta ſexagenas groſſorum* accommodauit, et ſubconceſsit, caſtrum *Nuemburg* pro pignore 4) recipiendo, et aſſerunt quidam de noſtratis, qui ſuis temporibus uixerant, et recordantur, quod *ſumma* omnium per eum circa emtiones, reemtiones, reſtaurationes et incorporationes caſtrorum, oppidorum, uillarum, redituum et bonorum noſtrae eccleſiae expoſitorum ſe extendit ad *decem* et *octo millia* et ultra *ſexagenas groſſorum Miſnenſium*, tunc pro maiori parte quaſi purum argentum ualentium.

4) *Nuemburg.*

Summa pecuniae in uſum opiſcopatus uerſae

§. VI. Sed quaeris forte, o lector, unde ſibi tanta copia et ſumma expoſitorum potuiſſet proueniſſe, quam utique de *Nuenburg*, ubi decanus erat, et unde poſtularus fuit, neque de patrimonio ſuo adduxiſſet, nec de cenſibus et reditibus ſuis nondum reemtis et recuperatis in tantum percipere potuiſſet.

unde?

§. VII. Scire igitur uales, ipſum *Fridericum* epiſcopum *mirabilium modorum* congregandi et *acquirendi pecunias excogitatorem* et *inuentorem* extitiſſe, reuera iuſte itaque eas expoſuit. Vtinam etiam eas iuſte acquiſiſſet! Nemo enim tutus erat tam in clero quam in populo, ſed plerumque unumquemque pro leui et aliquando nulla culpa ſeu cauſa *exactionauit*, et *depacticauit*, et depacticandorum et exactionandorum delatores ſpecialiter et tenerrime fouebat, et dilexit. De bonis etiam et rebus *decedentium* tam praelatorum quam aliorum clericorum, tam *teſtatorum* quam *inteſtatorum* ſine erubeſcen-

Epiſcopi modi acquirendi pecunias mirabiles

exactionatio, depacticatio,

exactio bonorum decedentium

CAP.XXIX FRIEDER. 1366. ſcentia frequenter ſe intromiſit. Nemo ei reſiſtere poterat tali in praelio, quia uiribus potens erat, timebatur ab omnibus, et ipſe neminem curauit, et ſic ad tantas diuitias peruenit, quas utique, ut praefati ſumus, in *uſum* et *profectum* noſtrae eccleſiae, nondum animo alienatus, conuertit, prout etiam ille deſtructor

Geiſelerus deſtructor *Geiſelerus* ſecundus epiſcopus ſupra dictus in principio ſui regiminis fecit, ſed peſſimo fine, ut ſupra in eius chronica et geſtis continetur, concluſit.

Ciuis Preuſſe iniuſte decollatus. §. VIII. Contigit circa annos domini 1366. quod ciuem Merſeburgenſem quendam, dictum *Preuſſen*, praeconem et familiarem domeſticum ipſius domini Friderici epiſcopi, captiuarunt in ciuitate Merſeburg, ipſumque in continenti decollari fecerunt, pro eo quod idem Preuſſe extenſa balita ſua, ſagittam ſeu iaculum poſt quendam ciuem Merſeburgenſem emiſit, et tamen eum uulnerauit.

Poena homicidii iniuſti, Quod factum ipſe epiſcopus aegre ferens ipſos ciues requiri fecit, et minis ſeditioſis appoſitis ad hoc coegit, quod loco emendae pro huiusmodi iniuria et homicidio *trecentos ſexagenas groſſos*

ſolutio 360. groſſ. eidem perſoluerunt, et munimenta platearum omnia in ciuitate Merſeburgenſi exiſtentia,

Slege Zindel uulgariter *Slege* S. *tzindel* dicta, in continenti depoſuerunt, animo nunquam in perpetuum renouandi. Item quod ipſi ciues in perpetuum ſingulis annis et quater in anno, quando

iudicium ſeculare uorting. praeſentatio clauium ciuitatis epiſcopo, *iudicium ſeculare*, uulgariter *uorting*, ſeruari et celebrari contingerit, omnes *claues turrium*, *ualuarum*, et *munitionum* ciuitatis Merſeburgenſis epiſcopo et capitulo ibidem pro tempore

re exiſtentibus absque contradictione aliqua praeſentabunt, in quorum poteſtate et arbitrio tunc erit, quomodo et qualiter de ipſis clauibus et ſeratura ciuitatis ipſius diſponere uelint ſeu ordinare. Item quod quando et quoties in perpetuum ipſos ciues contingerit eligere *magiſtros* ciuium uel *nouum conſulatum*, iſtos electos in ſcriptis praeſentabunt *epiſcopo* et *capitulo* tunc exiſtentibus ad *confirmandum*, qui tunc poteſtatem habebunt reiiciendi et abolendi, quem uel quos et quoties uoluerint, et tandem quos admiſerint, et approbauerint, pro ſuo libitu confirmabunt.

magiſtratus nouiter electi ab epiſcopo confirmandi.

§. IX. Verum quia hic *Fridericus* epiſcopus carnali nobilitate fulgebat, *aſtutus* ſenſu in *conſiliis* pollebat, et ob hoc factus eſt *conſiliarius marchionum Miſnenſium*. Vnde contingebat, ipſum aliquoties inter alios *legatos* ipſorum marchionum ad imperatorem *Carolum IV.* uerſus Bragam ſuis in negotiis mitti peragendis, quare per ſuam eloquentiam et ſagacitatem tandem ad notitiam ipſius imperatoris peruenit, quod rei poſtmodum probauit euentus.

Epiſcopus conſiliarius marchionum Miſnenſium, legatus miſſus ad Carolum IV.

§. X. Nam ab eodem omnia *priuilegia* noſtrae eccleſiae ſuorum praedeceſſorum, quae prae uetuſtate corrupta uel conſumta erant, innouari obtinuit, et aurea ipſius bulla pro munimine euidentiori roborari.

Confirmatio Caeſaris priuilegiorum epiſc.

§. XI. Anno etiam domini *1375.* cum ciuitas *Erffurtenſis* ſuo tempore, quadam aſſumta ſuperſtitioſa audacia, contra ſedem apoſtolicam diutius in rebellionis temeritate perſeueraſſet, et ob id *Fridericus, Balthazar* et *Wilhelmus* fratres marchiones Miſnenſes cum ingenti multitudine arma-

Ciuitatis Erfurt contra papam rebellio, 1375.

CAP. XXIX FRIEDER. 1382. *eius obſidio,* *epiſcopi praeſtitum praeſidium.*

armatorum duobus menſibus et quibusdam diebus potenter circumuallaſſent eandem, ad quam etiam obſidionem imperator praedictus ſuperuenit, et aliquandiu ibidem cum ipſis marchionibus moratus eſt. Ipſe *Fridericus* epiſcopus cum non modica *comitiua* eccleſiae noſtrae uaſallorum affuit *praeſidio* ſpeciali, unde in his et aliis ipſis marchionibus ſeruitiis impenſis ſibi et eccleſiae noſtrae tam clero quam populo non modicum fauorem, protectionem et pacis tranquillitatem acquiſiuit.

Archiepiſcopus Magd. preſſura extinctus, carnispriuium in cuius locum Fridericus poſtulatur

§. XII. Interea dum fama eius undique innoteſceret, anno dominicae incarnat. *1382. Ludouico marchione Miſnenſi* in *carnispriuio*, tunc Magdeburgenſis eccleſiae archiepiſcopo, in quadam preſſura calcis lamentabiliter extincto, canonici eccleſiae Magdeburgenſis praefatum *Fridericum* in ſuum et praefatae ſuae eccleſiae archiepiſcopum *poſtularunt*. Cui poſtulationi ſ. electioni ſic de ſe factae non ſine diſpendio ſuae ſalutis, ut timendum eſt, nec non in detrimentum, damnum et iacturam non modicam noſtrae eccleſiae aſſenſum praebuit,

et a papa confirmatur

et ab *Vrbano* papa *VI. confirmationis inſigniis* et *pollio* obtinuit decorari. Praemiſſis beneficiis et proſperis ſucceſſibus non contentus, ſed more hydropici quanto plus auaritiae lucra hauriebat, tanto magis diuitias et honores

promiſſionum immemor.

mundanas ſitiebat. Immemor etiam promiſſionum et uotorum, per eum aliquando emiſſorum, quod ab eccleſia noſtra, ſponſa ſua, etiamſi maior ſibi fortuna arrideret, ſe nequaquam uellet dimittere, ſeu diuertere et alienare, ſed iugiter inibi usque in finem ſtudiis et

labo-

laboribus inſudare, prout ſibi inſpiraretur ab alto. CAP XXIX FRIEDER.

§. XIII. Statim igitur poſt ſuam, ut praemittitur, promotionem materia aſſumta, caſtrum *Plawe* ab eccleſia metropolitita per *uim* et *uiolentiam* alienatum et a quibusdam tyrannis captum et occupatum cum ingenti exercitu armatorum circumuallauit, et aliquandiu obſedit, et ipſum caſtrum, *expenſis* tamen et *ſumtibus noſtrae eccleſiae Merſeburgenſis*, ad *eccleſiam metropolititam* Magdeburgenſem et eius poſſeſſionem reduxit. 1382. *Caſtrum Plawe in poſſeſſionem eccleſiae Magdeb. reducitur.*

§. XIV. Porro poſtquam tribus menſibus duntaxat in archiepiſcopatu *Magdeburgenſi* uixiſſet, et animo et intentione ſanctis noſtris patronis et hominibus ibidem *ualedicendi* Merſeburg ſe diuertiſſet, et aliquantulum temporis ibidem moram traxiſſet, interim *inſolam epiſcopalem* meliorem ſupra dictam cum *baculo paſtorali eburneo* meliori, nec non *priuilegia* ſuper impigneratione et *obligatione* caſtrorum *Lauchſtedte, Skopau* et *Libenau*, animo et intentione, prout neſcitur aliud, ab eccleſia noſtra alienandi, uerſus caſtrum *Giebichenſtein* prope *Halas* furtiue et ſub ſilentio auſu ſacrilego transmiſit, exemplo illius infelicis *Geiſeleri* ſecundi, noſtrae eccleſiae epiſcopi et deſtructoris, qui ſimiliter ad dictam eccleſiam metropolititam poſtulatus, poſtquam diuerſa priuilegia, bona et res noſtrae eccleſiae alienaſſet et diripuiſſet, tandem ex ea abbatiam conſtituit, prout ſuperius in eius chronica plenius continetur, ſed S. Patroni noſtri eccleſiam noſtram Merſeburgenſem talibus priuilegiis, bonis et poſſeſſionibus *Valedicturus Merſeburgenſibus eorum ornamenta et priuilegia aufert* *tranſmittit in Giebichenſtein*

CAP. XXIX FRIEDER. bus non permittendis fruſtrari et defraudare.

1382. *miraculis admonitus.* §. XV. Accidit pro *miraculo* non ſine grandi admiratione, quod cum ipſe *Fridericus* in procinctu et animo eſſet a Merſeburg finaliter recedendi et ſe ad celebrandum miſſam de patronis aptaſſet, et ſe ueſtibus ſacerdotalibus induiſſet, ipſum officium ſcilicet de patronis nullibi in libris etiam cum ſenioribus tunc uicariis eccleſiae Merſeburgenſis, qui ipſum officium frequenter et ſaepiſſime celebrarunt et localiter ubi in libris haberetur, ſciuerunt, diligentiſſime quaeſiuiſſent, a nullo tamen penitus poterat reperiri. Quod cum uidiſſet, non tamen ex hoc uere compunctus nec a propoſito deſiſtens aut nunc conſidero, quod ſanctos patronos ad iram commouit. Nihilominus tamen calicem, quem praeſto in manibus gerebat, ad ſummum altare attulit, et exutis ueſtibus ſacerdotalibus demiſſo officio exinde animo ſingulariter recedendi currum praeparatum aſcendit, notis et familiaribus ſuis ibidem praeſentibus ualedicens. Cunque cum comitatu ſuo

Tranſitus Aqueluppe. Collenbug uilla. non modico inde progrediens ad *uadum ſeu tranſitum Aqueluppe* prope uillam *Collenbuge* in confinibus territorii Merſeburgenſis usque perueniſſet, ſubito accidit pro ſecundo miraculo, quod tot et tanti dolores ipſum inuaſerunt, quod prae nimio dolore ſe putaret in continenti moriturum.

Poenitentia ductus Merſeburgum reuertitur, §. XVI. Et praecepit aurigae currus, ut mox retrocederet et uiam reuertendo uerſus Merſeburg dirigeret, ſubiungens: nunc in ueritate ſentio, ſanctos patronos eſſe commotos, qui ultra progredi non permittunt et cum moerore

rore et gemitu ſuorum Merſeburg reductus eſt, et ibi inuitus et compulſus reddidit, quod uoluntarie uouit et promiſit. Vbi triduo ſuperuiuens, condito teſtamento et ſacramentis eccleſiae perceptis, ſub anno domini *1382*. quinto idus Nouembris diem ſuum clauſit extremum. CAP. XXIX FRIEDER. 1382. *eius obitus 1382.*

§. XVII. O quam horrendum eſt incidere in manus Dei uiuentis et indignationem ſanctorum noſtrorum patronorum. Cubicularii uero eius *obitum occultauerunt*, donec unus eorum nomine *Iohannes Botfelt*, noſtrae eccleſiae Merſeburgenſis canonicus, conſcius ſecretorum ipſius *Friderici* epiſcopi, in equo clerici curſu uiam uerſus caſtrum *Giebichenſtein* praedictum direxerat, aſſerens ſe per illum miſſum illuc, et ſolus ibidem cameram archiepiſcopalem intrans, *infolam*, *baculum* et *priuilegia* praedicta occulte inde tulit, et per aliam uiam reuertendo, ne inſequeretur, eccleſiae noſtrae reſtituit. *occultatur.* *Ioh. Botfelt cubicularius* *ablata ornamenta et priuilegia eccleſiae Merſeb. reſtituit.*

§. XVIII. Corpus quoque ipſius *Friderici* archiepiſcopi in eccleſia noſtra Merſeburgenſi ante altare *S. Barbarae* uirginis, quod ipſe fundauit et dotauit, eccleſiaſticam recepit ſepulturam, in cuius epitaphio ſepulchri ſunt uerſus iſti exarati: *Sepultura.*

Praeſul pacificus Fridericus honoris amicus *Elogium.*
Eſt hic proſtratus Hoym nobili milite natus,
Sancti Iohannis uiginti rexerat annis
Et ſex eccleſiam Martis in urbe ſuam;
Poſt hoc translatus Magdeburg primusque gratus
Omnibus ipſe pater, quem ſuſcipe coelica mater;
Tres menſes uixit, inuitum huc ſe reduxit

CAP XXX. BVRGH. 1382. 1384.

Poſt mille poſt tria centum poſt octinginta duo Nouembris requies ſit tibi nona dies.

CAP. XXX.

BVRGHARDVS DE QVERNFVRT

TRICESIMVS EPISCOPVS.

ab an. 1382. ad an. 1384.

XXX. BVRGHARDVS de Querfurt 1382.

QVum igitur eccleſia noſtra Merſeburgenſis poſt diſceſſum et deceſſum *Friderici de Hoym* uiduata paſtore epiſcopo careret, nobilis dominus *Burghardus de Quernfurt* baro, eccleſiae noſtrae canonicus, per capitulum in epiſcopum et paſtorem eſt concorditer electus. Qui in electione per *annum integrum* et *dimidium* ſuperuiuens propter prouiſionem domini *Vrbani* papae *VI* de eadem noſtra eccleſia cuidam *Andreae de Duba*, baroni linguae et nationis Bohemicae factam, non confirmatus feliciter uita functus anno incarnat. domin. *milleſimo trecenteſimo actuageſimo quarto* die octauo menſis Iunii, et in latere aquilonari noſtrae eccleſiae ante altare omnium ſanctorum traditus eſt eccleſiaſticae ſepulturae.

Andreas de Duba Baro. a papa non confirmatus obiit 1384.

CAP. XXXI.

HEINRICVS DE STALBERG

TRICESIMVS PRIMVS EPISCOPVS.

ab ann. 1384. ad ann. 1393.

XXXI. HENRICVS de STALBERG 1384.

POſt obitum cuius, capitulo, ut iuris et moris

ris eſt, indicto gratiaque ſpiritus ſancti inuocata, nobilis dominus *Heinricus*, comes de *Stalberg*, praepoſitus noſtrae eccleſiae, in epiſcopum et paſtorem concorditer eligitur per formam compromiſſi anno domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo quarto die quinta menſis Auguſti pontificatus domini *Vrbani ſexti* anno ſeptimo. Hic ex innata uirtute erat non minoris ſtrenuitatis, probitatis et ſagacitatis, patruo ſuo et praedeceſſore Heinrico de Stalberg, epiſcopo ſupra dicto, uolensque conſeruare iura electionis ſuae et eccleſiae noſtrae iuxta dictum *Ezechielis capitulo decimo tertio* aſcendit et oppoſuit ſe murum pro domo domini. CAP. XXXI. HEINR. de STALBERG 1384. *a capitulo electus, eius uirtutes, Ezech. XIII*

§. II. Sedit in electione ſine confirmatione ſedis apoſtolicae circiter octo annis et *confirmari* non poterat propter ſupra dictam *prouiſionem* ad *promotionem* imperatoris *Caroli IV.* regis Bohemiae factam, licet pro eadem habenda uarios et graues labores, ſumptus et expenſas feciſſet, diuerſaque et uaria pericula, damna et incommoda tam ipſe quam etiam uaſalli et incolae terrae noſtrae eccleſiae ſuſtinuiſſent, et adhaerentes ſibi et appellationi ſuae habuit duntaxat capitulum cum clero et uaſallis noſtrae eccleſiae. *confirmatio diu differtur, ob prouiſionem ab Vrbano VI. Andreae de Duba factam.*

§. III. Aſſiſtebant etiam ſibi in adiutorium fortiter fideles patrui, cognati et amici ſui nobiles, *comites* de *Stalberg*, de *Hoynſtein*, de *Mansfeld* et quam plures alii domini, proceres nobilesque *Harzenſes* et *Saxones*. *Cognati aſſiſtentes,*

§. IIII. Marchiones uero Miſnenſes *Wilbelmus*, *Fridericus* et *Georgius* fratres tunc dictos iuniores cum matre eorum *Catharina* de Hennen- *Marchiones Miſnenſes aduerſarii;*

CAP. XXXI. HEINR. 1386. *nenberg* habentes et poſſidentes *Leipzig*, *Weiſenfels* et partes illas orientales prope iacentes, omnem ſibi ob fauorem imperatoris praedicti contrarios, obnoxios et infeſtos habuit. *Wilhelmus Miſnenſis protector.* *Wilhelmus* uero ſenior eorum, primus *marchio Miſnenſis*, ipſius electi ab eccleſia noſtra usque in finem uitae ſuae ſemper continuus protector et defenſor permanſit.

Andreas de Duba inuaſor epiſcopatus Merſeburgenſis, §. V. Fecit etiam idem electus noſter non modicam de inimicis et aduerſariis ſuis uindictam. Nam dictus *Andreas de Duba*, ſuus et eccleſiae noſtrae aduerſarius, prouiſus et dicti Caroli imperatoris conſiliarius, aliquando et ſaepius congregationem latronum, praedonum in caſtro, in oppido *Ylburg*, noſtris *Ylburg* confinibus coniacenti, habere conſueuit, *depraedantes* et *damna* plurima inferentes incolis et inhabitatoribus terrae et diſtractus noſtrae *eccleſiae Merſeburgenſis*, quod diutius idem electus noſter ferre non ualens, anno incarnat. dn. *1386. de eo ſumta uindicta*, *1386.* in nocte *decollationis* S. Ioh. Baptiſtae noſtri *patroni*, quando annuales ibidem eſſe ſolent, copioſum armatorum exercitum ad ipſum oppidum direxit, qui noctis tempore cum potentia intrauerunt, depraedauerunt ac rebus *oppidum Ylburg deuaſtatum.* et bonis omnibus *deſpoliauerunt*, et ad ultimum *incendio deuaſtauerunt.*

Acquiſita epiſcopatui 1) Lauchſted, 2) Skopa, 3) Lybenau, § VI Circa caſtrorum et praediorum conſeruationem et acquiſitionem ſollicitus erat. Nam ut caſtra *Lauchſtaedte*, *Skopau* et *Lybenau* fortiori uinculo pignoris eccleſiae noſtrae obligarentur, Alberto archiepiſcopo et capitulo eccleſiae Merſeburgenſis ultra prius obligata, ſub mutuo *duo millia ſexagenas groſſorum*

ualentium ſuperaddidit et conceſſit. Allodium etiam in *Lepitz* prope *Merſeburg* cum omnibus et ſingulis ſuis iuribus, proprietatibus, pertinentiis et libertate ab abbate et conuentu monaſterii in porta prope *Nienburg* ordinis Ciſtercienſis anno dn. *1389.* pro *ducentis et uiginti ſexagenis groſſorum* perpetue apud eccleſiam noſtram remanendam emit et comparauit. CAP. XXXII. 1393. *e) Lepiz.* *Nienburg* *1389.*

§. VII. Igitur poſtquam, ut praemittitur, in electione circiter octo annis ſediſſet, ac pro conſeruatione iuris ſui et eccleſiae noſtrae plura et uaria incommoda et aduerſa pertuliſſet; tandem *Bonifacius* papa *IX.* dicti Vrbani VI. ſucceſſor immediatus, attendens animi eius conſtantiam ad regiminis proficuitatem ipſum munere confirmationis decorauit anno domin. incarnat *1392.* duobus igitur annis ſuperuiuens in pacis tranquillitate et ſtatu optimo noſtram eccleſiam relinquens, in die S. Ambroſii quieuit in domino. Et apud primum ſuum Heinricum de Stalberg, epiſcopum ſupra dictum, ante altare S. Kiliani traditus eſt eccleſiaſticae ſepulturae. *Tandem a Bonifacio IX. confirmatur 1392. mors 1393. ſepultura.*

CAP. XXXII.
HEINRICVS SCHVTZMEISTER DE ORLAMVNDE
TRICESIMVS SECVNDVS EPISCOPVS.
ab ann. 1393. ad ann. 1402.

XXXII. HEINRICVS SCHVTZMEISTER de ORLAMVNDA 1393.

POſt obitum felicis recordationis *Heinrici de Stal-*

CAP. XXXII. HEINR.

Stalberg ultimi, qui anno domini *1393.* in die S. Ambroſii obiit, electus fuit dn. *Heinricus Schutzmeiſter de Orlamunde*, praepoſitus huius eccleſiae, qui ob *prouiſionem* ſuam perſonaliter *curiam Romanam* intrauit, et eccleſiam noſtram ad ſeptem annos feliciter et bene rexit, in octauo anno ſecutus conſilium fratris ſui carnalis, *petitionem generalem* contra conſenſum capituli, uaſallorum et ciuitatis a territorio ſuo recipere uoluit, de quo inter eum ex una: capitulum et uaſallos ex altera parte grandis ſurrexit *diſcordia.*

intrat Romam,

inter eum et capitulum diſcordia.

§. II. Ipſe etiam apoplexia tactus, capitulum attentauit ſibi dare coadiutorem nobilem *Heinricum de Stalberg* et miſerunt ad papam *Bonifacium IX.* qui eundem in coadiutorem confirmauit.

A capitulo datus coadiutor Heinricus de Stalberg

§. III. Quod cum domino Heinrico epiſcopo innotuit, ipſe propria auctoritate contra uoluntatem capituli nobilem dn. *Ottonem* comitem de *Hohenſtein* in *coadiutorem* accepit, et ſibi ſtatim, ſine conſenſu capituli, caſtra *Lauchſtaedte* et *Scutitz* in poſſeſſionem dedit, et recepit eum ad curiam ſuam, tanquam coadiutorem, et poſtquam ita coadiutorium fuiſſet adeptus, practicauit, quantum potuit, ut etiam conſenſum capituli haberet, et domino *Heinrico de Stalberg* coadiutore confirmato duo millia ſexagenorum groſſorum tunc currentium pro iure ſuo dedit.


Otto de Hohenſtein ab epiſcopo coadiutor aſſumtus

dat Henrico de Stalberg 2600. groſſos pro ſuo iure.

§. IIII. Videamus et conſideremus, quantum iſta *paupercula eccleſia* ex tali diſcordia fuit *damnificata* absque aliis multis pecuniis, quas dominus *Iohannes de Goch*, tunc decanus

Eccleſiae damna.

Iohannes de Goch.


XXXIII OTTO =
De HOHEN STEIN.
pag. 435.
XXXIV WALTERUS
De KO KERITZ.
pag. 436.
XXXV NICOLAUS
LÜ = BECK
pag. 337.
XXXVI JOHAN.
NES BOSE.
p. 440.

nus huius eccleſiae, in curia Romana conſumſit.

CAP. XXXIII. OTTO 1403. *Ottoni cedit Henricus Schuzweiſſer, reſeruata ſibi certa penſione,*

§. V. Tandem cum ipſe dominus *Otto* pacificus eſſet in coadiutoria, cogitabat omnes modos, et per potentiam patris ſui, fratrum et aliorum amicorum ipſum Heinricum epiſcopum compulit *cedere*, qui et ipſi *ceſſit*, *conſeruata* ſibi certa *penſione* de eccleſia. Et poſt talem ceſſionem dominus *Otto de Hohenſtein* ſibi a ſede apoſtolica obtinuit prouideri.

§. VI. Ipſe autem dominus *Heinricus* poſt *ceſſionem* ſuam intrauit curiam in emunitatem Merſeburgenſem, quam iſti *de Stalberg* aedificarunt, et ibi ad modicum tempus moratus eſt. Et poſtea *Lipzig* ad monaſterium S. *Thomae* ſe tranſtulit et ibi, antequam annus lapſus fuit, in domino quieuit, et in eodem monaſterio eſt ſepultus.

moritur Lipſiae in monaſterio S. Thomae.

CAP. XXXIII.

OTTO DE HOHENSTEIN

TRICESIMVS TERTIVS EPISCOPVS

ab ann. 1403. ad ann. 1407.

XXXIII. OTTO de HOHENSTEIN 1403. eius conſecratio, inpignorat cenſus, multa debita contraxit,

Domino *Ottone de Hohenſtein* ita confirmato idem recepit conſecratiqnem ſuam anno *1403* in die *Epiphaniae* in eccleſia Merſeburgenſi, et multos habuit principes comites utriusque ſexus et alios multos et maximas fecit *expenſas* tam in *conſecratione* quam poſtmodum. Multos *cenſus* et *reditus* ſuo tempore impignorauit, ter etiam in quatuor annis recepit *petitiones generales* a territorio et multa debita contraxit, et ita eccleſiae noſtrae in quartum an-

CAP. XXXIIII. WALTH. *mors* 1407. annum uidelicet *1407*. praefuit, et eodem anno in die S. Nicolai quieuit in domino et in eccleſia noſtra eſt ſepultus.

1411.

CAP. XXXIIII.
WALTERVS DE KOKERITZ
TRICESIMVS QVARTVS EPISCOPVS.
ab ann. 1407. ad ann. 1411.

XXXIIII. *WALTHERVS de KOEKERITZ* *1407.* ANno domini *1407*. domino *de Hohenſtein* uiam uniuerſae carnis in die *S. Nicolai* ingreſſo, praepoſitus decanus et capitulum conſiderantes eccleſiam ſuam paſtore uiduatam, ſtatuerunt capitulum pro electione futuri pontificis, et in eodem capitulo conuenientes elegerunt dominum *Walterum de Koekeritz*, canonicum huius eccleſiae epiſcopum. Qui electus a *ſede apoſtolica* ſibi obtinuit *prouideri* et *conſecatus* eſt.

a papa confirmatus, eccleſiae debita ſoluit, §. II. Poſt conſecrationem ſuam ualde et exacte cogitabat, quomodo eccleſiam ſuam ita maximis debitis inuolutam poſſit debitis exonerare et in breui tempore, uidelicet nondum quatuor annis elapſis, quibus praeſedit eccleſiae, omnia *debita ſoluit* et omnia caſtra et allodia eccleſiae ſimiliter et curiam ſuam ualde in bona prouiſioue in granis, uino et iumentis dimiſit. Similiter in ciſta ſua reliquit duo millia florenorum Vngaricorum et ita anno domini 1411. in die inuentionis reliquiarum S. Stephani ex hoc feliciter migrauit ſeculo, ut ſperamus, ad aeterna gaudia.

amiſſa recuperat,

eccleſiae magnum theſaurum relinquens moritur 1411.

CAP.

CAP. XXXV.

CAP. XXXV. NICOL 1411.

NICOLAVS LVBECK
TRICESIMVS QVINTVS EPISCOPVS.
ab ann. 1411. ad ann. 1431.

XXXV. NICOLAVS LVBECENSIS 1411.

DEfuncto domino *Waltero de Kokeritz* dn. *Nicolaus Lubeck* decanus eccleſiae S. Mariae Erffurtenſis, huius eccleſiae canonicus, et cancellarius dominorum *marchionum Miſnenſium* per capitulum eccleſiae noſtrae fuit in epiſcopum concorditer electus, et a domino *Iohanne uiceſimo tertio* confirmatus, et poſtea in eccleſia Merſeburgenſi conſecratus.

a Iohanne XXIII. confirmatus,

§. II. Qui fuit homo pius et ſine omni dolo, ſed quia a iuuentute magnus curtiſanus ac procurator cauſarum in curia Romana extitit, et ſolitus ſine cura uiuere, *in tertio ordinationis ſuae anno* ad *concilium Conſtantienſe*, quod tum conuocatum et indictum fuerat, ſe perſonaliter cum certis uaſallis et familiaribus ſuis transtulit, et ibidem reſidens, maximas pecunias conſumſit, contra uoluntatem capituli ſui et uaſallorum ad tres integros annos permanſit.

curtiſanus Romanae curiae, concilio Conſtantienſi tres annos interfuit.

§. III. Propter quod eccleſia ſua ad maxima damna peruenit. *Diffidauerunt* namque *eccleſiam* dn. *Burghardus*, *princeps de Anhald*, *de Bernburg*, et *Bernhardus comes de Rheinſtein* et quia capitaneus et familiares, quos in caſtris ſuis in abſentia ſua dimiſit, non habuerunt, unde uaſallis eccleſiae prouiderent, quia omnes reditus et eccleſiae prouentus recepit pro ſumtibus ſuis ad Conſtantiam, iſti *de Anhald* et

Eccleſia diffidatur a Burghardo Anhalt. et Bernhardo comite de Rheinſtein.

CAP. XXXV. NICOL. 1417. *Rheinſtein* ſaepius maxima damna in rapinis et incendiis fecerunt eccleſiae. Factum eſt tamen poſtea anno dn. *1417. in uigilia undecim millium uirginum*, quod iidem inimici eccleſiae cum magna comitiua intrarent territorium eccleſiae in duabus *thurmis*, et ſe ſic in duas partes diuiſerunt, et ultra *rapinas*, quas receperunt, multas uillas *incenderunt*, et *igne deuaſtauerunt*, ita quod fumus et ſcintillae apparuerunt in emunitate eccleſiae.

Rapinae, uillarum incendia et deuaſtationes,

praelium cum hoſte, §. IIII. Diſponente tamen diuina prouidentia, quod capitaneus eccleſiae cum familiaribus epiſcopi, quos apud ſe habuit, exiuit in *campum* et caſu uenerunt uaſalli, ciues et ruſtici eccleſiae, quia antea non erant uocati, ſuperuenerunt etiam certi uaſalli marchionum, et audacter *inimicos* in *campo* ſunt *aggreſſi*. Inimici *fugam* recipientes ceperunt noſtri comitem *Bernbardum* de *Rheinſtein* cum multis familiaribus ſuis, quorum aliqui captiui uenerunt in *Merſeburg*, aliqui in *Leipzig*, aliqui in *Weiſſenfels*.

hoſtium fuga, Bernhardi aliorumque captiuitas.

Nicolai abitus Conſtantia, §. V. Et poſtquam hoc fuit denunciatum dn. *Nicolao* epiſcopo, licet prius apud ſe deliberauerat non reuerti ad eccleſiam ſuam, ſed inſtanter pro aliquo officio in curia Romana laborare et ibi manere, mutato propoſito ſuo, exiuit de *Conſtantia* et reuerſus fuit ad eccleſiam ſuam, et a capitulo, uaſallis et ciuibus, ut decuit, reuerenter receptus, et *comitem de Rheinſtein* in *Lutzen* et alios, qui in *Merſeburg* captiui de-

reditus ad epiſcopatum,

du-

luſti ſunt, ſeu fuerunt, captiuos inuenit, eſeditque in eccleſia ſua usque ad annum *431.* et eodem anno in die annunciationis B. uirginis, qui eo anno fuit in die palmarum, ſalubriter in domino quieuit, dimiſitque eccleſiam noſtram, non obſtante pecunia, quam a captiuis recepit, usque ad ſex millia florenorum in debitis oneratam.

CAP. XXXV. NICOL. 1431. *mors 1431. captiuorum redemtio. eccleſia debitis onerata.*

§. VI. Nec aliquando prouiſionem in curia et caſtris dimiſit, nunquam tamen repertum eſt ab eo, quod alicui ſubditorum ſuorum in bonis ſeu rebus uim intulerit: quia pius fuit, non habuit defectum, niſi quod ſe in cura temporali impedire noluit, quia aiuuentute aſuetus non fuit, eccleſiam tamen noſtram cathedralem quae a multis annis non *conſecrata* ſtetit, ipſe *conſecrauit*, et diem *dedicationis*, quae alias non fuerat celebrata, celebrari inſtituit, et praeſentiis dotauit.

Eius uirtutes.

Feſtum dedicationis templi cathedralis Martisb. inſtitutum.

§. VII. In principio tamem regiminis ſui *ſine conſilio* canonicorum et uaſallorum eccleſiae noſtrae cum *oppidanis* in *Leipzig*, qui ſecum ſuper *theolonio*, per ipſos in *Lutzen* ſoluendo, diſcordes fuerunt, ibidem in *Leipzig* coram domino *Friderico marchione Miſnenſi* placitauit, non habens aliquem de canonicis aut uaſallis ſecum, et cum oppidani Leipzig produxiſſent duos presbyteros, qui dicerent, quod temporibus eorum Lypzenſes non ſoluiſſent *theolonium* in Lutzen, ipſe dictis presbyteris, licet reuera non uerum dixerunt, credidit

Placitatio inter epiſcopum et Lipſienſes de telonio in Lutzen ſoluendo. Fridericus, marchio Miſnenſis arbiter.

CAP. XXXVI. IOHANN. 1431. *Telonium amiſſum.*

dit et conſenſit. Ita eccleſia noſtra *theolonium* perdidit, nec hodie propter potentiam marchionum et oppidanorum recuperare potuit et ſingulis annis ultra ducentos aut trecentos florenos damna recepit.

CAP. XXXVI.

IOHANNES BOSE

TRICESIMVS SEXTVS EPISCOPVS.

ab ann. 1431. ad ann. 1463.

XXXVI. IOHANNES BOSE 1431.

Fridericus primus Saxoniae elector ex marchionibus Miſnenſibus pro Georgio de Huchwitz eligendo laborat.

REuerendo patre dn. *Nicolao de Lybeck* defuncto, capitulares pro eligendo epiſcopo capitulariter congregati. Plurimorum hinc inde nobilium preces: animum quoque *Friderici Saxoniae ducis* illuſtriſſimi, ex *marchionibus Miſnenſibus* primi Romani Imperatoris electoris trutinantes, dum *Ambroſii diem* pro electione feſtinantes ſtatuerunt. Etſi praefatus elector non paucis baronibus militibusque ſtipatus in loco capitulari perſonaliter pro *Georgio de Huchwitz* laborauerat, nihilominus dominum *Johannem* ex ampliſſima *Boſenſium* familia cretum, pro tunc eccleſiae huius praepoſitum, per modum *ſcrutinii*, uiduatae eccleſiae Merſeburgenſis epiſcopum non ſine ignominia competitoris dicti *Georgii de Huchwitz* praefecerunt.

Iohannes Boſe per ſcrutinium electus, ab Eugenio papa confirmatur

§. II. Denique electus a duce *Friderico* in *Altenburg* literis ad *Eugenium* papam pro *confirmatione* obtentis, perſonaliter urbem intrans, a papa gratioſe ſuſceptus, propoſitione petitioneque ſua audita, ſexta die ſan-

ſanctiſſimus eidem de eccleſia Merſeburgenſi *prouidit*, committens, quatenus epiſcopale officium perſonaliter exercere deberet, *ſecludendo ſuffraganeos* propter mala, quae in eccleſia Dei ſeminare ſolent: id confirmatus pollicitans firmiter tenuit, gratias ſanctitati agens, ad hoſpitium anhelando, cui *iocalia*, quae antea papae, uidelicet *uaſculam argenteam deauratam* nec non *ſcyphum argenteum*, pro *munere* dederat, in *recompenſam* expenſarum ad urbem proficiſcens factarum *remiſit*. Quae pro iucundo ſuo reditu in die ſanctorum Petri et Pauli Merſeburgenſi eccleſiae dedit et aſſignauit.

CAP. XXXVI. IOHANN. 1431.

eidem dona remittente. Munera eccleſiae aſſignata.

§. III. Ita dominici gregis cuſtos et paſtor factus ſingula in melius reformare ſatagebat, inprimis *grande aes alienum*, ab anteceſſoribus conflatum, ſumma aequitate diſſoluit. Et quamuis ſuccedentibus quatuor *inundationibus aquarum* non mediocrem iacturam in pabulo, foeno, frumento atque pecoribus circa allodium *Werder* intuliſſent, per ſuam tamen prouidentiam recuperauit.

Eccleſiae debita ſoluit. Damna ex inundationibus orta.

§. IIII. De poſt ciues *Merſeburgenſes* cum ciuibus *de Hanſa confoederati* rebelles ad obedientiam coegit, alienando a ditione ipſorum *turrim* uerſus *nouum forum* prope ualuam, ſexcentos etiam florenos ab eis dem pro multa recipiens. Deinde dum *litis furor* inter *archiepiſcopum Magdeburgenſem* et ciuitates ſuas *Magdeburg et Hallas* cum aliis ciuitatibus de Henſa innotat, fremebat. Haud pau-

Merſeburgenſium foedus cum Hanſeaticis diſſolutum, mulcta ciuium indicta. Lis inter archiep. Magdeb. et duas ciuitates Magdeb. et Hall.

CAP. XXXVI. IOHANN. 1431. *Heinrich Stropart capitaneus Halenſis.*

pauca damna pius ille pater perpeſſus iam per *capitaneum Halle:ſem*, nomine *Heinrich Stropart*, nunc per armigeros, ciuitati Merſeburgenſi excidium caſtrorumque euerſionem minantes, epiſcopum quoque extra diocoeſin ponere.

Soldati de Leipzig, Pegaw, Delitſch. epiſcopus mediator litigii.

§. V. Et niſi uaſalli eccleſiae Merſeburgenſis *ſoldatique* de *Leupzig*, *Pegaw* atque *Delitzſch*, duce Saxoniae fauente, conducti reſtitiſſent, actum eſſet: diuina tamen diſpoſitione praeſul noſter principalis *mediator* inter *capitulum Magdeburgenſem* et *Halenſem* factus, eos concordauit et pacificauit.

Obſidio urbium Heckſtedt et Aſchersleben. Ludeuicus comes Thuringiae

§ VI. Fuit etiam pontifex noſter cum *Friderico duce Saxoniae* in obſidione *Heckſtedt* et *Aſchersleben*, quibus uictis *epiſcopum Halberſtadenſem* et *ducem Ludeuicum* comitem prouinciae *Thuringiae* concordauit, noſtro uero epiſcopo cum *ducibus Friderico* et *Wilhelmo* in *Nurnberg* apud regem romanorum

incendium urbis Merſeburgenſis. annui cenſus remiſſ.

exiſtente, ciuitas *Merſeburgenſis incinerata* iacuit. Miſericordia motus pontifex noſter per incendium damnificat omnes *annuos cenſus* et per quadriennium *remiſit.* Addendo iis pro munitione foſſati et muri *ſexcentos florenos* et uiginti *ſexagenas nouas.*

Ducum Saxoniae Friderici et Wilhelmi disſidium.

Diſpendium inſuper haud mediocre paſſus disſidio duorum fratrum ducum Saxoniae *Friderici* noſtri et *Wilhelmi* duranti.

Lutzen et Swenckaw uaſtata.

§. VII Quando Bohemica rabies *Lutzen* et *Shwenckaw* igne et ferro deuaſtauit, ſeditione hac ſedata ad eccleſiae utilitatem amplificandam rurſus ſe conuertit, *aedificia* erigenda, aliqua reſtauranda. *Valuam* uerſus

ſus *curiam regis* cum *muris ad Salam* usque procedendo modica parte demta conſtruxit. In *Scutitz* domum nouam pariter et *turrim*, per incuriam uigilum funditus exuſtam, non modicis impenſis reaedificauit, in *Lutzen granarium* cum ſingulis aedificiis et duobus horreis per Bohemos *incinerata* reſtaurauit. Omnia quoque aedificia in *Ztwenckaw* per *Bohemorum inſultus exuſta* tam in ſuperiori urbe quam inferiori adiuncto allodio inſtrui fecit.

CAP. XXXVI. IOHANN. 1431. *Valua et muri con- ſtructi, Turris in Scuditz, granari- um in Lu- tzen, Zwenckau reparata.*

§. VIII. In reditibus epiſcopatum miro modo auxit, eo quod poſſeſſionem trium arcium *Lauchſtedt*, *Scopau* et *Libenau*, cum earum fundis, agris, pratis, uillis ac pagis, propriam perpetuamque eccleſiae *Merſeburgenſis* magna pecuniarum ſolutione archiepiſcopo dn *Gunthero* atque capitulo Magdeburgenſi facta adſcripſit, cum eas arces ante ab eccleſia Magdeburgenſi *titulo reemtionis* ſolum poſſediſſet, et per *Eugenium* papam *V.* Merſeburgenſi eccleſiae appropriare curauit, prout in bulla deſuper confecta plenius continetur.

Acquiſita epiſcopa- tui iure do- minii 1) Lauch- ſtet, 2) Scopau, 3) Lybenau, Guntherus archiep. Magdeb. Eugenii bulla de ac- quiſitione trium arci- um.

§. IX. Item pontifex a *Rudolffo* et *Iohanne Puſſen* allodium ante *caſtrum Lauchſtedt* ſituatum pro *mille* et *quadringentis ſexagenis* antiquis dicto caſtro adiecit. Inſuper *quadringentos florenos* annuatim in oppidis *Isleben* et *Heckſtedt* ſub redemtionis titulo pro *quinque millibus* et *octingentis florenis* emit. Item *tria millia florenorum* ſuper *uilla Wedemat* reemtionis titulo expoſuit. Neque ſilentio pertranſeundum eſt, eundem *aure-*

4) allodium ante Lauch- ſtaed ſitum, 5) Eisleben, 6) Heck- ſtedt, 7) uilla We- demat re- demtionis titulo. Eccleſiae ornamenta,

CAP XXXVI. IOHANN. 1431. *aurea crux, uaſa argentea, bombardae, Knappendorffer Teich, Feſtum 10000. militum uaſalli eccleſiae.*

ream crucem diuerſis *lapidibus pretioſis* ornatam pro *pectorali* comparaſſe. *Vaſa* quoque *argentea* pro uſu pontificis ad quantitatem quinquaginta marcarum meliorauit. *Otto bompardas* cum quibusdam *darrisbuchſen* contra inimicorum inſultus diſpoſuit. *Piſcinam* in *Knappendorff* fodere fecit. Feſtum quoque decem millium militum ſolennizauit. Inſuper uaſallos, quos nobilis dominus *Heinricus Kuchenus* de *Graitz* in diſtrictu *Lauchſtedt* ab eccleſia *Merſeburgenſi* in *feudum* habuit, pro trecentis et decem florenis comparauit.

Fundatio beneficiorum Boſen-Leben, altare 4. euangeliſtarum, antiphona,

§. X. Tandem ubi iam pro ſeculari ſtatu et gloria ſat deſudaſſe conſideraret, animum ad *ſpiritualia*, quibus lucernam ardentem inextinguibilem ueluti aſſuetam in perpetuum arſuram permitteret, applicauit, eo quod beneficia quaedam de propriis, quaedam ex teſtamentis fundauit. De propriis *altare* ſanctorum *quatuor euangeliſtarum* in eccleſia ſancti *Sixti* dotauit. Pariter et *antiphonam*: *ſalue regina*, ſiue aliam, congruentem tempori, in maiori eccleſia poſt *completorium* decantandam, inſtituit, de quo ſuccentor unam *nouam ſexagenam* habet, et ludimagiſter quadraginta groſſos, ſcholares uero duos pannos griſeos pro indumentis. In

quatuor miſſae in Laubeſtedt, altare in eccleſia S. Maximi, altare S. Gregorii,

caſtro quoque *Lauchſtedt* beneficium *quatuor miſſis* onuſtum hebdomatim erexit, ex teſtamentis autem primo domini de *Ztwochaw*, coquinarii ſui, altare in eccleſia diui *Maximi* fundauit. Ex teſtamento uero *Gwerwini de Miſna* officii ſui *altare S. Gregorii*

in

in *eccleſia Merſeburgenſi maiori* dotauit. Ex teſtamento autem cuiusdam ciuis Merſeburgenſis, nomine *Thomas Czigbock*, centum florenos ad *officium praedicationis* ſeu *praedicatoris* aſſignauit. CAP. XXXVI. IOHANN. 1431. *officium praedicationis.*

§. XI. Poſtremo *Iudaeos* incolas, circumiacentibus habitatoribus grauantes, ne dicam, depauperantes, admonuit, unum ex illis cum paruula filia ſacro fonte lauauit, uirginem ad *monaſterium Egle* dedit reformatum Deinde baptizatus, a caeſare *nobilitatus*, mulierem ingenuam duxit, unde iſti de *Koetſchaw* nominati originem habent. *Iudaeus cum filia baptizatus* Egle *mon. a Caeſare nobilitatur Nobilium de Koetſchaw origo.*

§. XII. Beneficiatos ad ſanctum Sixtum primam et nonam ſingulis diebus cantare coegit. Nam in antea nunquam, praeterquam in die aſcenſionis, decantari conſueuerunt. Sed quia in rebus diuinis faciendis obſeruatio gratior et acceptior Deo optimo ac maximo creditur, quaedam circa cerimoniarum morem inſtituit. *Ordinatio horarum cantionum et precum.*

PRIMO

Nocte chorum linquens ſacrata limina templi
Intraui ſuperis myſtica ſacra ferens,
Cumque ſacerdotum turba cantare parati
Nos matutinas fundimus ore preces.

Primo ut nocte intempeſta, *hora undecima* eccleſiae cathedralis, deinde *duodecima* in zenobio diui regni coeleſtis clauigeri, de poſt *hora tertia* in *delubro* caelit: *Sixti campanae* ſonarent, ordinauit, ut ſacris *initiati* ueraque religione imbuti ad *matutinas preces* decantandas expergiſcerentur, tempore uero antelucano

CAP. XXXVI. IOHANN. 1431.

hora quarta in aede diui Maximi, et *quinta hora* in cathedrali aede ſonum examento fieri ad ſacrificium primae mane celebrandum iusſit.

Reformatio monaſterii S. Petri.

§. XIII. Ad haec et alia facienda pius paſtor oues induxit. Tacendum non eſt, eundem praeſidem *tredecim annis* in *monaſterii S. Petri reformatione* deſudaſſe, perſuadendo *abbati Rudolpho* ceſſionem, in cuius locum *Caſparum Krumpen* promouit. Conſiderans autem deſidiam eius tam in temporalibus quam ſpiritualibus, ad obedientiam ad quoddam aeſtuarium in abbatia ire iuſſit, ut medio tempore in re tam ardua, quid agendum foret, deliberaret. Abbas uero ſpreta obedientia de monaſterio clandeſtine contumaciter exiens, literas *diffidatorias* minarumque plenas praeſuli remiſerat. Pontifex quoque abbatem, ut ad obedientiam rediret, monuit. Qua ſpreta, contra eundem epiſcopus iuridice proceſſit, eumque abbatia priuauit, et in locum ſuum *Heinricum Hoburck* praefecit, quia triennium in temporalibus nec non in ſpiritualibus bene praefuit.

Rudolphus abbas. Caſpar Krumpen.

Abbatis literae diffidatoriae ad epiſcopum, refractarius abbatia priuatur, in cuius locum ſurrogatur Heinricus Hoburck.

De carnium eſu monita. Boethius. Naſo.

§. XIIII. Tandem propter eſum carnium, a quo in perpetuum abſtinere deberet, ſponte ceſſit, non ponderans dictum *Boetii* in ſecundo de conſulatu: felix nimium prior aetas fidelibus contenta aruis pariter, neque Naſonis uerba Pythagorae philoſophi, eſum carnium deteſtantis in 10. 5. metamorphoſeos ponentis, inquiens:

Sareite mentales dapibus temerare nefandis,
Corpora ſunt fruges, ſunt deducenda ramos.
Pondera poma ſuo tumidaeque in uitibus uuae
Sunt herbae dulces etc.

De-

Deinde in locum *Heinrici Hoburgs Iohannem Honburg in Hersfelde* profeſſum in abbatem erexit. Qui *monaſterium* plene reformauit in ſpiritualibus, et temporalibus optime praefuit, tandem praeſul omnes libertates et iudicia ſecularia in uillis, tenore litterarum reſtituit, et centum florenos, quos monaſterio in reformationis inchoatione accommodauit, remiſit.

CAP. XXXVI. IOHANN. 1463. Iohannes Honburg abbas, monaſterii reformator.

§. XV. Dum uero *tribus* et *triginta annis* pontificatum feliciter adminiſtraſſet, *peſte*, cuius eo anno furor longe lateque ſaeuiebat, correptus *obiit*, poſt ſaluatoris noſtri natalem anno domini 1463. in hac ſacra aede prope diui *Mauritii altare*, quod olim ſub organo circa ultimam columnam fuerat, ſepultus in ſancta pace quieſcit. Cuius *ſigna* ac progenitorum *arma*, in aes inciſa columnae lapideae ut poſteris eſſent monumento affixa credebantur.

Epiſcopus peſte obiit 1463.

Eius ſepultura, inſignia.

§. XVI. Canonicorum nomina, a quibus *Iohannes Boſe* primus eſt epiſcopus electus, ſubſcribere libuit, ut hiſtoriae (habent enim neſcio quid barbari) inſerantur.

Canonicorum, epiſcopum Iohannem Boſen eligentium, nomina.

HEINRICVS MOLD
OTTO DE HAYM
CONRADVS DE GORSCHEN
IOHANNES KVTTER
HERMANNVS WOLFHEYM
CVNEMVNDIS BISSINGEN
IOHANNES HERTWERDE
THANIMO BVXTORFF
CONRADVS DONNERKORPFF.

Ius mortis rigidum eſt, et inexorabile fatum
Sunt ſua nullius fila tenenda manu.

Verſus in epiſcopi mortem.

CAP. XXXVI. IOHANN. 1463.

Nulla enim ſtirpis generoſae nomina magna,
Nullus honor gentis, gloria nulla domus,
Non decus egregium, non ulla potentia regni,
Corporis aut robur conſpicuusque uigor,
Nullae diuitiae poſſunt auertere mortem
Nec ſperare ualent triſtia fata necis.
Sic et Alexander *factis qui nomina magni*
Praeclaris meruit, funere raptus obit.
Quamuis ille foret praeſigni patre Philippo
Natus, et illuſtri matre creatus item.
Sic Cyrus *ipſe potens, ſic* Croeſus *abundans*
Occubuit, Romulus, Pompiliusque Numa.
Scipiades *fortes rapuit mors ſaeua domosque*
Cogit tartarias dicis adire nigri.
Iulius *et* Caeſar *cecidit, rerumque potitus*
Auguſtus, quanquam pacis amator erat.
Quare agite, humanis timide confidite rebus
Mortales, abeunt tempore cuncta breui.

Aliud Carmen.

Nil ita praecipuum, nil ſublime creatum,
Reges quin ſatrapas ferrea mortis tenent.
Sic cecidit Boſo, praeſul triginta poſt annos
Dum rexerat peſte conſpicuus uigor.
Euanuit uirtus, potuit prodeſſe nec Dei
Sincerus cultus, nec pietatis bonos.

Epitaphium Boſonis.

Epitaphium Boſonis.

Ille ego qui claris fueram maioribus ortus
Cui de Boſenſi ſtirpe creatus eram,
Hoc tegor heu tumulo moribundaque membra coepit
Hic mea ſarcophagus durus et oſſa premit.
Namque manu Lacheſis crudeli ſtamina rumpens
Vitae delicias abſtulit ipſa meae,

CAP.


XXXVII. JOHANNES De WERDER.
p. 449
XXXVIII. TILO De TROTA.
p. 431.
XXXIX. ADOLPHUS PRINC EPS ANHAL DINUS
p. 461.
XL. VINCENTIUS
p. 466.

CAP. XXXVII. IOHANNES DE WERDER TRICESIMVS SEPTIMVS EPISCOPVS.

CAP. XXXVII. IOHANN. 1463.

ab anno 1463. ad ann. 1465.

XXXVII. IOHANNES DE WERDER 1463.

Senex electus, eius uirtutes, ueſtitus.

POſt obitum reuerendi patris *Iohannis Boſonis* uenerandus dominus *Iohannes Werder*, huius eccleſiae et canonicus et praepoſitus, almi ſpiritus imploratione praehabita, per miſſarum ſolennia, concordi et canonica electione in pontificem noſtrae eccleſiae erigitur. Vir utique pius et manſuetus, etſi *ſenio* grauatus, communi tamen ſenum uitio non deditus. *Curtiſanus* uetulus, humilis tamen humili ueſte thalari flaui coloris incedens.

obſtinentia a pretioſa ueſte,

Claus Vltzſch. Schuba.

modeſta reſponſio.

§. II. Qui cum a conſiliariis perſuaſum haberet, quatenus *ueſtem pretioſam* compararet, ſi quando ipſum cum principibus aut maioribus natu fore contingeret, nobili ut ueſte trabeatus incederet, belliparium accerſiri fecit quidam nomine *Claus Vltzſch* conciuem, quanti *ſchubam* de *martyr* aut *ſabello* exhiberet, qualiterue ſiue pro quanta pecunia comparari poſſet, ſciſcitabatur, eo reſpondente pro *ſeptuaginta florenis* uel ſupra, fertur benignum praeſulem dixiſſe; *abſit a me ſanctorum Iohannis et Laurentii bona adeo perpere pro unica ueſte dilapidare, aries nobili uellere ueſtitus incedit de eiusdem generis pellibus, quae uulgo Cziſ. emaſchen uocitantur, fac du mihi ſchubam. Si quis elato*

CAP. XXXVII. IOHANN. 1465.

ſupercilio me non noſcere curat, eat res ut uolet ſtet opinione ſua contentus.

honeſtatis cultusque diuini obſeruans. *Sacerdotes ob defectum natalium reiecti.* *Hanns Iunge*

§. III. Praefatus pontifex non multo tempore rexit, quare parum efficere potuit; eccleſiae tamen *honeſtatem cultumque diuinum* magnopere curans, decantans illud pſalmiſtae: *domine, dilexi decorem domus tuae.* Nam ob honeſtatem eccleſiae ſacerdotes, *defectum natalium* habentes, de cathedrali eccleſia pariter et collegiata reiecit. Quendam enim nomine *Hanns Iunge*, in diui Sixti ſacello canonicum, ad permutandum coegit. Pariformiter dictae eccleſiae decanum doctorem *Bornis* quietum fore non ſinebat. Decanus autem in permutatione cum domino *Iohanne Weſtphalo* ſtante, cecidit ille bonus, pius et humilis paſtor, eccleſiaam ſuam atque epiſcopalem curiam in bona habitudine reliquit.

mors 1465. §. IIII. *Obiit* autem circa *feſtum Iohannis baptiſtae*, cum iam *biennis* et *tribus* fere *menſibus* in epiſcopatu ſediſſet. *Inſignia.* Cuius *arma*, ſub imagine S. *Iohannis* baptiſtae ſubtiliter ſculpta, in lapide columnae ultimae ex oppoſito Boſonis, ubi ſepultus quieſcit, affixa cernebantur.

Elogium.

Hic praeſul Werder duplnos rexerat annos
Tres menſes quoque, quia mors et uita cohaerent,
Ius mortis rigidum eſt et inexorabile fatum,
Sunt ſua nullius ſila tenenda manu.
Atropos en occat ſtamen, crudelior nihil
Hic iacet in puluere funere raptus obit.

Epitaphium.

Epitaphium Ioh. Werderi epiſcopi.

Aeternum qui mente coluit regemque Deumque
Clarus honore, ſimul clarus et ingenio.

Qui

Qui malisque grauis hoſtis cultorque bonorum CAP. XXXVIII. TILO 1468.
Werder exiſtens nobilis et humilis,
Sed breuitas uitae penſatur laude perenni,
Cuius in hoc tumulo membra ſepulta iacent.

CAP. XXXVIII.

TILO DE TROTA

TRICESIMVS OCTAVVS EPISCOPVS.

ab. ann. 1468. ad ann. 1514.

XXXVIII. TILO de TROTA 1468.

POſt tranſitum diui patris de *Werder* ſucceſſit magnanimus, animoſus atque cordatus *Tylo*, de *Trotenſium* familia cretus, eccleſiae Magdeburgenſis praepoſitus, huiusque eccleſiae canonicus, per formam compromiſſi in die Praxeolis in epiſcopum concorditer eleuatus, uir prudens, magni conſilii, mirae intelligentiae, in ſpiritualibus attentus, in temporalibus agilis et prouidus lateque fama dignus. Satis enim perſpexit, quod *uirtus* fere in *tribus* uertitur, quarum *una* eſt in proſpicienda, quid in unaquaque re uerum ſincerumque ſit, quid conſentaneum cuique, quid conſequens etc. *alterum* cohibere motus animi turbatos, appetitionesque obedientes efficere rationi. *Tertium* his, quibus congregamur, uti moderate et ſcienter, quorum ſtudiis ea quae natura deſiderat expleta cumulataque habemus. Per eos denique ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus, ulciſcamur eos, qui nobis

per formam compromiſſi electus, eius uirtutes.

CAP. XXXVIII. IOHANN. 1468.

bis nocere conati ſunt, poena afficiamus, quantum aequitas humanitasque patitur.

Ioh. Nauſtadt ob crimen in carcerem deiectus.

§. II. Etſi noſter praeſul ſingula bene et optime perſpexerit, et tanquam uir grauis et prudens, quantum potuit, ne quis in bona fama laederetur, cauit; nemo tamen ex omni parte perfectus, ideoque quo animo graue paſſione ductus, non ſatis perſpectum habetur, quod *Johannem Nauſtadt*, huius eccleſiae praepoſitum, de quodam crimine ſuſpectum, in carcerem deiecit. Tandem a uinculis ſolutus tempore uitae ſuae in praepoſitura non reſedit.

Eius bellum cum comitibus Mansfeld. et inſecuta pax.

§. III. Dum uero domini de *Mansfeld* praeſulem perſequerentur, quosdam *ſatellites* de ſuis et trecentis de Leipzig pro pecunia conductis, pontifex noſter in equo armatus, in confinibus comitum *de Mansfeld*, duobus tympaniſticis praecedentibus, ſicut leo circumiens, quaerens, exſpectansque, ſiquis rempublicem ſuam turbare uellet.

Aedificia exſtructa, arx epiſcopalis, piſcinae effoſſae, inundatio 1504. in ciuitate Merſeb.

§. IIII. De poſt firmata pace, animum ad *ſtructuram* uertit, aedificia aſt palatia quam alta quam magna quamque pulchra erexerat? Nemo qui uiderit, qui non diiudicet, omnes praedeceſſores ſuos ſuperaſſe, eo quod totam *arcem* ſiue epiſcopalem curiam coquina dempta conſtruxerat, *piſcinas tres* magnis ſumtibus effodi iusſit, binas in *Schladebach*, tertiam ante ualuam *Gotthardi* in Merſeburg, cuius agger anno domini 1504. per *inundationem* aquarum, et per incuriam atque negligentiam eorum, qui dentale in altum ducere neceſſitatis tempore deberent, neglectum, ut aqua curſum haberet,

ruptus

ruptus glacies deſuper mirae magnitudinis ſpisſitudinisque ac inſtar bompardae murum impegit, atque effringens patulam urbem magna ui et copia intrans ſtratam unam, nomine die *pettler gaſſen*, plures quoque hortos pulchros ita ſolo aequauit, ut non inueniretur ueſtigium aliquod. Ciuitatem quoque adeo impleuit aqua, quod niſi murus uerſus Salam, ultra quem aqua iam ceciderat, in quinque locis fractus foret, ciuitas ferme diruta iaceret. CAP. XXXVIII. TILO 1504. *Pettler Gaſſe.*

§. V. Simile quoddam longe ante in oppido *Plawen*, ubi piſcina nulla erat, in conſimili inundatione aquarum contigit, quae aquarum copia murum fregit, damnaque multa intulit. *Inundatio in oppido, Plawen.*

§. VI. Deinde paſtor bonus, ne domus ſua eccleſiae ſuae pretioſior uideretur, et ne quis ipſum magis ad ſecularia quam ſpiritualia, prout mortalium mentes agunt, inclinatum diiudicaret, longe lateque ſplendidiorem, comptiorem atque ornatiorem factitare laborauit, dicens in corde ſuo: *ecce noua facio omnia.* Ita nouae eccleſiae fundamenta in pontificali habitu, comite de *Barbey* praeſente, primum lapidem aptando iecit et poſuit, ſingulis quoque annis ducentos aureos ad ſtructuram dare promiſit et dedit. Poſt eius obitum largisſima manus illuſtrisſimi principis *de Anhald* moderni epiſcopi absque capituli auxilio conſtruxit et feliciter conſummauit. *Eccleſia noua extructa in Merſeb.* *Comes de Barbey.* *Princeps de Anhald epiſcopus Merſeb.*

§. VII. Ceterumque ſaepe fatus Tylo, ut a quouis conſummatus epiſcopus iudicaretur, muneris ſui (quod eſt ceteros religione praecellere) non immemor, *laborem* ingentem ueluti *Herculis* aggreſſus, in quo quatuordecim *Epiſcopi Tilonis labores Herculei per 14. ann.*

Ff 5 annis

CAP. XXXVIII. TILO 1505.

annis, ſicuti ex ore eius quidam audiuerunt, quoad effectum deduceret, elaborauit. Videns namque *uicarios* ſuos inaequales, ne dicam bifurcatos, in eccleſia ſua, *maiores* ſcilicet et *minores*, et quod numerus maiorum in duplo numerum minorum uicerat, cuius tamen contrarium in fundatione eccleſiae fuerat, et per hoc maiorum labor alleuaretur, et minorum grauaretur. Propterea rancor, lis, perpetuum odium, iurgia diuturna inter eos uerſabantur.

Vicariorum maiorum et minorum diſſidia ob labores.

Tentata inter eos aequalitas Hieronymi dictum.

§. VIII. Prudens atque magnificus pontifex diui Hieronymi dictum ponderans parte III. tractatu V. epiſtola ſexageſima quinta cap. 41. ubi ſic inquit: *nulla enim tam ſancta, tam iuſta et diu prouiſa eſt conſtitutio, quae in futuro plurimos non patiatur defectus, quae aliquando correctione non egeat.* Ob id aequalitatem in dies de anno in annum facere proponens. Sed canonicis renitentibus pariterque maioribus uicariis, qui ſe dominorum capellanos et minores domicellos appellabant, impoſſibile fieri aiebant. Tandem liberatis ponderatisque hinc inde laboribus inuenit aequalitatem poſſe induci. Praeſul quoque ſuis perſuaſionibus capitulum ad conſenſum traxit, et anno domini *1505.* feria VI. poſt natiuitatem beatae Mariae uirginis in praeſentia capituli et omnium uicariorum capitularibus ante epiſcopalem ſtubam cum epiſcopo ſedentibus. Etſi pius praeſul pro tunc adeo diſcrutiatur, quod loquendo intra ſe uix intelligi poterat. Inter cetera dixit, fiat unus paſtor et unum ouile, ſegregando moribundum a ualido, aequales uos facimus. * Abilem quoque unumquemque ueſtrum ad ſummum

1505. omnium conſenſu perficitur.

*) *i. e. habilem.*

mum

mum altare et ad cantandum et legendum omnia in eccleſia noſtra pronunciamus, promulgamus, ac decernimus in nomine patris, et filii et Spiritus S. *maioritatem* atque *minoritatem* in uobis extinguendo, De poſt usque in hunc diem in bona pace uicarii uixerunt. Deus ex alto pacis et dominus et amator hunc pontificem aeterna pace gaudere faciat.

CAP. XXXVIII. TILO 1505.

Maioritas et minoritas ſublata,

§. IX. Deinde *capellam*, ubi *quatuor miſſae* quotidie celebrantur, nuncupatam capella epiſcopi; ex teſtamento doctoris Bornis in delubro diui Sixti decani depingere, *crucem* quoque *magnam* ſuper altare paniſtarum tabulamque, ad quam paniſtae decem florenos dederant, fieri fecit. Ianuam uerſus arcem nouam facere curauit. *Imagines* uero b. *uirginis* in ſummo altari, *argenteas quoque* patronorum noſtrorum *Iohannis et Laurentii* nouo auro ueſtiri deſuper diſpoſuit. Altare annunciationis b. uirginis ſanctique Mauritii appoſito dotauit. Cetera etiam altaria in eadem capella ſi non morte praeuentus fuiſſet, meliorare propoſuit.

Capella epiſcopi, crux magna, imagines B. uirginis, Iohannis et Laurentii argenteae,

§. X. Bonitas tamen moderni epiſcopi *Adolphi*, principis sereniſſimi ad *Anhald*, intentionem praedeceſſoris per meliorationem trium florenorum ſancti *Stephani* atque *Eliſabeth* ſeorſum adimpleuit. Huius principis *bonitatem* reuerendus epiſcopus *Tylo* trutinans, in *coadiutorem*, capitularibus annuentibus, elegit, et re uera bonus, pius et manſuetus, uerus Iſraeliti, in quo dolus non eſt, bonitatem enim his, qui in eum non conſenſerunt, ſecundum euangelicum dictum, *inimicis tuis benefac*, multifarie oſtendit.

Principis Adolphi Anhaldini, epiſcopi Merſeburg. munificentia, ob quam coadiutor aſſumtus a Tilone.

§. XI.

CAP. XXXVIII. TILO 1505.

Nomina canonicorum principem Anhaldinum in coadiutorem eligentium.

§. XI. Nomina uero illorum, qui praementionatum principem ad Anhald in coadiutorem et pontificem elegerunt inſerere curaui.

Dominus Gregorius Steynbrecher utriusque iuris doctor, huius eccleſiae decanus.

Dominus Balthaſar de Nauſtadt eccleſiae Halberſt. praepoſitus.

Nobilis de Quernfurt eccleſiae Halberſtadenſis decanus.

Guntherus de Punau Eſterwergenſis I. Pontificii doctor eccleſiae Magdeburgenſis decanus, pro nunc Sambienſis epiſcopus.

Iacobus de Pendorff.

Alter Guntherus de Pûnau, eccleſiae Numburg. decanus.

Martinus Furmann de Conitz S. Theol. Doctor, Cancellarius.

Iohannes Knolleyſſzennenſis de Allenſteyn S. Theol. Profeſſor.

Iohannes Montagk,

Ernfridus de Lewtzſch.

Omnes eccleſiae huius Canonici etc.

anno epiſcopi XL. Wilhelmus Rider in ducali diaeta cum 50. armatis prope Collenbey inuadit et captiuos decanum Vincent. de Schleynitz et Caſp. Weichsler Syndicum

§. XII. Poſtremo quando dictus praeſul ad *quadraginta annos* ut pontifex rexerat, in ſuo ultimo ſenio quidam atrox praeſumtuoſus, ne dicam deſperatus, inimicus, *Wilhelmus Rider* nomine, pro leui pluma atque nullius aeſtimationis cauſa inſurrexit, et in quadam ducali *diaeta* armata manu cum *quinquaginta* fere *armatis* equitibus, noſtris ignorantibus, prope *Colenbey*, noſtros, ad diaetam miſſos, inermes gladiatorio inuaſit, ac imo ferro appetiuit, laeſit et ad ultimum captiuauit, uidelicet dominum *Vincentium de Schleynitz*, huius eccleſiae decanum, dominum *Caſparum Weychſſler*, ſyndicum

dicum capituli et ſecretarium et cancellarium, quos fide data in domos eorum captiuos de non exeundo, quoad reſcriberet, remiſit. Ex *uaſallis uero ſex* captiuos, prius tamen fide data, ad tabernam *Nauenkirchen* deſtinauit, e quibus *Lebrecht Boſe*, coquinarius unus, alter *Baſtian Cloden* ſenior, *Gregorius* et *Albertus Schlegell*, *Hanus* de *Groſchen*, *Georg Wolff*, *capitaneus* uero *Georg Boſe* emittendo equum in caſtrum Lybenau uix euaſit. Ipſe autem inimicus non ſine magno damno per capitaneum in Delitſch, cui factum per explorationem *Harſtall* nomine denunciatum, in quadam uilla ſibi illatum aufugit.

CAP. XXXVIII. TILO 1505. *et alios uaſallos. Nauenkirchen.*

Capitaneus in Delitſch.

§. XIII. Si quis pro tunc pontificem ita *conſiliariis* denudatum uidiſſet, quod adeo prudenter ſe uelut tetragonus oſtenderat, qui quocunque proiicitur, recte ſtat, et quod ita aequanimiter in proſperis et aduerſis ſe habuerat. merito eum ſapientem, animoſum atque cordatum appellet. Nuntio enim de captiuitate dictorum habito, mox armatos quosdam ex ſuis uaſallis, de prope exiſtentibus, ci uibusque in equis et curribus uerſus *Nauenkirchen* miſit, ubi ſex captiuos uaſallos reciproce captiuatos et in curru ad caſtrum in *Merſeburg* aduexit, quos in arce a feſto Viti usque ad feſtum ſanctae Barbarae captiuos tenuit.

Epiſcopus conſiliariis denudatus

ſex alios uaſallos reciproce captiuat.

§. XIIII. Pro tunc enim diuulgabatur, qui ſaeuus ille atque infidelis inimicus *Rider* feria V. ante Barbarae in conticinio de caſtro Mansfeld equitans, de ponte cum equo, quo ſpiritu, Deus nouit, et ſancti noſtri patroni, in lapideum foſſatum ſatis altum, *deiectus miſerrime interiit.*

Rumor de Rideri miſerrimo interitu

interiit.

CAP. XXXVIII. TILO 1505. *conatus Merſeburgum depopulandi.*

teriit. Vtinam eccleſiarum inuaſores factum illud reuoluerent, et, ut fertur, antea in uigilia *Bartholomaei* praementionatus inimicus ciuitatem *Merſeburg* depopulare atque deuaſtare intendens non ſine modica comitiua, exploratione habita, per ualuam immunitam, etſi ſemper clauſam, uerſus uineas reſpiciens, intrare proponens, et indubie coeptum in finem deduxiſſet, ſi non altitonans noſtrique patroni dominum *Adolphum* principem ad *Anhald*, modernum pontificem noſtrum, pro tunc coadiutorem, de legatione, ubi cum caeſare fuerat, proſpere ab Hallis reduxiſſet. Qui nobili atque eleuato ſuo *conſilio* dicti *Rideri propoſitum* accurate diſſoluit.

Adolphus redux a legatione Rideri propoſitum diſſoluit.

Tilonis diuitiae. Acquirit epiſcopatui Leipzig, Weiſſenfels, Rochlitz, Weiſſenſee.

§. XV. Tandem praeſul noſter *Tylo* grandaeuus ob pacis amorem plurima millia florenorum duci *Georgio* ad *Friſones* pro expetitione eorundemque ſubiectione eunti ſub reemtionis titulo pro tunc et ante ſuper quaedam oppida dedit. Videlicet *Leipzig* cum quibusdam uillis prope *Weiſſenfels*, *Rochlitz*, *Weiſſenſee*, ita quod ſumma capitalis groſſa aeſtimatione, qua epiſcopatum auxit, connumerando eam pecuniam, quam uaſallis ſuis ſub reemtionis titulo dedit, ultra *ſexaginta millia florenorum* extendit. Anne talis ac tantus praeſul iure ſit laudandus et ſuper ſidera merito extollendus eſto? quod aliquando quicquam commiſerit, quod culpandum foret, homo fuit, et ut homo errare potuit, non omnia poſſumus omnes.

Tilonis obitus 1514. anno pontificatus ſui 48.

§. XVI. Poſtremo et ultimo quum pontifex noſter hic maximus fere *48. annis pontificatum* feliciter adminiſtraſſet, in longaeua ſenectute

ctute quinta Martii, quem ſemper timebat, in prima facie cancri anno domini *1514. obiit.* Qui ſolutis corporis ſui compagibus in altiſſimum coeleſtis aulae domicilium, unde hic miſſus erat, ut urbem tueretur, euolauit. Ita enim rempublicam ſuam conſeruauerat, adiuuerat, auxerat, ut definitum in coelo locum, ubi beati ſempiterno aeuo fruuntur, mereretur. In cuius tranſitu modernus praeſul princeps clariſſimus flexis poplicibus orationem pro animae ſalute fuderat, ut nulli haeſitandum ſit ſpiritui conductum dediſſe.

CAP. XXXVIII. TILO 1514. *Eius laudes poſt cinerem, panegyris a principe Anhaldino habita.*

§. XVII. In hac ſacra aede in *capella*, quam decorare monumentumque longe antea facere curauit, beatiſſime quieſcit. *Signa* eius ac *progenitorum* ſuorum nedum in pariete, ubi eius imago coram ſancta trinitate oranti ſimillima ſplendido auro mira arte deaurata arma pariterque poſt altare *Eliſabeth* ſuper ſepulchro in auraculo, ut poſteris ſint monumenta fuſa, affixa cernuntur.

Sepultura, inſignia,

§. XVIII. Moriens autem hic praeſul multam frumentorum, uini, pecuniarum, ingentes theſauros et cuiuslibet ſuppellectilis copiam poſt obitum reliquiſſe fertur. Vnde praecipuam et maximam amplificandae commoditatis eccleſiae ſuae curam adhibuiſſe liquido conſtat.

theſauruſ poſt mortem relictus.

CARMEN AD CHRONICAM EIVSDEM TYLONIS de TROTA.

Carmina.

Moribus egregius, uerbis uultuque uenuſtus
Polluit ingenio conſilioque fuit,

Opti-

CAP. XXXVIII. TILO 1514.

Optimus et maximus exſtabat pontifex Tylo
Turbine uallatus mors inimica uenit.
Praefuit is octo praeſul quadragintaque annis
Labitur tunc Romulus Pompiliusque Numa.

Epitaphium.

EPITAPHIVM EPISCOPI
TYLONIS de TROTA.

Corpus hoc tumulo magni Tylonis humatum
Contegitur, claro qui fuit ingenio,
Doctrinae antiſtes rerum mirabilis auctor
Quem fortuna neci tradidit immeritae.
Viuit et ingenti pollet cum laude per orbem
Aſpice, quo iaceat conditus ille loco.

Titulus principis Anhal. d. ADOLPHI.

REVERENDISSIMVS IN CHRISTO PATER, ILLVSTRIS PRINCEPS ET DOMINVS DOMINVS ADOLPHVS, PRINCEPS AD ANHALD, COMES ASCHANIAE ET DOMINVS IN BERNEBVRG, TRICESIMVS NONVS ECCLESIAE MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS.

ADPEN-

CAP. XXXIX. ADOLPH. 1514.

ADPENDIX
CHRONICI NOVISSIMORVM EPISCOPORVM MERSEBVRGENSIVM
ab an. 1514. ad an. 1721.

CAP. XXXIX.
ADOLPHVS
PRINCEPS ANHALDINVS TRIGESIMVS NONVS EPISCOPVS MERSEBVRGENSIS.
ab ann. 1514. ad ann. 1526.

Tilone de Trota mortuo, ſucceſſit Princeps ANHALDINVS ADOLPHVS, quippe qui iam antea a Tilone anno 1507. coadiutor poſtulatus, a Iulio II. papa tertio nonas Iulii confirmatus ab eodemque, uiuo adhuc epiſcopo, ſucceſſor deſignatus erat. *Natiuitate* fulget ac *uirtute*. Ortus enim eſt ex illuſtrisſima principum Anhaldinorum familia, anno 1458. in die S. Galli in lucem editus. Statim a pueris litteris incubuit, anno 1471. academiam *Lipſienſem* ſtudiorum cauſa uiſitans, in qua ipſe poſt obitum Rectoris M. *Nicolai Chyr* 1475. *rectoratum* gesſit, et ſic gradatim ſummum epiſcopi faſtigium adſcendit. Namque initio *canonicus Hildesheimenſis*, poſt *praepoſitus Magdeburgenſis* factus, anno 1489. a Tilone *ſubdiaconus*, mox *diaconus*, tandem 1490. *presbyter* ordinatus.

XXXIX. ADOLPH. PRINC. ANHALD. 1514. — *natiuitas; litterae, dignitates,*

§. II. A Tilone, ut antea dictum, coadiutor

CAP. XXXIX. ADOLPH. 1517. 1525. *proficiſcitur Romam, a Iohanne Cizenſi ep. conſecratus, expellit Iudaeos.*

aſſumtus, anno 1513. *Romam* proficiſcebatur, inde redux ſupplices Deo agit gratias, quod in itinere ſaluus incolumisque ſeruatus eſſet. Paulo poſt moritur Tilo, ſed *Adolphus*, iam a *Iulio II.* papa ſucceſſor deſignatus, a *Iohanne*, epiſcopo *Zizenſi*, *conſecratur*, qui ſtatim poſt ſuam conſecrationem omnes Iudaeos, ſubditos ſuos grauantes, Merſeburgo exulare iusſit.

Eius uirtutes.

§. III. Erat ſtaturae minoris, ſed animi excelſi, ſummae auctoritatis, ac munificentiae, caſtitatis ac pietatis amans, pauperibus largiens, concionator cordatus ac ſummus theologus. In adulteros et ſcortatores grauiter animaduertebat, tam clericos quam laicos, aulicos non niſi pios alebat, in probos benignus, auſterus in improbos, tenax iuſtitiae, ſuum cuique tribuens, litium protractiones abominans, finiens anteceſſorum ſuorum iurgia, hinc omnibus ſubditis amabilis ac charus.

Aedificia exſtructa, puteus, turris Lauſenſis, eccleſia Koeſchlitz 1516. campana in Doblitz 1517. mercatorum aedificium 1524. templum S. Nic. 1525.

§. IIII. Non minorem curam in exſtruendis et reſtaurandis aedificiis adhibuit. Eo enim praeſidente, capitulum *profundum puteum in area ſcholae* anno 1514. effodiendum curauit. Eodem anno *turris eccleſiae Lauſenſis*, quae matricis *Marckranſtedtenſis* filia eſt, aedificata. Anno 1516. nobilis *Otto de Zweyna eccleſiam* in pago *Koeſchlitz* exſtruendam iusſit. Anno 1517. magna eccleſiae *campana* in pago *Doblitz* prope Salam fuit fuſa, cuius inſcriptio haec: *Anno Domini M. CCCCC. XVII. Anna.* Anno 1324. *Merſeburgi mercatorum aedificium* in foro exſtructum. Anno 1525. epiſcopus Adolphus *templum S. Nicolai Lipſiae* dedicauit.

§. V. Quamuis autem reuerendisſimus noſter

ſter epiſcopus tam pietatis in Deum, quam pacis in omnes fuerit amantiſſimus: multa tamen triſtia ac funeſta bella, eo uiuente, ſunt exorta. Vt enim nihil dicam de bello, 1519. inter *Henricum iuniorem*, ducem *Brunſuicenſem* eiusque auunculum ducem *Luneburgenſem* ac epiſcopum *Hildesheimenſem* orto, item de eo, quod anno 1522. Imperator Turcicus *Solymannus Tſaccus* cum chriſtianis geſtit, quo inſula *Rhodus* miſerrime fuit deuaſtata, nec de eo, quod anno 1524. in *Franconia*, occaſione foederis Sueuici exarſit; ſilentio tamen non praetereundum eſt ſeditioſorum ruſticorum bellum, quippe quo epiſcopatus Merſeburgenſis triſtia fata fuit perpeſſus.

CAP. XXXIX. ADOLPH. 1519. *Bella inter Heinricum D. Brunſu. et Luneburg. 1519. Turcicum, 1522. Franconicum 1524.*

§. VI. Exortum eſt hoc bellum anno 1525. poſt feſtum paſchatos. Multi enim ruſtici in *Franconia, Thuringia, Sueuia, Alſatia, Rheno*, aliisque locis in magiſtratus inſurgebant, hinc inde omnia depopulantes ac deuaſtantes. His adiungebant ſe infruniti plures ex pagis epiſcopatus Merſeburgenſis *Niederwuntzſch, Raſenitz, Spergau, Kirchdorff, Tragart* aliisque. Nam *Iohannes Teucher* ac *Ioſephus Jentzer* anteſignani, ob compoſitos quosdam articulos, Adolfi epiſcopi ac capituli odium in ſe ciuesque ſuos Merſeburgenſes concitabant, cum de nouem ex iis penes *Georgium Ducem Saxoniae* ſe grauarent. Ruſticorum plerisque *Franckenhuſae* caeſis, *Georgius* dux *Saxoniae* anno 1525. die Veneris poſt feſtum pentecoſte una cum *quingentis equitibus totidemque peditibus Freyburga Thuringorum* Merſeburgum petebat. Eo aduentante, nobilis *Erneſtus de Schoenburg*

Seditio ruſticorum 1525. inter quos ex pagis Niederwuntzſch, Raſewiz, Spergau, Kirchdorff, Tragart. anteſignani illorum clades.

CAP. XXXIX. ADOLPH. 1522.

Nieder-wundſch uaſtatur. *burg* pagum *Niederwundſch* depopulandum, duoſque ruſticos nomine *Clauſ Baltzſch* ac *Erhard Praſt* captiuos Merſeburgum deducendos iuſſit. Ipſa in ciuitate *octo ciues* captiui detinebantur, capite truncati omneſque in uno ſepulchro ſepulti. Capitaneus principis, nobilis *Hanſ de Thune*, una cum centum equitibus ac ducentis peditibus Spergau ac Kirchdorff pagos ingrediebatur, in *Spergau* tres, in *Kirchdorff* duo ruſtici capite plexi ac in uia ſepulti ſunt, pago *Spergau*, 160. *Kirchdorff* 40. florenorum mulcta iniuncta. Feſto Trinitatis eiusdem anni Georgius dux Saxoniae *Merſeburgo Lipſiam* progrediens, ciuitati *Merſeburgo tex millium florenorum* mulctam iniungit contribuendam. Praeterea epiſcopus *Adolphus* a debito octo millium florenorum, quos *Albertus* dux *Saxoniae*, ducis *Georgii* parens, ab epiſcopo *Tilone* mutuo acceperat, et propter quos praefecturam *Weiſſenſee* oppignorauerat, eundem ducem liberauit.

octo ciues truncati. *Hannſ de Thune capitaneus, mulcta in pagis Spargau, ac Kirchdorff, Merſeburgi mulcta. liberatio debiti.* *Weiſſenſee.*

Grando immanis 1522. §. VII. Funeſtum quoque ſpectaculum ciuitas Merſeburgum fuit perpeſſa, cum anno *1522.* tam *horrendus grando* decideret, ut omnes aedium ſacrarum profanarumque feneſtrae uerſus occidentem ac ſeptentrionem effringerentur, domorum tecta retegerentur, oues, aues, anſeres, gallinae occiderentur, ac ſegetes laederentur. Grandine implicatus fuit imber ac uentus uehementiſſimus.

Reformatio Lutheri. 1717. §. VIII. In tempora epiſcopi noſtri incidit *D. Martini Lutheri reformatio*, quam anno domini 1717. incepit, cum *Wittebergae* ad aedium ſacrarum ualuas theſes ſuas contra indulgenti-

as Leonis X. pontificis publice affigeret. Initio noſter epiſcopus *Luthero* admodum *aduerſabatur*, praeſertim in colloquio, quod *Lutherus* Lipſiae cum *D. Eckio* habuit. Poſtea uero cum eius ſcripta, a Luthero eidem transmiſſa ac dedicata, deliberato animo perlegiſſet, eius cauſam fouere cepit. Cum enim coram eo quidam *Lutheri dogmata* et praecipue articulum de iuſtificatione peccatoris coram Deo perſtringerent: poſt aliquod ſilentium ſecum reputans, in haec uerba tandem erumpit: *Quid? num has doctrinas nouas dicitis? an obliti eſtis, quod in pſalterio legimus. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens, omnis uiuens, omnis uiuens.*

CAP. XXXIX. ADOLPH. 1526. *Adolphus Lutheri aduerſarius, colloquium cum Eckio. poſt fautor.*

§. IX. Poſtquam igitur *duodecim annos* eccleſiam ſuam ſumma cum laude *rexiſſet*, mortis hora aduentante, clerici ac monachi eum uiſitabat*, omnia ſua bona opera ac merita eidem offerentes, inſuper S. *Laurentii* cruciatus, ceterorumque ſanctorum interceſſiones ac deprecationes in auxilium ſuae ſalutis. At enim reſpondebat: *faceſſite! ſpes mea ſola Chriſtus*, item *Ieſus Chriſtus eſt teſtamentum ac iuſtitia mea.* Hac fiducia fretus anno domini *1526. 23. Martii*, die ueneris ante feſtum *annunciationis Mariae*, hora ſeptima ueſpertina, in domino beate obdormiuit, in capella epiſcopi ſepultus.

annos XII. praefuit. Chriſti merito fretus obiit 1526.

§. X. In eius honorem in *altari omnium ſanctorum* ad parietem uerſus ſeptentrionem epitaphium deauratum fuit extructum, in quo haec exarata:

Epitaphium.

CAP. XL. VINCEN. 1526.

D. O. M.

ADOLPHI EPISCOPI MERSBVRGENSIS PRINCIPIS AD ANHALT GENEROSISSIMI EPITAPHIVM.

Hic ſitus eſt princeps alto de ſanguine ADOLPHVS,
Gentis Anhaldinae *gloria, nomen, honos.*
Antiſtes ſuperis caſta qui mente litabat,
Et ſacra ſpargebat ſemina Chriſticolis.
Iam diuos inter foelix laetatur olympo
Atque in uirtutis praemia digna capit.

Obiit anno 1526. d. 23. menſ. Martii.

CAP. XL.

VINCENTIVS

QVADRAGESIMVS MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS.

ab ann. 1526. ad ann. 1535.

XL. VINCENTIVS DE SCHLEVNITZ 1526.

VINCENTIVS DE SCHLEVNIZ, capituli *Merſeburgenſis decanus* et *canonicus Numburgenſis* ex familia nobili eſt ortus. Locus, ubi natus, non procul ab urbe Numburgo ſitus, in domo nobilium ab *Eylau* dictorum. *familia*, Adhuc iuuenis *Lipſiae* anno 1485. litteris incubuit, ubi etiam *ſtudia*, *baccalaurei* et anno 1489. *magiſtri* titulum ac gradum academicum conſecutus. Admodum celebris fuit tam inter *Merſeburgenſes*, quam *Numburgenſes* canonicos. *Numburgi* enim inſtituit, ut ſingulis diebus *ſabbathi hora ueſpertina* caneretur. *O Domine Ieſu! adoro te in cruce* etc. *horae canonicae Numburgi inſtitutae*, quem in finem ſortis centum florenorum uſuras permiſit fruendas. Hinc ob praeclare geſta anno domini 1526. die martis poſt dominicam quaſimodogeniti, unanimi ca-

capituli conſenſu ac uoto, epiſcopus Merſeburgenſis fuit electus. CAP. XL. VINCI N. 1526. *electio in epiſcopum.*

§. II. Animo fuit *leni* ac *benigno*, *pietate* in Deum admodum clarus, *rei familiaris* et peritiſſimus et tenaciſſimus, modica ſorte *contentus*. Epiſcopus conſtitutus, *miniſtros* in aula alebat perpaucos, ſuppeditando iisdem ſalarium ampliſſimum. *Eius uirtutes.*

§. III. Coeptum a praedeceſſore ſuo, *Tilone de Trota*, opus abſoluit. Cum enim dictus epiſcopus anno 1512. *portam regiam* dictam extrui curaſſet, noſter *turrim* eidem adiacentem exaltauit. Interiorem uero *Gothardi portam* anno 1529. communiuit. De qua porta fabula fertur, S. *Gothardum* una cum *Heinrico I.* imperatore, cuius capellanus erat, anno 933. per hanc exiiſſe, cum Hunnis dimicaturus, in cuius honorem poſt capella prope hanc portam fuerit aedificata. Similiter *mercatoriam domum* in foro ſitam, ſub *Adolpho* epiſcopo anno 1524. aedificari coeptam, anno 1528. conſummauit. Inſigne hoc aedificium hac inſcriptione fulget: *Diuerſa pondera diuerſaeque menſurae abominationi ſunt Iehouae aeque utraque*, adſcripto anno atque epiſcopi ac ciuitatis inſignibus. Anno ſequenti 1529. *templum* in caſtro Scopau fuit exſtructum. *Arci epiſcopali* ultimam adiecit manum, dum ad cibos praeparandos culinam ad cereuiſiam coquendam particularem domum, ſtabulum ad alendos equos, ad panem pinſandum piſtrinam, aptauit, in pago uero Libenau *lateritiam domum*, et tandem anno 1531. muros in oppidulo *Luzena* reparauit. *Aedificia exſtructa porta regia, turris, porta Gotbardi, domus mercatoria, templum in Scopau, arx epiſcopalis, muri Luzenae.*

§. IIII. Caeterum quamuis epiſcopus noſter

CAP. XL. VINCEN. 1535

Purior doctrina ſub Vincentio ep. nulla incrementa cepit.

ſter laudabilia geſſerit plurima, attamen a *Luthero purgata doctrina purior nulla* ſub eodem cepit *incrementa.* Equidem ciuium plerique Lutheri cauſae fauebant, eius doctrina imbuti, *aduerſante* tamen *epiſcopo* et in primis *duce Saxoniae Georgio*, uere credentium numerus erat abſconditus, tantum abeſt, ut publicum religionis exercitium iis fuerit permiſſum, ut potius perſecutiones paterentur grauiſſimas. Hinc perſpicaciores autumant, Deum optimum maximum epiſcopatum uiſitaſſe, cum *bello* occaſione *ſeditioſorum ruſticorum* orto tam horrendum in modum idem fuerit uexatus ac ſpoliatus, ac *multa hominum millia* tam *bello* quam *peſte*, quae anno *1524. 1528. 1536.* graſſata eſt, perierint.

Peſtis 1524. 1528. 1536.

Praefuit IX annis. Eius conſiliarii, Conradus Krafftius Georgius Reuter, mors 1535. theſaurus relictus,

§. V. Tempus, quamdiu VINCENTIVS epiſcopatui praefuit, eſt *nouem annorum*, unice conſiliis *Conradi Krafftii* et *Georgii Reuteri* uſus, quorum ille epiſcopo a cubiculis, hic a uectigalibus et urbis praetor erat. Cuncta horum nutu regebantur, quinimo epiſcopus ipſe ab eisdem dependebat. *Obiit* autem anno *1535.* dominica palmarum die 21. Martii, ingentes theſauros relinquens, et quidem *pecuniam parutam 33000. florenorum*, ac granaria frumentis pleniſſima. Corpus in media cathedrali eccleſia coram *baptiſterio ſepultum*, in pace quieſcit.

ſepultura.

CAP.


XLI. SIGISMUNDꝰ
De LINDENAU.
pag. 469.
XLIII. MICHAEL
SIDO NIUS.
pag. 486.
XLII. AU GUSTꝰ
DUX SA XONIÆ
postulatꝰ Administ.
p. 474.
p. 494.
p. 498.
XLVII. JOHANNES
GEORGIUS. I.
pag. 508.

Digitized by Google

CAP. XLI. SIGISMVNDVS DE LINDENAV

CAP. XLI. SIGISM. 1535.

QVADRAGESIMVS PRIMVS MERSEBVRGENSIVM EPISCOPVS.

ab anno 1535. ad ann. 1544. *XLI. SIGISMVNDVS DE LINDENAV*

VIncentio de Schleunitz mortuo, canonica electione anno *1535.* die lunae *13. Aprilis* a capitulo eligitur SIGISMVNDVS SECVNDVS, capituli Merſeburgenſis *decanus*. Fuit ex *nobili de Lindenau familia*, animo leni ac benigno. Aula eius nitida *morum honeſtate* fulgebat. Canonicorum amicitiam ac familiaritatem ſibi conciliabat, contractam colebat, ac confirmabat. *aliis II. 1535. familia*

§. II. His enim ſuaſoribus auctoribusque collapſa reſtaurauit, ac noua ſuperſtruxit aedificia. Tempore quidem *Adolphi* epiſcopi *eccleſia cathedralis* anno 1517. ſolenniter fuit *dedicata*; ſed ſub noſtro eius *ueſtibulum* lapideis fornicibus cameratum, opera architecti *Iohannis Moeſtelii*, conſulis Merſeburgenſis, uſus, quippe qui itidem *maiorem* dictae eccleſiae *fornicem* perfecit. *Apicem* quoque *turris* meridiem uerſus anteriorem in dicta eccleſia anno 1536. extolli curauit, opera architecti, ciuis *Nicolai Boehme* uſus. Eadem cura arcem in oppidulo *Luzena* reſtaurauit, in arce uero *Skeuditz* aedificium exſtruxit. *Aedificia exſtructa eccleſiae ueſtibulum, apex turris, arx in Luzen, Skeuditz.*

§. III. Quod puriorem doctrinam attinet, eadem ſub hoc ac anteceſſore ſuo ſuſtinuit fa- *Aerarium ſanctius*

CAP. XLI. SIGISM. ta. Equidem ſub noſtro praeſule anno 1544. aerarium ſanctius eccleſiae S. Maximi ad ſacerdotes ſuſtentandos, aedificia templi reſtauranda, ac pauperes alendos inſtitutum. Eodem quoque anno fundamenta *gymnaſii electoralis* in ciuitate Merſeburgenſi iacta et, ut ſeptuaginta ſcholares alerentur, prouiſum. At enim praeſul ipſe *purioris doctrinae perſecutor* manſit acerrimus, *pontificiorum* uero *fautor* ac patronus maximus. Cum enim anno 1543. poſt feſtum baptiſtae euangelicum praeconem primum, nomine *Laurentium Reinhardum* Lipſienſem, S. S. theologiae licentiatum, ciuitatis conſules introducerent, ut una cum diacono ſuo, *Nicolao Schmidio*, antea monacho Erfurtenſi, poſt euangelico parocho Würtenbergenſi, puriorem doctrinam docerent, ac ſacram coenam ſub utraque adminiſtrarent, *Sigiſmundus* epiſcopus id aegre ferebat. Penes Carolum V. imperatorem ciuitatem accuſans, mandatum caeſareum impetrabat, quod eo ipſo die, quo Licentiatus Reinhardus inueſtiebatur, ciuitati eiusque ſenatui inſinuandum curabat. Quid quod? *Heinricum, ducem Brunſuicenſem*, ligae ſanctae coryphaeum, contra ciues inſtigabat, eius auxilium implorans, ut de ciuibus ceu *rebellibus uindictam* ſumeret. Ingruente hoc anno 1543. peſte, qua *diaconus* die 22. Auguſti periit, *Laurentius Reinhardus* hinc emigrabat, epiſcopo uincente ac coeptum religionis opus ad obitum uſque impediente. Dictus *diaconus* in *S. Maximi aede* ſepultus quieſcit.

1544. gymnaſium.

Epiſcopus perſecutor Lutheranorum.

Laur. Reinhardus,

Nic. Schmidius primi concionatores euangelici.

Carolus V.

Henricus D. Brunſu.

Sacricola §. IIII. Accidit etiam antea anno 1539. ut *ſacricola* quidam in uilla *Marck - Ranſtaedt*, nomine

mine *Iohannes Limmer*, audito, prima feria pentecoſtes *Lipſiae reformationem*, auctore *Heinrico*, *duce Saxoniae*, coepiſſe, ſequenti feria tertia doctrinam euangelii, a Luthero reſtauratam, palam pro ſuggeſtu *contumelioſis proſcinderet iniuriis*. Sequenti nocte hora ſecunda antelucana *cubiculum fulget*, eo tamen illaeſo; horas ſuas, ut moris, cantaturus, ad legendum ſe ſentit incapacem. Hoc in ſtatu per ſex annos degit, per uias ambulat, omnia obiecta cognoſcit, etiam minima cernit, ad litteras legendas usque ad uitae exitum prorſus inhabilis factus. *Poenitentia* ductus anno 1545. *puriorem doctrinam* agnoſcit atque aſſumit, poenitentiam auditoribus praedicat, doctrinam uita confirmat, eius contemtum diſſuadet, ad eam amplectendam adhortatur, anno 1553. uita functus.

CAP. XLI. SIGISM. 1536. *Ioan. Limmer calumniator, diuinitus monitus*

poenitentiam agit.

§. V. Sunt et alia *triſtia fata*, quae huius antiſtitis tempore contigerunt. Cum hoſpes quidam in oppido *Luzena* an. 1536. a pago *Meiſchau* prope ciuitatem Merſeburgenſem *quadrigas foeno* oneraret, illud domum adducturus, in itinere foenum ardere incipit: *currus* cum foeno, funibus diſciſſis, *igne conſumtus*. Cauſam huius caſus augurant; quod mendici uagantes ex improuiſo carbonem ardentem foeno iniecerint. *Anno 1536. S. Laurentii* ueſpera *immanis* decidit *grando*, quo ſegetes, arbores, uites laeſae, feneſtrae fractae, corui, milui, anates, fulicae occiſae. *Anno 1539.* die 6. Ianuarii *imber decidens* cum torrenti coniunctus maxima damna dedit, praeſertim in campis *Nieder-Grickſtaed* dictis. Huic *torrenti* circa oppidum

Fata triſtia quadrigae foeno onuſtae igne conſumtae, 1536.

grando immanis, 1536.

imber,

Lauch-

CAP. XLI. SIGISM. 1542. 1539. *inundatio*, *piſcina Knappendorffenſis*, *uehemens gelu*, *aeſtas*, *fames*.

Lauchſtaedt alius influebat. *Aggere Lauchſtaedtenſi* rupto, in pago *Bündorff* 546. oues, 21. uaccae, 33. porci, 13. tuguria ruſticorum, 9. horrea cum 14. hominibus perierunt. Huic malo accedebat, quod *piſcina Knappendorffenſis*, piſcibus morientibus, fuerit diruta, quam *Sigismundus* reparauit. Hoc anno tam *uehemens gelu* hieme extitit, ut homines ac pecudes perirent. E contrario anno 1536. tantus *aeſtus ſolis*, ut arboreta in ſyluis accenderentur. De *fame* anno 1539. exorta notae ſunt *Lutheri* litterae, ad electorem Saxoniae, *Iohannem Fridericum* exaratae.

Locuſtae *1542.* *gramina depaſcunt.* *Ortrant pagus.*

§. VI. Anno *1542.* tempore autumni innumerabilis *locuſtarum aceruus* ex *Polonia*, *Lithuania* ac *Ruſſia rubra* in *Miſniam* aduolauit, *Merſeburgi* tamen adeo numeroſae non fuerunt ac aliis in locis. In uilla quadam *Ortrant* dicta, una nocte duodecim currus foeno onuſtos depauiſſe dicuntur. Earum *rex* quoad magnitudinem paſſeris inſtar, quoad formam terribilis adſpectu uiſus, captus, depictus et *Lipſiae aſſeruatus*. Fabricii obſeruatio eſt, Hiſpanos crudeles et immanes in iis locis ſe geſſiſſe, in quibus magnus earum aceruus uiſus. Anno praecedenti 1541. in pago *Lochau* quidam cum cane concumbens uiuus concrematus.

Poena ſodomiae. 1541.

Campana in pago Wahlendorff,

§. VII. Ante autem, quam noſtri epiſcopi obitum conſideremus, adhuc notandum, quod eo praeſule, in pago *Wahlendorff* campana maior fuerit fuſa, hac inſcriptione:

Oſanna heiß ich,
Zum Gottesdienſt beruff ich,
1539. *Paul Fiſcher von Bingen goß mich* A. 1539.

§. VIII.

§. VIII. Sigismundus noſter cum epiſcopa- CAP. XLI.
tui octo annos, octo menſes et 22. dies prae- SIGISM.
fuiſſet, anno *1544. nundinis Lipſienſibus* noui 1544.
anni, anno aetatis ſexageſimo e uita *diſceſſit*, *obitus 1544.*
in eccleſia cathedrali *S. Laurentii*, et quidem *ſepultura*,
eius atrio *ſepultus* quieſcit. Epiſcopi *effigies*
epiſcopali habitu pilae inciſa. Iuxta ſunt *inſi-* *inſignia.*
gnia, in quibus crux cum magna tilia.

§ VIIII. *Epitaphium*, cum plurima epiſcopi *Epitaphi-*
geſta contineat, hic adſcribere lubet: *um.*

Reuerendiſſimi patris ac principis domini, DN. SIGISMVNDI, qui cum primum Halberſtadienſis eccleſiae canonicus, huius uero mox decanus factus eſſet, anno 1535. aedis huius pontifex quoque deſignatus, etiam hic grammatophylacium nouum exſtruxit, arcem Lucenſem ac alias plurifariam collapſas a ſolo et fundamentis in aliam et meliorem faciem reſtitui fecit, rei diuinae ſtudioſiſſimus, aediculam hanc opere et cultu ſplendidiore reparari curauit, quo in ea DEO opt. max. ſummo anteluculo perpetuo decantetur rite ac pie inſtituit. Eccleſiae uires conſeruauit etiamque duriſſimis in rebus periculoſiſſimis temporibus et praefuit, ut non modo ſtatum eius tueri, ſed et priſtinum eius ſuperiorum tempore intermiſſum illuſtraſſe uiſus ſit. Obiit aetatus ſuae 60. cum ſediſſet annos 8. dies 22. animae eius maculas detergat miſericors et pius Deus ac Dominus, Amen.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XLII. AVGVST. 1544.

CAP. XLII.
AVGVSTVS DVX SAXONIAE POSTVLATVS ADMINISTRATOR
QVADRAGESIMVS SECVNDVS EPISC. ADMINISTRATOR
ab ann. 1544. ad ann. 1548.

XLII. AVGVST. DVX SAXONIAE 1544. Sigiſmundo epiſcopo ſub ingreſſu noui anni 1544. mortuo, epiſcopalis ſedes uſque ad diem Lunae poſt dominicam cantate huius anni uacauit. Turbulento hoc rerum ſtatu, ciuibus plerisque Lutheri doctrina imbutis, canonici, quid agendum, animo fluctuabant. *poſtulatus adminiſtrator.* Tandem dicto anno die decimo quarto Maii conuenientes, poſtulant AVGVSTVM, epiſcopatus adminiſtratorem, inprimis ut ſecularibus in cauſis conſuleret, negotia epiſcopatus ciuilia tractaret, ciueſque contra iniuriam ac uim defenderet ac tueretur.

Ducalis eius familia, §. II. Ortus eſt ex illuſtriſſima ducum Saxoniae familia. Pater eius *Heinricus*, dux Saxoniae, landgrauius Thuringiae, marchio Miſniae. Frater primogenitus *Mauritius*, dux Saxoniae ac imperii elector. *titulus.* Titulus noſtri plenior hic: AVGVSTVS Dei gratia, dux Saxoniae, Landgrafius Thuringiae, marchio Miſniae, epiſcopatus Merſeburgenſis poſtulatus adminiſtrator.

Eius adiutor. §. III. Vt autem res theologicae atque eccleſiaſticae ſucceſſu gauderent feliciori, conſentiente AVGVSTO, eidem adiunctus *Georgius princeps Anhaldinus.* fuit coadiutor GEORGIVS, princeps Anhaldinus, capituli Magdeburgenſis ac Miſnenſis

ſis praepoſitus, Merſeburgenſis canonicus. Duobus his columnis epiſcopatus ſuffultus, in dies maiora cepit purior doctrina augmenta. CAP. XLII. AVGVST. 1545.

§. IIII. Cum enim, ut ſupra dictum, anteceſſor epiſcopus Sigismundus ciuium, Lutheri doctrinae addictorum, perſecutor eſſet acerrimus, uix dici poteſt, quantus applauſus, quae iubila, gratulationesque auditae, cum publicum Lutheranae religionis exercitium a DVVMVIRIS noſtris in epiſcopatu introduceretur. *Ciuium applauſus.*

§. V. Namque hunc in finem AVGVSTVS, adminiſtrator poſtulatus, GEORGIVM, principem Anhaldinum, coadiutorem ſibi adoptabat, ut curſus euangelii magis magiſque promoueretur. *Georgius* enim ipſe pro concione ſermones habebat, indefeſſo ſtudio populum ſcribendo, legendo, ad monendo, hortabatur. Anno 1545. ſecundo die Auguſti per Lutherum Merſeburgi *ordinabatur* M *Caſpar Tonnendorff* Witteberga Merſeburgum in S. Maximi eccleſia, item SS. theologiae licentiatus *Antonius Muſa* uocabantur. Eodem hoc anno die quarta Auguſti D. *Martinus Lutherus* in nuptiis *Sigismundi de Lindenau*, capituli Merſeburgenſis decani ſupra textum ad *Hebr. XIII. Honorabile eſt inter quoſuis coniugium, et cubile impollutum*: ſermonem nuptialem in eccleſia cathedrali habuit, et ſexto die Auguſti in eadem eccleſia alterum de regno Chriſti ſupra *pſalmum VIII.* *Duce Auguſto opera Georgii, Lutheri doctrina introducta 1545.* *Concionatores Lutherani Caſpar Tonnendorff, Antonius Muſa. Lutheri conciones duae Wittebergae.*

§. VI. Eodem hoc die magnus *theologorum* *Conuentus theologo-*

CAP. XLII. SIGISMV. 1545. *rum ac politicorum Merſeburgi.*

rum ac politicorum conuentus Merſeburgi fuit. Praeſentes aderant *Georgius*, princeps Anhaldinus, D. Martinus *Lutherus*, D. Iohann *Bugenhagen*, concionator Wittebergenſis, *Pomeranus*, D. Iuſtus *Ionas*, concionator Halenſis, D. Georgius *Maior*, Wittebergenſis, qui anno 1547. Merſeburgum uocatus: Philippus *Melanchthon*, Ioachimus *Camerarius*, *Francus* Lipſienſis, D. Chilianus *Goldſtein*, ſyndicus Halenſis, Georgius *Martinus*, conſul Wittebergenſis, Iohannes *Lufft*, praetor ac typographus Wittebergenſis, Mag. Matthias *Wanckel*, concionatur D. Mauritii Halenſis, Mag. Franciſcus *Krom*, Lipſienſis mag. Valentinus *Pacaeus*, paſtor Luzenſis, poſt Lipſienſis, Mag. Georgius *Iocſtelius*, Dreſdenſis, paſtor Lauchſtaedtenſis, poſt in Weiſſenſee, Licent. Antonius *Muſa*, concionator Merſeburgenſis, M. Wolffgangus *Stein*, paſtor et ſuperintendens Weiſſenfelſenſis, *Caſpar de Wolckeniz*, nobilis, aliique.

Conſiſtorium Merſeburgi inſtitutum

cuius praeſes Georgius.

Ex pretioſis eccleſiae moneta cuſa.

§. VII. Eodem hoc anno die undecima Februarii AVGVSTVS, poſtulatus adminiſtrator, *iudicium eccleſiaſticum*, uulgo *conſiſtorium* dictum, Merſeburgi inſtituit, cuius praeſes GEORGIVS, princeps Anhaldinus, conſtitutus. Anno 1546. octauo die nouembris idem Auguſtus una cum fratre *Mauritio*, duce Saxoniae, *pontificia pretioſa*, in templo S. Sixti, nec non ea, quae circumquaque in pagis recondita, in aerarium publicum adduci iuſſit, a quibus in ſumtus imminentis belli moneta cuſa. Quae uero [illegible] S. *Maximi* ſuperfuerant, antea

an-

anno 1545. a magiſtratu, Lipſienſibus nun dinis pro 447. florenis, ſeptem et ſemi groſſis diuendita, ſortis uſuris in uſum gazophylacii uerſis. *Gazophylacium* in aede S. Maximi ad alendos miniſtros ac pauperes anno 1544. fundatum, *Auguſtus* anno 1548. reſtaurauit ac priuilegiis datis confirmauit. Hoc tempore *reditus* annui gazophylacii fuerunt 236. ſexagenae, ſors ipſa 3369. floreni, item tres uaccae ferreae, pratum, nummi ſacrificales, atque ei nummi, qui in eccleſia per ſacculum ſonantem fiunt. CAP.XLII. AVGVST. 1545. *Gazophylacium S. Maximi, reditus ex eo.*

§. VIII. *Gymnaſium* Merſeburgenſe his temporibus maxime floruit, quod ſucceſſor Michael Sidonius *Grimmam tranſtulit.* Cum ante *Caroli magni* tempora Merſeburgenſes, adhuc ethnici, in *capella paganorum* ſeu *martis*, idolum Martem colerent, eandem *Fridericus I. de Torgau ſanctae Mariae* dedicabat, dotando decem marcis pecuniae, eum in finem, ut ſingulis noctibus ignis perpetuus aleretur. Hunc *ſuperſtitioſum ritum* autem anno 1546. Auguſtus aboleuit. *Gymnaſium Grimmam translatum* *ſuperſtitioſus in capella S. Mariae ritus abolitus.*

§. VIIII. Ex dictis huc uſque abunde apparet, AVGVSTVM incredibili in Deum amore flagraſſe, iuſtitia uero, cui fuit dediti ſſimus, hoc exemplo clareſcit. *Iohannes Boſe* epiſcopus anno 1442. *turrim in porta noui fori*, a ciuibus exſtructam, iisdem detraxerat ac capitulo aſſignauerat; *Auguſtus* uaro adminiſtrator anno 1547. eandem ſenatui reſtituit. Cum etiam magiſtratus iuſſu *Erneſtus Brotuffus*, ciuitatis ſyndicus, *ſtatuta* colligeret, eadem *Auguſtus* admini- *Turris in porta noui fori magiſtratui reſtituta.* *Statuta a Brotuffo collecta confirmata.*

CAP. XLII. AVGVST. 1546. ſtrator confirmauit, opera D. *Hieronymi Kieſewitteri*, cancellarii, uſus. Volumen hoc nouum priuilegium malus iurium ciuitatis dictum.

Aedificia exſtructa, puteus in foro, §. X. In *aedificiis* exſtruendis aut reparandis non minorem curam adhibuit. Eo enim auctore anno 1545. puteus in foro ſitus exſtructus, lapideis columnis ornatus. Inter has adſtat una, in qua flagitioſi uirgis caedendi allegari ſolent, cumque anno ſequenti 1546. 10. Iulii ueſpillo quidam, nomine *Auguſtinus Hermannus* adulterii accuſatus, eidem alligaretur, *Hermanni columna* dicta fuit. *Domus cereuiſiaria.* Hoc quoque anno a ſenatu domus ad cereuiſiam coquendam exſtructa.

Bellum religionis. §. XI. His itaque ab AVGVSTO adminiſtratore optime geſtis, funeſtum *religionis* exarſit *bellum*, quo epiſcopatus miſerandum in modum direptus. Nam *Iohannes Fridericus*, elector, dux Saxoniae, cum *Carolo V.* bello implicabatur, hinc Saxonia belli theatrum. *Merſeburgi conſcribuntur copiae.* *Mauritius*, Saxoniae dux, adminiſtratoris frater, a Caeſaris partibus ſtabat. Adueniens igitur *Merſeburgum*, ibidem copias conſcribebat, ac *Iohannem Georgium*, comitem Mansfeldenſem eo accerſebat, eo animo, ut, iuſſu Caeſaris, electoris Iohannis Friderici urbes occuparet. Hinc in hoſpitia, militibus aſſignanda, ingentes *Exactiones bellicae.* Merſeburgenſibus ſumtus impendendi. Poſt *Iohannes Fridericus*, Saxoniae elector, terras ac urbes, *Mauritio* duci ſubiectas, copiis ſuis peruagabatur, a ſingulis pecunias exigens eaſque ad contribuendum cogens. 1546. Anno 1546. *Merſeburgum* aduentabat, quae ob aeſtimationem

con-

condonati incendii 4000. florenos ſoluere cogebatur Electore Saxoniae uicto, copiae caeſareae Hala *Numburgum* tranſibant, ac pagos epiſcopatui Merſeburgenſi ſubiectos tranſeuntes miſere depopulabantur, uico *Niederwüntzſch* deuaſtato. Anno ſequenti nobilis *Veit de Pappenheim* et *Fridericus de Thune*, electoris Saxoniae belli duces, cathedralem eccleſiam ingreſſi, inde *tabulam auream*, ex Arabico auro confectam, pretioſis gemmis ornatam, quam *Heinricus II.* imperator anno 1015. in templi fundatione dono dederat, abſtulerunt atque aſportarunt. Et ſic eccleſia non tantum ingenti theſauro priuata, ſed totus epiſcopatus etiam rapinis, exactionibus ac ſpoliis pene exhauſtus.

CAP. XLII. AVGVST. 1548.

pagus Niederwuntzſch deuaſtatus; tabula aurea ablata.

§. XII. Arma *Caroli V.* imperatoris *uictricia* non ſolum *Iohannem Fridericum*, Saxoniae electorem, anno 1547. ad *carcerem* detrudebant, ſed *foedus* etiam *Smalcaldicum* diſſoluebant. His uictoriis *pontificii elati ſuperbibant*, euangelicis librum *interim* obtruſuri, omnem quoque mouebant lapidem, ut epiſcopatus pontificiis epiſcopis traderentur, et doctrina purior exſtirparetur. Quo turbulento belli ſtatu AVGVSTVS commotus, de renuncianda epiſcopatus adminiſtratione cogitabat.

Caroli V. uictoria, electoris captiuitas; foedus Smalcaldicum diſſolutum, pontificiorum inſolentia.

§. XIII. Ante autem rem maturius deliberabat, in conſilium adhibitis capituli canonicis, quorum conſenſu anno *1548.* die martis poſt feſtum Michaelis, ſecundo octobris *adminiſtrationis officio ſe abdicauit. Abdicationis diplomata Torgauiae* 27. die ſeptembris dicti anni ſubſcripta.

Auguſti abdicatio 1548.

Hh 2 Admi-

CAP. XLII. AVGVSTI. 1544. Adminiſtrationis tamen functionem, non niſi expreſſa hac conditione appoſita, reſignauit, ut ceremoniae ſacrique ritus permanerent integri, nec quicquam in iisdem mutaretur. Sed de Auguſto infra amplior dicendi locus occurret,

GEORGIVS
PRINCEPS ANHALDINVS COADIVTOR.
ab ann. 1544. ad ann. 1548.

Georgius princeps Anhaldinus, coadiutor 1544. GEORGIVS ex illuſtrisſima principum Anhaldinorum familia ortus. *Pater* eius fuit ERNESTVS II. *princeps Anhaldinus, comes Aſcaniae, dominus Bernburgi ac Zerueſtae*, filius Georgii. *Eius pater, mater,* *Mater* MARGARETHA, *duciſſa Munſterbergenſis ac comes Olſnacenſis* in Sileſia, Henrici ducis Munſterbergenſis ac comitis Olſnacenſis filia. *tres fratres,* *Fratres* eius, *Thomas* natu maximus, iuuenis mortuus. *Iohannes* natu maior anno 1504. quarto die Septembris in lucem editus. *Ioachimus* natu minor, anno 1509. octauo die Auguſti. Ipſe uero GEORGIVS natus anno 1507. *diuidit cum duobus fratribus.* Cum fratribus ſuis prouincias a patre relictas diuiſit, ut *Iohannes* natu maior urbem *Zerueſtam* cum praefecturis, *Georgius Hatzgerodam, Gunthersbergam, principatum Anhaldinum Hercynium, comitatum Wormſtorff ac Ploetzkau* cum praefecturis, *Ioachimus* uero natu minor urbem *Deſſauiam* cum arcibus, dominatibus ac praefecturis acciperent.

Eius uirtutes §. II. GEORGIVS ut illuſtrisſima familia, ſic uirtutibus egregiis clariſſimus. Inter caeteras uir-

uirtutes pietas in Deum eminebat, cui ſtudio ſisſimus. *Prudentia* ac *ſapientia* omnes ſui temporis principes praeiuit. Animo erat *leui* ac *benigno*. *Munificentia* erga omnes notisſima, iuſtitiae deditisſimus. Inſuper omni doctrinarum genere exercitatisſimus. In *latina* ac *Hebraica linguis* uerſatisſimus, iurium tam canonicorum quam ciuilium conſultisſimus. Inprimis inde a pueris animum ad res diuinas adplicuit, *ſacrarum litterarum lectione unice ſe oblectans.* Morum itaque honeſtate conſpicuus capituli Magdeburgenſis ac Miſnenſis praepoſitus ac Merſeburgenſis canonicus factus.

CAP. XLII. GEORG. 1544.

ſtudia, linguae, iuris prudentia,

lectio ſacrorum litterarum.

§ III. Inprimis *confesſioni Auguſtanae* fuit addictisſimus. Cum enim illa anno 1530. *Carolo V. Auguſtae* traderetur, ipſe eandem una cum reliquis imperii principibus ac ſtatibus Caeſari obtulit, ad finem usque in eadem conſtans ac firmus permanens, ob quod grauisſimas perſecutiones perpeſſus, mundi excelſa contemnens. Hinc in amore omnium fuit, ita ut, cum anno 1544. AVGVSTVS, Saxoniae dux, adminiſtrator Merſeburgenſis poſtularetur, ab eodem GEORGIVS coadiutor adoptaretur, praecipue eum in finem, ut rebus ſacris praeeſſet.

Auguſtanam confesſionem Carolo V. obtulit

§. IIII. Coadiutor conſtitutus, epiſcopatus Merſeburgenſis unicus ac praecipuus *reformator* dici meretur. Nam ut *Auguſtus* in ciuilibus, ita GEORGIVS in ſacris rebus peragendis omnem nauauit operam. A. D. Luthero anno 1545. ſecundo die Auguſti *ordinatus*, ipſe ad populum *conciones habuit*, omnes animi corporisque uires intendens, ut ciues puriori doctri-

reformator epiſcopatus,

a Luthero ordinatus concionatur

CAP XLII. GEORG. 1544.

na imbuerentur. Praefuit enim eccleſiae Dei ac fidelium coetui omnibus *uirtutum incitamentis*. Inuocato nomine diuino, in ſuadendo, adhortando, ſcribendo, eccleſias uiſitando, legendo, concionando, iudicando auditores, indefeſſam nauauit operam. *Sectarum* ac *haereſium oſor* controuerſias theologicas decidebat. *Papatum* acerrime ex auditorum animis exſtirpare laborabat, dictis ſcripturae ſacrae unice innitens. Pauperes alebat, aegrotos uiſitabat, ſuſtentabat, ac ſolabatur. Hinc omnium iudicio optimus *patriae pater* creditus.

Catalogus ſermonum ac librorum Georgii principis.

§. V. Libri ab eo ſcripti ac ſermones habiti, partim eo uiuo, partim poſt eius obitum a fratre Ioachimo in lucem editi, de indefeſſis Georgii laboribus argumentum praebent lucuLentiſſimum, quod ut eo magis eluceſcat, catalogum eorum adſcribere iuuat.

Sermo de natiuitate IESu Chriſti, filii Dei.

Alter ſermo de mirabili IESu Chriſti, ſaluatoris noſtri natiuitate.

Exegeſis pſalmi decimi ſexti, conſerua me Domine &c. de paſſione, morte, ſepultura, deſcenſu ad inferos, reſurrectione Domini noſtri IESu Chriſti, quatuor ſermonibus.

Hiſtoria paſſionis, mortis, reſurrectionis, et adſcenſionis Chriſti, oratione ligata.

Succincta meditatio articulorum chriſtianae doctrinae.

De ſacra coena corporis ac ſanguinis Domini noſtri IESu Chriſti quatuor ſermones.

Duo ſermones ad textum Matthaei VII. de falſis prophetis His additi ſunt chriſtianae doctrinae articuli controuerſi ſui temporis.

Sermo

Sermo nuptialis in matrimonium illuſtriſſimi principis ac Domini, Domini Auguſti, Saxoniae ducis, poſt electoris, anno 1548. dominica poſt nundinas Lipſienſes autumnales Torgauiae habitus. CAP. XLII. GEORG. 1545.

Scriptum in Biblia quaedam.

Adhortatio ad iuuentutem de ſcortatione uitanda.

Conſignatio ſcriptorum inter Georgium Ducem Saxoniae et Georgium principem Anhaldinum in puncto mutatae religionis ac rituum ſacrorum in ciuitate Deſſauia.

Relatio ad electorem Brandenburgicum de doctrina ac ritibus Deſſauienſibus.

Prototypon actionis inter principem Anhaldinum Georgium et Michaelem epiſcopum Merſeburgenſem.

Oratio in uerba Chriſti, nemo oues meas e manu mea eripiet.

§. VI. Supra iam mentio facta *iudicii ecclesiaſtici*, uulgo *conſiſtorii*, Merſeburgi inſtituti. Iudicium hoc eccleſiaſtica gaudebat iurisdictione, in uentilandis cauſis theologicis, eccleſiaſticis ac matrimonialibus. Subiiciebantur eidem totus epiſcopatus et *praefecturae* a fluuio *Sala* usque ad *Muldam*, item praefecturae in Thuringia, *Weiſſenfelſenſis*, *Freiburgenſis*, *Eckartsbergenſis*, *Sangerhauſenſis*, *Weiſſenſeenſis*, *Sachſenburgenſis*, *Erbsleubenſis*, *Langenſalzenſis* aliaeque. Iudicii aſſeſſores ſalariis fruebantur largisſimis. Vt autem maiori polleret aucto ritate, eidem praeſes praeficiebatur GEORGIVS, princeps Anhaldinus, qui ſumma cum laude ac indeſeſſo ſtudio munus ſuum obiit ac decorauit.

Conſiſtorium Merſeburgi inſtitutum, cui ſubſunt 1) Weiſſenfels, 2) Freiburg, 3) Eckartsberga, 4) Sangerhauſ. 5) Weiſſenſee, 6) Sachſenburg, 7) Erbsleben, 8) Saltzaw.

CAP. XLII. GEORG. 1553. *Eius abdicatio.*

§. VII. Dignus erat, ut in ſuſcepto munere ad obitum usque permaneret. Sed, cum *Auguſtus* ob triſtia belli fata, ne *Carolum V.* inimicum haberet, officio ſe abdicaret, etiam GEORGIVS functionem ſuam eccleſiaſticam, iisdem tamen *conditionibus*, quibus *Auguſtus* renunciauerat, *ne ſacri ritus mutarentur*, reſignauit, omnibus uiribus enitens, ne *Michael Sidonius*, a Carolo V. imperatore epiſcopatus ſucceſſor denominatus, in poſſesſionem ante perueniret, quam ſancte promitteret, *ut ſacri ritus permanerent integri, ac ſacerdotes in coniugio degentes officio non tollerentur.* Et quamuis Michael iam anno 1549. epiſcopus Merleburgenſis fuiſſet electus, Georgius tamen usque ad annum 1550. epiſcopi poſſesſionem impediuit.

Georgius ſecedit in terras hereditarias,

§. VIII. Poſt abdicationem GEORGIVS in prouincias ſuas hereditarias *ſeceſſit*, ubi ad obitum usque *cultui diuino* uacauit, preces ad Deum pro anima ſua ac fidelium coetu conſeruando ad uitae finem usque fundens ardentisſimas. Paulo ante obitum *teſtamentum condidit*, in quo omnibus ſui principatus *parochis* annuis reditibus ac frumentis, ex praefecturis iisdem ſuppeditandis, largisſime proſpexit. *Hora mortis* aduentante, in praeſentia aulicorum aliorumque egregii nominis uirorum, *fidei* ſuae *ſymbolum* confeſſus, inuocato domini ſui IEſu Chriſti nomine, anno 1553. decimo ſeptimo die Octobris *e uita diſceſſit*, corpus *Deſſauiae* in *templo parochiali* ſepultum, in Domino quieſcit.

teſtamentum condit, parochis proſpiciendo.

obitus 1553.

ſepultura.

§ VIIII.

§. VIIII. Frater *Ioachimus* GEORGIO hoc poſuit *epitaphium*: CAP.XLII. GEORG. 1553. *Epitaphium.*

Principis Aſcania nati de ſtirpe Georgi
Quem cernis, tumulus proximus oſſa tegit.
Huic fuit Erneſtus genitor, qui pacis amore
Promeruit patriae totius eſſe pater.
Matris erat caſtae Monſterbergenſis origo,
Sincera coluit quae pietate Deum.
Aſcaniae gentis uirtus eſt clara triumphis,
Ordine quos numerant ſecula longa patrum.
Sed fuit huic fontes doctrinae diſcere cura,
Quam nobis Gnatus tradidit ipſe Dei.
Hoc ad maiorum decus addidit inclyta facta,
Praebuit et patriae commoda magna ſuae.
Eſdras ceu quondam populo ius dixit, et idem
Interpres Solyma legis in urbe fuit.
Principis hic munus ſimul et paſtoris obiuit,
Ipſius et mentem rexit et ora Deus.
Iuſtificaque fide capiens tua munera Chriſte,
Solius eſt cuius parta cruore ſalus.
Vera luce Deum agnouit precibusque uocauit,
Numinibus fictis mens inimica fuit.
Nec uirtutum umbras habuit, ſed pectora rexit
Ipſa Dei uiuens adſimilata λόγος.
Vrbibus in multis, flauus quas alluit Albis
Et quas caerulei praeterit unda Salae,
Agmina collegit Chriſtum celebrantia, ſpargens
Pura euangelii ſemina uoce ſua.
Fidus et aetati uenienti teſtis ut eſſet
De Chriſto, patriae publica ſcripta dedit.
Hic frater lacrymans Ioachimus condidit oſſa,
Viuit in adſpectu mens, fruiturque Dei.
O Deus Aſcaniam ſtirpem ſeruesque regasque,
Nulla uenit nobis te niſi dante ſalus.

CAP. XLIII. MICHAEL 1548.

CAP. XLIII.

MICHAEL SIDONIVS QVADRAGESIMVS TERTIVS MERSEBVRGENSIS EPISCOPVS.

XLIII. MICHAEL HELDINGIVS SIDONIVS 1548. ab anno 1548. ad anno 1561.

patria, pater, ſtudia, dignitates.

MICHAEL HELDINGIVS *Eſlingae* in Sueuia anno 1506. natus. *Pater* eius fuit *molitor*, aut ut alii cenſent, *uinitor*. *Tubingae* litteris incubuit, ibidem philoſophiae magiſter creatus. Ob facundiam in concionando *Moguntiae* primum *ſcholae collega*, poſt *parochus*, mox *theologiae doctor*, dein *Sebaſtiani* electoris Moguntinenſis *ſuffraganeus*, tandem *Auguſtae Vindelicorum* in templo cathedrali *concionator* factus.

Vnde Sidonius dictus? Promittebat pontifici, ſe *Sidonem* profecturum ibique euangelium annunciaturum; hinc a papa *epiſcopus titularis Sidonius* ordinatus. Quamuis igitur *Sidonem* non fuerit profectus, nihilominus *Sidonius* cognominatus.

Carolo V. a conſiliis, §. II. *Eraſmi* erat *aſſecla* atque ex *politicis pontificiis*, qui pontificis iniurias agnoſcebant, papatum tamen omnibus uiribus fulcire laborabant; hinc *Carolo V.* charus, cui a conſiliis ac auctor, ut liber interim conficeretur. Caeſaris gratia adiutus, eodem promouente, a tribus canonicis turgidis ac pontificiis doctrinis imbutis, *epiſcopus* anno 1549. *electus*, atque a *Iulio III.* pontifice eodem anno *confirmatus*. At canonici, Lutheri doctrinae adhaerentes ac GEORGIVS princeps Anhaldinus in uotis ſuperiores impediebant, ne SIDONIVS ad epiſcopatus

cuius gratia epiſcopus electus 1549.

a Iulio III. confirmatus,

tus poſſeſſionem prius perueniret, quam ſancte promitteret, *ſe nihil quicquam in ritibus ſacris mutaturum.* Hoc ſancte promiſſo, SIDONIVS anno 1550. a *Carolo V.* epiſcopatus Merſeburgenſis *regalibus inueſtitus*, eodem anno ſecundo die decembris Merſeburgum intrauit ac epiſcopale munus obire coepit. **CAP. XLIII. MICHAEL. 1549.** ***a Carolo V. inueſtitur.***

§. III. A Brotuffo SIDONII *uirtutes* enumerantur ac in primis eius *eruditio* laudatur, quod in *ſcriptura ſacra uerſatiſſimus* ac ſummus theologus fuerit, inſuper eius *humanitas, benignitas*, ac *moderatus animus* commendatur, quo chriſtianam eccleſiam, ſchiſmatibus diſcerptam, concordiae ac pacis uinculo unire laborauerit ac in controuerſis articulis ita ſe geſſerit, ut neutri parti moleſtus, utrique acceptus eſſet; ſed alii annotant, encomium hoc partium ſtudio laborare, praecipue, cum, SIDONIO *praeſule*, Brotuffus ciuis ac ciuitatis ſyndicus degeret. SIDONIVS enim, epiſcopus conſtitutus, librum INTERIM in epiſcopatum introducebat, eundem ui concionatoribus obtruſurus. ***Eius uirtutes.*** ***Brotuffi encomium de Sidonio*** ***Sidonius ep. obtrudit librum Interim.***

§. IIII. Eſt autem liber INTERIM triplex, *Ratiſponenſis, Auguſtanus, Lipſienſis.* Huius auctores *Philippus Melanchthon*, **D.** *Paulus Eberus*, D. *Pommer*, **D.** *Georg. Maior*, **D.** *Ioa. Pfeffinger*: illius *Ioannes Agricola*, *Iulius Pflug*, *Michael Sidonius*: iſtius *Iohannes Cochlaeus* aut *Martinus Bucerus*, ab aliis *Ioannes Gropperus* aut *Georgius Wizelius* creditur. *Auguſtanus* uero κατ᾽ ἐξοχὴν INTERIM uocatur, cuius auctor, ut dictum, MICHAEL SIDONIVS, epiſcopus Merſeburgenſis, propterea Caroli V. auxilio electus. Hic liber ***Interim triplex, Ratiſponenſis, Auguſtanus, Lipſienſis. Cuiusque auctores.***

CAP.XLIII. MICHAEL 1549. ber anno 1548. 15 *Maii in comitiis Auguſtanis* in lucem prodiit, XXVI. articulis conſtans. Omnibus proteſtantibus a CAROLO V. *ui obtrudebatur*, annuentibus epiſcopis ac archiepiſcopis. Hinc refutationes, iurgia, *ſcommata*, inter quae hoc adſcribere iuuat:

Interim proteſtantibus obtruditur.

In eum ſcommata.

INTERIM.

GENEALOGIA SPHINGIS AVGVSTANAE.

In mundum uenio, Latio patre praeſule natus,
Nomina ſuſceptor tribuit mihi Caeſar atroces,
Turcas exſuperans rabie, ferus atque furore,
Eſt et Alecto habitans ſtygiis mihi mater in oris,
Regia ter denos, quem pugnans geſſit in annos
Imperium Chriſti ſum miſſus, ut undique uaſtem,
Matria defendet me dextra Lycaonis arca.

Thaleri in interim cuſi. Noti etiam ſunt *thaleri interimiſtici*, cum inſcriptione: *Interim, hebe dich weg von mir Satan.* e regione *Diß iſt mein lieber Sohn, an dem ich wohlgefallen habe.*

Deliberationes an admittendus? conuentus Merſeburgi 1549. § V. *Deliberationes* ac conſultationes frequentes, an Interim ſit admittendus? habitae, inprimis notandus *conuentus*, iuſſu electoris *Mauritii* anno 1549. menſe Martio a theologis *Merſeburgi* habitus, quo decretum, *librum Interim non eſſe admittendum.* Quamuis igitur SIDONIVS epiſcopus ante inueſtituram ſanctae promiſerit, *ſe in cauſis eccleſiaſticis nihil quicquam innouare uelle*; nihilominus tamen contra *fidem datam* INTERIM in epiſcopatu *introducebat*, multis parochis eundem *obtrudens*. *Agricola* quoque ob *cauſam interimiſticam Iſtebiae*

Sidonii conatus in cauſſa interimiſtica.

biae officio motus, a dicto SIDONIO Merſeburgenſis concionator conſtituebatur. Praeterea alia plura epiſcopus in religionis cauſa moliebatur, idquod theologi Vinarienſes *cothurnum Miſnicum* appellare ſolebant.

CAP. XLIII. MICHAEL 1549. *Cothurnus Miſnicus.*

§. VI. Quanti *motus* in toto chriſtiano orbe ac etiam in epiſcopatu Merſeburgenſi ob *cauſam interimiſticam* exorti, ex *Philippi Melanchthonis* litteris, ad clerum Mansfeldenſem miſſis, adparet:

Motus ob librum interim.

Melanchthonis litterae ad clerum Mansfeldenſem.

Reuer. uiris, eruditione ac uirtute praeſtantibus M. Ioh. Spanbergio, gubernanti eccleſias in comitatu Mansfeldenſi, et paſtoribus ac coeteris eorum collegis, amicis ſuis, Phil. Melanchthon ſalutem. Legi ueſtram deliberationem, quam iudico et piam eſſe, et cum noſtris ſententiis congruere. Etſi autem multa eccleſiis noſtris minitantur, et profecto horribilis crudelitas exercetur; tamen nec uerae doctrinae corruptelas unquam recipiemus, nec uitioſos cultus approbabimus. In aliis rebus adiaphoris ſeruitutem quamlibet duram tolerabimus. Nec propter leues cauſas occaſionem praebendam cenſemus iis, qui pellere paſtores conantur. Qua de re cum a multis interrogati ſumus, ſcripſi quid mihi uideatur. Quanquam autem ſcio, horridiores ſententias quibusdam magis placere, tamen haec magna cauſa eſt, cur ſeruitutem toleremus, ne fiat in eccleſiis ſolitudo, qualis iam in multis locis eſt ad Rhenum et in Sueuia. Nulli ſunt congreſſus, templa muta ſunt. Ne baptiſmus quidem in templis adminiſtratur. Pelluntur paſtores, qui-

dam

CAP.XLIII. MICHAEL 1553. *dam etiam trucidantur. Rapiuntur aliquorum coniuges et filiae, nec magiſtratus ulli opem ferunt ſuis paſtoribus. Quidam etiam gaudent eos excuti. Cum igitur uideamus, quo in periculo ſint non tantum docentes, ſed etiam ipſae eccleſiae, h.e. pii coetus, tantiſper donec pie poſſumus, manere apud eccleſias ſtudeamus, etiamſi toleranda eſt aliqua ſeruitus, quae tamen ſit ſine impietate. Oremus etc.*

Monaſterium S. Petri Merſeburgi 1091. dedicatum.

§. VII. Notum eſt *monaſterium canonicorum regularium* cum *aede S. Petri*, Merſeburgi in ſuburbio *Altenburg* ſitum, quod Caroli M. tempore fundatum dicitur. Cum ex his ruderibus anno 1091. ab epiſcopo Merſeburgenſi, WERNHERO, *monaſterium ordinis S. Benedicti* in honorem *S. Petri* inſtauratum primo die Auguſti ab *Hardewico*, Magdeburgenſi archiepiſcopo dedicaretur, ab eius dedicatione ad epiſcopum SIDONIVM XXXVI. abbates numerantur. In hoc monaſterio, SIDONIO praeſule, *Wolffgang Graeſing*, Martisburgenſis, anno 1553. XXXV. abbas fuit, hoc anno 1554. dominica Exaudi 6. Maii mortuo, XXXVI. abbas *Andreas Moenbaupt* Martisburgenſis ſucceſſit, ac monaſterium hoc epiſcopus Michael ſuſtentauit, uſque dum eo mortuo fuit ſaeculariſatum.

Hardewicus Magdeb. epiſc.

Wolffgang Graeſing, abbas 1553. Andr. Moenbaupt abbas 1554.

Pertica iaculatoria 1554.

§. VIII. Caeterum SIDONIVS in politicis rebus epiſcopatui optime praefuit, *aedificia* enim *collapſa reſtaurauit* ac refecit. Sic anno 1554. epiſcopus ciuibus permiſit, ut in *taberna iaculatoria* intra *Gottbardi* et *Sixti* portas extra muros perticam ad *iaculandum* exercitii gratia erigerent, ad quam epiſcopus ligna aliosque

que ſumptus ſuppeditauit. Alia quoquemulta in muris, portis, uillis ac praediis reſtaurauit. CAP. XLIII. MICHAEL

§. VIIII. Inter *caſus fortuitos*, qui ſub epiſcopo contigerunt, referendum *incendium*, quod anno 1553. in porta Sixti exortum. Cum enim *Mauritius elector* menſe Iunio Merſeburgi pernoctaret, incuria quorundam equitum ebriorum ſtramen in ſtabulo accenſum, ſed electoris ordine ac apparatu *incendium* mox deletum. In pagis uero epiſcopatui ſubiectis *Paſſendorff* et *Schlettau* anno 1551. grandine domus quaedam deiectae. In pago *Neumarck* prope urbem *Bitterfeldam* anno 1555. feria prima pentecoſtes, coorta tempeſtate, parochus *Andreas Pobritz* in templo, durante cultu diuino *fulgare ictus*, capillis ac oculis laedebatur, ut inhabilis redditus functionem reſignare cogeretur. Cauſam huius infortunii parochus ipſe ſcripto quodam indicauit hanc, *quod ruſticis permiſerit, cereuiſiam tempore pentecoſtes tribuere ſolitam* in templo recondere. In urbe *Merſeburgo* anno 1556. dominica poſt feſtum natiuitatis Chriſti *horrenda tempeſtas exorta*, ac tonitru ac fulgur Gotthardi portam percuſſit. Sic eadem urbs Merſeburgum anno 1552. menſe Ianuario ex *inundatione* fluminis Salae ingentia damna perpeſſa.

1553. incendium Merſeb. 1553. — *Grando 1551. 1555.* — *Andreas Pobritz fulgure ictus* — *tempeſtas 1556.* — *inundatio 1552.*

§. X. Sub hoc epiſcopo *peſtis* bis, nempe anno 1550. 1552. graſſata, ac multae *caedes* anno 1560. inter aleas luſorias perpetratae, multa etiam homicidia in diuerſoriis commiſſa, dum praedones ac colluuies malorum hoſpites ad pernoctandum hoſpitia expetebant, ſed noctu eosdem in diuerſorio horrendum in modum trucidabant.

peſtis 1550. 1552. caedes, 1560.

§. XI.

CAP. XLIII. MICHAEL 1554. *Eruditi* *Erneſtus Brotuſſus,* *1554.* §. XI. Inter *doctos*, qui ſub SIDONIO floruerunt, inter caeteros eminent *Erneſtus Brotuſſus*, ciuitatis ſyndicus, qui chronicon Merſeburgenſe conſcripſit, in quo de ſe ipſo memorat, quod anno 1554. die 15. Februarii *carpionem* trium pondo emendum curauerit, in cuius uentre diſſecto *lactes* ac *oua* inuenta, et *piſcis hermaphroditus* fuerit. *Maximus Goritz, 1560.* Item *Maximus Goeritz* philoſophiae magiſter ac medicinae doctor, qui anno 1560. primus *rector ſcholae Nicolaitanae* Lipſienſis conſtitutus. *Mag. Valentinus Pacaeus, apoſtata. 1551.* Mag. *Valentinus Pacaeus*, alias *Hartung* dictus, parochus *Lezenſis*, primus Lutheranus paſtor *Querfurtenſis*, anno 1549. Licentiatus theologiae *Lipſiae* creatus, poſt profeſſor ac paſtor S. Nicolai *Lipſiae*, uir magnae auctoritatis, anno 1551. *Dillingae* ad *caſtra pontificiorum* tranſiit, ibidem anno 1558. una cum uxore in itinere a milite iugulatus, poenam apoſtaſiae luit. *Iohannes Moſtel.* *Iohannes Moſtel*, conſul Merſeburgenſis ac peritus architectus, qui templum cathedrale Merſeburgenſe refecit, anno 1558. dominica Oculi e uita diſceſſit, *Eius epitaphium.* epitaphium eius in S. Maximi templo poſitum hoc:

In Chriſto moriens hac ſpe mea lumina clauſa,
Omnibus aerumnis hoc duce liber ero.
Accidit hic pugna, cum conflictarer in ipſa,
Ne dubites, quin te liberem et inquit amen.
Morte mea uolui captiuis reddere uitam
Omnibus et ſceptro coelica regna meo.
Sum uia, ſum uerum, ſum uitaque, talia credens
Tanta licet tulerit uincla, perire nequit.
Ergo Ioann Moſtel ſinit haec monumenta parare,
Laudis habent alias iſta trophaea nihil.

§. XII.

Digitized by Google

§. XII. Silentio tamen non praetereundi *canonici Merſeburgenſes*, qui anno 1557. ſub epiſcopo SIDONIO degerunt, quorum nomina ex Brotuffi conſignatione haec.

CAP. XLIII. MICHAEL 1557.

Nomina canonicorum Merſeburgenſium 1557.

Sebaſtianus, *nobilis de Pluta*, capituli praepoſitus,
Sigiſmundus de Lindenau, decanus.
Mauritius Boſe, ſenior.
Ioachimus de Latorf, cuſtos.
Licent. *Iodocus Mahler*, ſcholaſticus.
Bernhard de Traſchwitz.
Licent. *Philippus Arbogaſt.*
Caſparus concionator.
Doctor *Wolffgangus Krell.*
Georgius Schlegel.
Iohannes de Lindenau, cantor.
Fridericus Ganſ.
Rudolphus et Guntherus de Bünau.
Andreas de Holtzendorff.
Wilhelmus, comes Schwartzburgicus.
Heinricus et Rudolphus de Bünau.
D. *Hieronymus de Kommerſtadt.*
D. *Iohannes Rothe.*

§. XIII. Sed ut ad SIDONIVM epiſcopum redeamus, eius *beneficentia* in cantantes ſcholares apud hiſtoricos admodum commendatur. Maxime enim delectabatur, cum in plateis cantantes audiret. Cum aliquando quendam ex iis in conclaue adduci iuſſiſſet, conuiuas accumbentes alloquebatur. *Ecce, qui hiſce iuuenibus opitulatur, bonum opus perficit: in talibus pauperibus optima ingenii dona recondita, ipſe olim eadem ſorte contentus uixi.* Noſtro tamen uitio uertitur, quod ſepulchrum *Rudolphi*

Sidonii beneficentia in ſcholares cantantes,

ſepulchrum Rudolphi

CAP. XLIV. ALEXAN. 1561.

apertum. cellauinaria. *phi, Sueuiae ducis, Heinrici IV.* anticaeſaris, in pugna occiſi ac Merſeburgi ſepulti, deſtruendum atque ex eodem *cellam uinariam* exſtruendam curauerit.

Conuentus Wormatienſis 1557. §. XIIII. Vt autem SIDONIVS *Carolo V.* ita etiam eius ſucceſſori *Ferdinando* in delitiis fuit. Caeſarea enim maieſtate iuſſus, ut *conuentui Wormatiae* anno 1557. in cauſis religionis habito intereſſet, et *iudicii Spirenſis* per aliquod tempus *aſſeſſor* tandem dictae *camerae iudex* conſtitutus.

Sidonius camerae iudex,

obiit Viennae 1561. ſepultura, libri editi. §. XV. Cum Viennae commoraretur, anno 1561. e *uita diſceſſit*, ibidem in S. *Stephani templo ſepultus*, haec ſcripta reliquit.

Decret. Concil. Prou. Mogunt.
Inſtitutio ad chriſtianam pietatem.
Explicatio paraphraſtica miſſae.
Poſtilla ſiue Exegeſis concionum euangelicarum in Ionam prophetam ac prouerbia Salomonis.

CAP. XLIV.

ALEXANDER DVX SAXONIAE POSTVLATVS ADMINISTRATOR,

QVADRAGESIMVS QVARTVS EPISC. ADMINISTRATOR.

ab anno 1561. ad annum 1565.

XLIIII. ALEXANDER DVX SAXON. 1561.

P*Ace religioſa* anno 1555. ſancita ac confirmata, turbae ob religionis exercitium crebrum interim motae, compoſitae ac ſedatae fuerunt. Proteſtantes enim in ea ſibi proſpexerant

xerant inter caetera: *ut epiſcopatus, coenobia ac bona ſpiritualia, in alios pios uſus uerſa, imperii ſtatus retinerent, ac in eo ſtatu, quo epiſcopatus, coenobia ac bona ſpiritualia reducta ac pontificiis ablata, eſſent, permanerent.* Morte igitur *Sidonii* epiſcopi interueniente, epiſcopatus in priſtinum ſtatum redibat, in quo ante *Sidonii* inueſtituram erat. Hinc canonici, Lutheri doctrinae addicti, ALEXANDRVM, *ducem Saxoniae*, epiſcopatus Merſeburgenſis administratorem anno 1562. poſtularunt. CAP. XLIV. ALEXAN. 1555. *Pax religioſa 1555. epiſcopatus adminiſtrator poſtulatur.*

§. II. Natus autem eſt ALEXANDER Dreſdae anno *1554. die uigeſimo primo Februarii.* Pater AVGVSTVS *dux Saxoniae, landgrauius Thuringiae, marchio Miſniae*, ac poſt mortem fratris ſui *Mauritii*, anno 1557. *imperii elector ac burggrauius Magdeburgicus*, quippe qui iam ante *Michaelem Sidonium* epiſcopatus Merſeburgenſis *adminiſtrator poſtulatus*, ob belli motus adminiſtrationis officio anno 1548. ſe abdicauerat, ut ſupra ſcriptum. *Auus* HENRICVS, dux Saxoniae, landgrauius Thuringiae, marchio Miſniae. *Eius natiuitas 1554. pater, auus,*

§. III. Nonſolum autem *natiuitate*, ſed maxime etiam *uirtutibus* conſpicuus. In eo enim adhuc puero *animi alacritas* ac *conſtantia* elucebat, cum *prudentia* ac *modeſtia* coniuncta. *uirtutes.*

§. IIII. Cum uero ALEXANDER ob *minorem aetatem* (nam poſtulatus adminiſtrator *octo annorum* erat) rebus adminiſtrandis ipſe ſuper eſſe nequiret, pater AVGVSTVS eadem cura ac ſolertia, qua ante abdicationem ſuam, epiſcopatum adminiſtrauit. *Lutheri* enim *doctrinam reſtaurauit, ritus pontificios*, qui, uiuo Michaele, irrepſerant, *aboleuit*, per omnes eccleſias *uiſi-* *Ob minorem filii aetatem pater Auguſtus adminiſtrat. Lutheri doctrina introducta.*

 tatio-

CAP. XLIV. ALEXAN. 1564. *Viſitationes.* *Regimen.* *Superintendens.* *Curia aedificata.*

tationes inſtituit, ac in optimum ſtatum illas reſtituit, et ut ſuum cuique tribueretur, in epiſcopatu *ſummum iudicium* ac *regimen cathedrale*, ad dirigenda iudicia inferiora, fundauit, *ſuperintendentem* quoque, ut uulgo loqui ſolent, conſtituit.

§. V. Non minorem curam in rebus politicis adhibuit AVGVSTVS, dum *filio adminiſtratore ciuitatis curia* exſtructa. Aedificium hoc diuerſa diuerſis temporibus ſuſtinuit fata. Nam anno *1444.* tota *curia* incendio conſumta. Poſtea quidem iterum exſtructa, ſed ob ſumptus impendendos non abſoluta. Anno 1522. ſtructura iterum coepta, ſed ob motus internos
1564. uſque ad annum *1564.* prorogata, quo dicta *curia* a fundamento fere *de nouo aedificata*, in primis ea *pars aedificii*, quae *cellae cereuiſiariae* cum *conclaui pergulano* ſuperſtructa.

Salinae Teudizenſes reſtauratae 1564.

§. VI. Eodem hoc anno AVGVSTVS *elector ſalinas Teudizenſes* reſtaurauit. Pagus *Teuditz* in praefectura *Lützenſi* ſitus, ab antiquis temporibus ſalinas habuit, ubi ſal excoctum, poſtea uero ſalinae ruinoſae factae permanſerunt. Cauſam alii hanc, alii aliam ſuppeditant; plurimi tamen uicinitatem *Halenſium* in cauſa eſſe ueroſimiliter autumant. Alii hanc ueram addunt, ſalſilaginem minoris pretii ac ualoris eſſe, ac centenarium ſalſuginis pondus, quinque tantum ſalis ſemuncias continere, maiores ſumtus ad ſalem excoquendum impendendos, minimos proferre fructus, ac pene nullum ex re ſalinari emolumentum. Hoc ex hiſtoria certum, ante quadringentos fere annos *ſalinas Teudizenſes* in frequenti uſu fuiſſe,

iſſe, ibique ſalarios, qui ſalem excoquunt, habitaſſe plurimos, hinc augmentum pagi *Kauern* dicti, ubi ſalarii tuguriola ſua habuerunt. Sed anno *1347. Halenſes* ac *Magdeburgenſes*, cum *marchionibus Miſnenſibus* ac *epiſcopo Heinrico* belligerantes, *ſalinas Teudizenſes* deuaſtarunt, a quo tempore deuaſtatae permanſerunt, uſque dum AVGVSTVS anno 1564. eaſdem reſtaurauit, ac conclaue ad habitandum ibidem exſtruxit. Ob has ſalinas etiam dictus elector AVGVSTVS anno 1579. foſſam efodi, atque a pago CROSSEN dicto in epiſcopatu Zizenſi ſito aquam ex fluuio *Elyſtere* immenſis ſumtibus deduci iuſſit, ut rates ad ſalem excoquendum in fluuio adueherentur.

CAP. XLIV ALEXAN. 1565. *Pagus Kauer. Halenſium ac Magdeburgenſium bellum cum marchionibus Miſnenſ. ac Henrico epiſc. 1347. pagus Croſſen. 1579. Elyſter fluuius.*

§. VII. Tempore ALEXANDRI *adminiſtratoris* caſus triſtes adeo frequentes non contigerunt, aut ſaltim in monumentis non conſignati. *De nobilibus de Burghauſen* refertur, quod furem, in praefectura *Schkenditz* in furto deprehenſum, nomine *Laurentium Muller*, in furcas ſuſpendendum iuſſerint, cuius corpus in anatomia a medicis diſſectum. Anno *1563.* ac antea 1553. hiemis frigus uehementiſſimus fuit ac conſtans. Sed anno 1562. die 22. Ian. hora matutina 3. ac 4. tanta tempeſtas cum uento, tonitru, grandine mixta exorta, ut homines perterriti iudicium extremum imminere crederent, uentus enim ſuſurrauit, ac tubae in aere, grando ardentes carbones uidebantur.

Nobiles de Burghauſen. Fur ſuſpenſus.

§. VIII. Ante uero, quam ALEXANDER ad pubertatis annos ueniret, ut ipſe adminiſtraret, praematura morte deceſſit. *Obiit* enim

Alexandri obitus 1565.

 Dres-

CAP. XLV. AVGVST. 1565. *Dreſdae anno 1565.* die octaua Octobris, cum epiſcopatui nondum *tres annos* praefuiſſet.

CAP. XLV.
AVGVSTVS SAXONIAE DVX AC ELECTOR POSTVLATVS ADMINISTRATOR
QVADRAGESIMVS QVINTVS EPISC. ADMINISTRATOR.

ab anno 1565. ad ann. 1586.

XLV. AVGVST. SAXON. DVX AC ELECTOR 1565.

Nimis acerba erat et *patri* AVGVSTO *electori* et *ciuibus* et *canonicis praematura* ALEXANDRI *filii ducis* ac *adminiſtratoris poſtulati mors*, ob ſpem de eo omnibus uirtutibus conſpicuo conceptam: *ciues* tamen admodum *erigebantur*, cum AVGVSTVS, intercedentibus canonicis, epiſcopatus adminiſtrationem continuaret, quam ab anno 1565. uſque ad annum 1586. quo e uita diſceſſit, maxima cum laude geſſit, ut ab eo praeclare geſta atteſtantur.

usque ad annum 1586. epiſcopatum adminiſtrauit.

§. II. *Sereniſſimus* enim *elector*, ſummo iure *iuris Saxonici illuſtrator ac defenſor* dictus, anno 1572. *conſtitutiones electorales Saxonicas* promulgauit, ut ſecundum eas inſtar lydii lapidis omnes cauſae tam eccleſiaſticae quam ciuiles in omnibus prouinciis ac in *epiſcopatu* etiam *Merſeburgenſi* diiudicarentur, omnibusque collegiis iniunctum, ut ſecundum eaſdem pronunciarent. Eum in finem *dicaſterium ſeptemuirale*, uulgo *ſcabinatus Lipſienſis*, ab *Auguſto electore* erectum ac fundatum. Conſtitutiones hae ſunt fons, ex quo hauſerunt, quotquot ſub-

Conſtitutiones electorales Saxonicae promulgatae 1572.

Scabinatus Lipſienſis erectus.

ſubſecutis temporibus de iure Saxonico commentati. CAP. XLV. AVGVST.

§ III. Verum non *ſalutares* tantum *leges* condidit, ſed et, ut ad uiuum exprimerentur, *effecit*. Argumento ſunt *frequentes uiſitatio nes*, quas tam in omnibus electoratus eique annexis prouinciis, quam ſpeciatim in epiſcopatu *Merſeburgenſi* inſtitutae. Cum enim *Sidonii* epiſcopi temporibus in cauſa religionis ac ritibus ſacris confuſiones ac perturbationes uariae fuiſſent exortae, has omnes Auguſtus explicuit. In primis *generalis uiſitatio* notanda, quae anno *1575*. per quaſcunque epiſcopatus eccleſias inſtituta. *1575. Viſitatio eccleſiarum in epiſcopatu 1575.*

§. IIII. In hunc annum etiam incidit *gymnaſii Merſeburgenſis reformatio* ac *fundatio*. *Sidonius* enim epiſcopus *ſcholae prouiſionem* Merſeburgo *Grimmam* transtulerat: ſed AVGVSTVS gymnaſio huic nouis reditibus proſpexit atque augmentauit, D. *Hieronymi Kommerſtadii*, capituli canonici ac ſcholaſtici, conſilio uſus, cuius opera aedificia collapſa reſtaurata. In gymnaſii introitu in memoriam AVGVSTI *fundatoris* ac *reſtauratoris* haec *inſcriptio* lapidibus inciſa: *Fundatio gymnaſii Merſeburgenſis 1575. Hieronymus Kommerſtadt canonicus ſcholaſticus.*

D. O. M.

AVGVSTVS *dux Saxoniae, ſacri Romani imperii archimarſchalcus et elector etc. aedes has longa uetuſtate ruinoſas ad uſum ſcholaſticae iuuentutis pie conſecrando reditibus donauit annuis, Hieronymo Kommerſtadt doctore eiusdemque principis conſiliario, canonico Martisburgenſi, ſcholaſtico, ſumma fide et diligentia exſtructionem huius nouae ſcholae procurante anno Chriſti* M.D.LXXV. *Inſcriptio in aede gymnaſii.*

CAP XLV. AVGVST 1576. *Ioachimus Camerarius, in uſum gymnaſii legata. Formula concordiae conſcripta ac publicata 1576. 1577. 1580.*

Ioachimus Camerarius, profeſſor celeberrimus, lectiones in ſchola habendas praeſcripſit, nobilis uero *de Boſe* hereditarius in *Franckleben* et nobilis de *Nordhauſen* legata huic ſcholae in teſtamento reliquerunt ampliſſima. In memoriam huius reſtaurationis inſignis anno 1675. iubilaeum primum, ut infra dicetur, celebratum.

§. V. AVGVSTI *electoris iuſſu Formula concordiae* quoque per ſex theologos *Torgauiae* anno 1576. conſcripta, in *coenobio Bergenſi* anno 1577. reuiſa, tandemque *Dreſdae* 1580. publicata. Occaſio libri huius ſymbolici conſcribendi haec. Statim poſt *Lutheri* obitum ab anno 1550. ſic dicti Philippiſtae in eccleſia multas turbas dabant, praecipue autem *articulus de coena domini* controuertebatur. Coryphaei erant *D. Peucer* et *D. Krakaw*, quorum ille audebat *catechiſmum* a ſe confectum in electoratus ſcholis ac eccleſiis clanculum introducere, paſtoribusque eundem obtrudere. Controuerſiis hiſce in dies creſcentibus, etiam aulici electoris conſiliarii implicabantur, ut, *electore* AVGVSTO inſcio, multa innouarent. Haec autem omnia, AVGVSTO *inſcio*, eſſe factitata, argumento ſunt *relationes ac querelae*, ab illuſtriſſimo electore manu ſua anno 1571. exaratae, quae prolixius in repetita defenſione Auguſtanae confeſſionis pag. m. 628 630. ſeq. recenſentur. Notatu digna ſunt uerba hic adſcripta. *Und haben dieſer verlogener Buben halben, ich, als unwürdiger Lands-Herr, darnach die frommen Landſchafft unſchuldiger Weiſe in dem Geſchrey und Verdacht ſeyn müſſen, als wären wir von der reinen Lehr abgefallen, und die Calviniſche Lehr an-*

D. Peuceri et D. Krakaw molimina in articulo de S. coena.

Auguſti querelae ob turbas D. Peuceri 1571.

angenommen: Da wir doch weder Wort noch CAP.XLV.
Weiſe darvon gewuſt: und haben alſo der an- AVGVST.
dern unwiſſend entgelten müſſen. Vnd iſt 1579.
dieſer langwieriger Zanck in dieſen Landen allein aus der Urſachen hergefloſſen, daſs die heimlichen Caluiniſten ſich nicht öffentlich zu ihrer Lehre haben bekennen wollen: ſonſten wäre dieſer Paucken zeitlich ein Loch gemachet worden, und hätte das Vngeziefer nicht niſteln ſollen.

§. VI. Vt ergo maiora mala praecauerentur, AVGVSTVS *elector* anno 1574. die 24. Maii *Torgauiae comitia* conſcripſit, quo ſtatus prouinciales conuocati, ac de malo hoc medendo deliberatum. *Puncta*, in his comitiis *propoſita*, prolixius in repetita defenſione Auguſtanae confeſſionis pag. m. 640. recenſentur, quorum ſumma huc redit, ut a *theologis controuerſiae accuratius uentilentur, ac formula quaedam fidei ſymbolica conſcriberetur, ab omnibus ciuibus ſubſcribenda.*

Comitia prouincialia Torgauiae 1574.

Repetita defenſio Auguſtanae confeſſionis.

§. VII. Formula concordiae conſcripta, *elector* AVGVSTVS omnibus doctoribus ac ciuilibus etiam miniſtris iniunxit, ut eandem ſubſcriberent. *Subſcriptio* haec in *epiſcopatu Merſeburgenſi* anno 1579. a ſingulis *paſtoribus, diaconis* ac *ludimagiſtris* facta, et ſic huic controuerſiae finis impoſitus. Non ſolum autem *internos*, ſed etiam *externos motus* ſedare AVGVSTVS laborauit. Cum enim *Reformati* in regno Franciae *uarias perſecutiones* paterentur, AVGVSTVS, intercedendo ac ſupplicando, Regis animum flectere ſatagebat. De qua re prolixius teſtantur litterae, ab *Huberto Langueto* ad ſereniſſimum electorem ſcriptae, ac a Dn. de Ludewig in lucem editae, dignae, quae ab omnibus legantur.

Subſcriptio formulae concordiae 1579.

CAP. XLV. AVGVST. 1579. *Templum S. Maximi reſtauratum 1580. Campana 1584.*

§. VIII. Sequenti anno 1580. *S. Maximi aedes* reſtauràta, anno uero 1584. huius aedis turris *maior campana* recens fuſa, cuius haec inſcriptio: ſupra

O Gott allein die Ehre.
Durch Feuer und Hitze bin ich nechſt Gott zerfloſſen,
Caſpar Senger von Zwickau hat mich gegoſſen.
A. 1584.

Auſpice Chriſto tempore AVGVSTI *ducis Saxoniae* et *electoris prouinc. Merſeburgenſ.* conſiliario *Iohann v. Koſtitz*, *Alberto Roſen* et *Gabriel Schützen*, cancellar. fieri coepi. Ioh. III. Sic Deus dilexit mundum etc.

Gott ſey Lob und Danck.
Kommt her ihr Chriſten hört Gottes Wort,
Wo ihr mich hört an allen Ort.

Infra: V. D. M. I. Æ. ſequens diſtichon annum Chriſti continet.

AD tVa Vera VoCo ChrIſtIanos Verba profeſſos,
ChrIſte ſeD Ipſe tVa peCtora LVCe regas.

Horologium in Teudiz. Anno 1584. in pago Teudiz horologium erectum, eius fabri Chriſtoph Groſſe et Iulius de Botfeld.

pontes exſtructi 1576. 1577. Lignorum rates per fluuium Salam 1579.

§. VIIII. Aliae etiam *ſtructurae*, ſub AVGVSTO electore abſolutae ac perfectae, in monumentis leguntur. Sic anno 1576. mandato AVGVSTI *pons exterior lapideus* fluuio Salae impoſitus, anno 1577. uero *pons altus*. Vt etiam ciues Merſeburgenſes maiori lignorum copia abundarent, amori, quo AVGVSTVS ſuos complexus, unice id adſcribendum. Notum enim, fluuium *Salam Merſeburgum* praeterfluere, *Salae* prope urbem influit *Elyſter*, ac alii fluuii, *Luppa*, *Giſela* et *Clia*. Hunc in finem anno

1579.

1579. iuſſu AVGVSTI *foſſa effoſſa*, ut *lignorum* CAP XLV.
ratis in fluuio Salae per foſſam ad urbem adue- AVGVST.
heretur. A quo tempore magnus lignorum 1585.
omnis generis aceruus ope ratium Merſebur- *Vectigalia*
gum allatus. Magni etiam ex ratium uectigalibus *ratium in*
reditus percipiuntur. Nam in pago *Kirchdorff* *Kirchdorff*
telonium conſtitutum, ubi publicanus a quauis rati praeteruehente uiceſimum ratis truncum et quidem optimum exigit, cuius ratio in aerario epiſcopi Merſeburgenſis reddenda. Tale telonium etiam in *Sckopau*. *et Sckopau.* Hic etiam ſilentio non praetereunda illa tranſactio, inter ruſticos *Croelwizenſes* et *Spergenſes* per AVGVSTI electoris miniſtros compoſita. Nam in pago *Croelwitz* Salae influit riuulus, qui a pago *Spergau* defluit, cum ergo inter hos duorum pagorum ruſticos ob riuulum controuerſiae orirentur, hae controuerſiae dicta tranſactione ſopitae. *tranſactio Croelwizenſium et Spergenſium.*

§. X. Inter funeſtos caſus referendum *incendium*, quo in oppido *Luzena* anno 1569. uiginti quatuor aedificia combuſta. *Incendium 1569.* Anno 1578. die 27. Aprilis hora undecima ante meridiem *terrae motus* homines perterrefecit, quem ueſperi fulminis ictus inſecutus. *terrae motus 1578.* Anno 1585. die 9. Februarii circa meridiem *fragore coeli* multa templorum aedificia conquaſſata. *tempeſtates exortae 1585.* Die 4. Maii dicti anni *grando immanis* decidit, quo feneſtrae aedium, tecta, homines, ſegetes ac arbores percuſſi. Eodem hoc anno die 18. Iunii *Sala* horrendum in modum *intumuit*. *Salae inundatio,* In pago *Veſta* aquae inundantes *templi portas* perruperunt *ſubſelliaque* deiecerunt. Decreſcentibus aquis, *anguilla* in templo capta, quod pleriſque omen ſiniſtrum creditum. *anguilla in templo* *ouorum caritas 1573.* Anno 1573. tempore pa-

ſcha-

CAP. XLV. AVGVST. 1555.

peſtis 1565. 1575. 1585. *caementarius a tecto decidit,*

ſchatos *annonae caritas* extitit, nam *ſexaginta oua* pro *quindecim groſſis* uendita. *Peſte* etiam, quae anno 1565. 1575. 1585. graſſata, multa hominum millia perierunt. An. 1567. die lunae poſt feſtum Bartholomaei Merſeburgi in *platea*, quae dicitur *Burgſtraſſe*, *murarius* quidam a *tecto* canonici in uiarum ſtrata *decidens*, ſed illaeſus opus coeptum peragit, contra caementarii trulla equus occiditur.

ruſtici laeſio ex combuſtione 1585.

Anno 1585. die 16. Ianuarii *ruſticus* e pago *Libenau Merſeburgi domum ceruiſiariam zum Windberge* dictam intrat, frigida membra calefacturus. Ex improuiſo ſartagini efferueſcenti inſilit. Statim iterum exilit ac fluuium *Giſelam* incurrit, ignis ardorem refrigeraturus. A tonſore duobus cruribus ſecatis, per octo annos pagatim ſtipem colligit.

Veſpillones ob artes magicas puniti 1582.

Anno 1582. menſe Septembri *duo ueſpillones* in pago *Groſſ-Zſchocher artibus magicis* luem contagioſam conciliarunt, qui forcipibus candentibus lacerati, rotae impoſiti. Eorum uxores ob *magicas artes* uiuae combuſtae.

arbores reuireſcunt 1584.

Anno 1584. tempore autumnali *roſeta*, *arbores* ac *uites* denuo uiruiſſe ac folliculos et gemmas protrudiſſe ſcribitur.

Eruditi Elias Narniſcius 1577.

§. XI. Inter *eruditos* Merſeburgi floruerunt *Elias Narniſcius* I. V. L. et cancellarius Merſeburgenſis, qui anno 1577. die tertio Iunii e uita diſceſſit, in templo cathedrali ſepultus.

Iulii Kommerſtadii epitaphium.

Supra iam mentio facta D. Hieronymi Kommerſtadii, canonici, hic addendus Iulius in cathedrali templo ſepultus, cui hoc epitaphium poſitum.

Ioh. 14. Ego uiuo et uos uiuetis. Regi uiuentium S. Vt conſtaret in rebus humanis nihil conſtare, ortaque omnia occidere, ecce

IVLI-

IVLIVS A KOMMERSTADT *in Kalckreut, pietate erga Deum inſigni a teneris praeditus, iterque gloriae per uirtutis portam ingreſſus, cum porro literatae nobilitatis famam exteris reliquiſſet, obque peripheriae ſanioris et aequi bonique haud uulgarem ſcientiam demum huic aulae conſilio cum laude praeeſſet, ſubita morbi inopinatiui oppreſſus melioribus annis uitae huius ſtatione decedit. Siamicus es hoſpes, uicem communem dole et coeleſtem medicinam quaere; ſin hoſtis, exemplo diſce teque ipſum, uterque noſce uiuens, ut poſt uiuas, diuturniorem uero hanc in terris memoriam Marit. deſideratiſſ. ANNA e gente Lauterbachia fidei coniugalis ergo in ſpem laetae reſurrect. mort. de ſuo poſ. Vixit annos XXXVI. pie ac placide deceſſit VI. Maii Anno grat. M. D. LXXVII.* CAP. XLV. AVGVST. 1586.

Tandem *Gabriel Sagittarius*, cancellarius Merſeburgenſis, cuius aedibus in platea Burgſtraſſe dicta haec inſcriptio inſculpta: *Gabriel Sagittarius.*

Auxilium meum a Domino.

Has aedes ruinoſas impenſis propriis ex fundamento extruxit Gabriel Sagittarius, Cancellarius in Merſeburg. Anno Chriſti MDLXXVIII.

§. XII. AVGVSTVS ipſe anno 1586. die undecima Februarii *anno aetatis ſexageſimo* ex hac uita diſceſſit. Ad mortem ſe optime praeparauit, nam hoc anno 1586. triginta diebus codicem ſacrum ac totidem ſeptimanis omnes Lutheri tomos perlegit. *Duas* habuit *uxores*, prima fuit ANNA, *Chriſtiani III. regis Daniae filia*, nata 1548. denata 1585. (2) AGNES HADE- *AVGVSTI obitus 1586. duae eius coniuges.*

WIG

CAP. XLVI. CHRIST. I. 1586. WIG *Ioachimi Erneſti principis Anhaldini filia* 1586. quae poſt Iohanni duci Holſatiae nupta, mortua 1616. CHRISTIANVM I. omnium prouinciarum unicum heredem ac ſucceſſorem una cum theſauro 1700000. thalerorum reliquit. AVGVSTVS uero natus 31. Iulii anno 1526. Subditorum delitiae, cuius laus nullo tempore intermoritura.

CAP. XLVI.
CHRISTIANVS
ELECTOR AC DVX SAXONIAE POSTVLATVS ADMINISTRATOR QVADRAGESIMVS SEXTVS EPISC. ADMINISTRATOR.

ab ann. 1586. ad ann. 1591.

XLVI. CHRIST. I. DVX AC ELECTOR SAXONIÆ 1586. electoralis familia, coniux, liberi. CHRISTIANVS inter Saxoniae electores huius nominis PRIMVS anno 1560. die 29. Octobris natus. *Pater* eius *Auguſtus*, dux Saxoniae ac elector. *Frater Alexander*, poſtulatus adminiſtrator, iuuenis deceſſerat, ut ſupra cap. XLIV. dictum. Ex *coniuge Sophia*, *Iohannis Georgii, Brandenburgenſis electoris filia* tres ſuſcepit *filios, Chriſtianum II. electorem* anno 1583. die 23. Septemb. *Iohannem Georgium I.* anno 1585. die 5. Martii, *Auguſtum*, epiſcopatus Numburgenſis poſtulatum adminiſtratorem, anno 1589. die 7. Septembr.

Poſtulatus adminiſtrator §. II. Poſt mortem patris *Auguſti* CHRISTIANVS I. omnium ditionum, a patre relictarum, unicus ſucceſſor, a capituli Merſeburgenſis canonicis *adminiſtrator poſtulatus*, epiſcopa-

pa-

CAP. XLVI. CHRIST. 1591. *partibus reformatorum fauit.*

patus huius adminiſtrationem ad uitae exitum uſque praeclare geſſit. *Partibus reformatorum* fauit, in *ſacris ritibus* multa *innouans*, ac *miniſtros eccleſiae*, Lutheri doctrinae addictos, ab *officio amouens*. *Suaſu* enim *Crellii exorciſmum* aliaque plura aboleuit.

Incendium Merſeburgi 1589. terrae motus 1590. frumenti iactura delinquentes capite plexi 1587.

§. III. Tempore *huius adminiſtratoris* anno 1589. die 23. Februarii hora nona ueſpertina *Merſeburgi* in *Gotthardi platea incendium exortum*, quo *triginta domus* aliaque aedificia combuſta. Anno 1590. die quinto Septembris *terrae motus* ciues perterrefecit. Anno uero 1587. ob *continuas imbrium tempeſtates frumenti iactura* percepta. Cum etiam anno 1587. die 24. Ianuarii ac 21. Iunii *duo malefici* capite plecterentur, carnifex in priori delinquente *gladii ictum ter*, in poſteriori *quinquies* repetiuit.

Campana in Groſſ Goebren 1591.

§. IIII. Quoad *aedificia exſtructa*, in monumentis legitur, quod anno 1591. *parochiani in pago Groſſ-Goebren* dicto *campanam maiorem* fudendam curauerint, *Georgio Langio* paſtore, Iohanne Krauſe ac Melchiore Grubner eccleſiaſtici aerarii praefectis exiſtentibus. *Campanae inſcriptio* haec:

In Groſſ-Goebren hange ich,
Allen Chriſten ruffe ich,
Melchior Möring goſſ mich. Anno
MDXCI.

Chriſtiani I. mors 1591. foedus cum

§. V. CHRISTIANVS I. uero, *Saxoniae electior*, cum *epiſcopatus Merſeburgenſis adminiſtrationem* per quinque annos geſſerat, Dreſdae anno 1591. die uigeſimo quinto Septembris *e uita diſceſſit*. Paulo *ante obitum foedus cum*

Hen-

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1591. *Henrico IV.* regi Franciae, contra ſic dictam pontificis *ligam* copias auxiliares miſit, anno etiam 1586. Dreſdae *ſtabulum publicum*, aedificium admodum celebre, exſtruendum curauit. In electoratu eidem filius Chriſtianus II. elector, in epiſcopatus Merſeburgenſis adminiſtratione uero Iohannes Georgius I. ſucceſſit.

Henrico IV reg. Franc. ſtabulum publicum Dresdae 1586.

CAP. XLVII.
IOHANNES GEORGIVS I.
SAXONIAE DVX AC ELECTOR POSTVLATVS ADMINISTRATOR QVADRAGESIMVS SEPTIMVS EPISC. ADMINISTRATOR.

ab an. 1591. ad an. 1650.

XLVII. IOHANN. GEORG. I. SAXONIÆ DVX AC ELECTOR 1591. poſtulatus adminiſtrator, tutores Fridericus Wilhelmus D. Altenburg.

IOHANNES GEORGIVS I. *Chriſtani I.* electoris ac Saxoniae ducis *filius ſecundo genitus*, anno 1585. die quinto Martii natus. Poſt mortem patris *Chriſtiani I.* anno 1592. a capituli canonicis epiſcopatus Merſeburgenſis *adminiſtrator poſtulatus. Poſtulatus ſeptem annorum princeps* adminiſtrationem, ob minorem aetatem, ipſe gerere nequibat, ſub cura tutorum *Friderici Wilhelmi, Ducis Altenburgenſis* et *electoris Brandenburgenſis* conſtitutus, quos parens uiuus nominauerat. Merſeburgenſes itaque dicto Altenburgenſi du-

duci FRIDERICO WILHELMO, IOHANNIS GEORGII tutori, *fidelitatis ſacramentum* praeſtiterunt, qui etiam uſque ad annum 1602. epiſcopatum adminiſtrauit, quo anno *Chriſtianus II.* elector, IOHANNIS GEORGII I. frater tutorio nomine, per conſiliarios ſuos, eum in finem delegatos, a ciuibus Merſeburgenſis epiſcopatus *fidelitatis iuramentum* ſibi renouari iuſſit.

CAP. XLVII. IOH GEO. 1592. *Homagium a ciuibus epiſcopatus praeſtitum.*

§. II Cum igitur poſt *Chriſtiani I.* electoris obitum *Nicolai Crellii*, cancellarii, *factio* in dies maiora caperet incrementa, quae *eccleſias Saxonicas* miſerandum in modum uexabat; his turbis ut obuiam iretur, *Fridericus Wilhelmus* dux Altenburgenſis, *Chriſtiani II.* electoris ac *Iohannis Georgii I.* tutor, manus praebuit auxiliatrices. Hunc in finem *Torgauiae* anno 1592. menſe Februario, prius *conuentu ordinum* prouincialium indicto, curam de religione pura conſeruanda, primum ſuſcepit. Mox inſequenti menſe Maio *Lipſiae* de *uiſitatione eccleſiarum et ſcholarum* in Saxonia conſultatum, et cum omnibus hoc religionis conſeruandae ſtudium probaretur, *uiſitatio* illa per uiros prudentes et doctos in electoratus et epiſcopatus terris peracta, *uiſitatorii* etiam *articuli* conſcripti, qui *formulae concordiae* in fine ſubiecti. Imperatoris quoque *ſententiam*, in *Nicolaum Crellium* latam, executioni dedit, qui, ceu turbator eccleſiae ac reipublicae, anno 1602. *capite truncatus*.

Turbae ex Nic. Crellii factione, quibus medetur Fridericus Wilhelmus.

Conuentus Torgauiae 1592.

Viſitatio per eccleſias Saxonicas.

Articuli uiſitatorii.

Crellius capite plexus 1602.

§. III. His turbis ſedatis, FRIDERICVS WILHELMVS tutor ſalutares in republica leges ac conſtitutiones promulgauit, ac politiam opti-

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1593 me adminiſtrauit. Eo enim adminiſtrante anno 1599. *Merſeburgenſis*, *Delizenſis*, *Bitterfeldenſis* aliaeque *praefecturae ſenatui Halenſi* litteras, ut dicunt, reuerſales ſibi mutuo impertierunt, de *gabella* ac *emigrationis cenſu* in cauſis hereditariis ac ſucceſſionibus utrinque non detrahenda. Idem quoque *aedificia eccleſiaſtica* reparari fecit. Sic anno 1593. in pago Caſtimontio (Keuſchberg) *campana fuſa* hac *inſcriptione* :

Litterae reuerſales Merſeburgenſium ac Halenſium de gabella non detrahenda.

Campana in Caſtimontio 1593.

In Keuſchberg hange ich,
Meinen Klang gebe ich,
Allen Chriſten ruffe ich,
Melchior Moering goſſ mich in Erfurt. An. MDXCIII.

Nobilis de Rothſchutz. Eccleſiae huius antiſtites erant nobilis *Georgius de Rothſchutz*, capituli Decanus, conſiliarius epiſcopatus Merſeburgenſis, collator templi Caſtimontii, Paſtor *Iohannes Sorger*, *Gottfrid*, *Wolfgang*, *Eucherius* fratres *de Wolffersdorff*, *Samſon Behr*, *Blaſius Hoepffer*, praefectus Luzenſis. Anno 1594. parochiani in pago *Doeblitz* ad Salam *coemiterium* ſuum exſtruxerunt. Anno 1596. *templum* in dicto pago, loco ueteris capellae, a nobili *Iohanne de Wolffersdorff*, electori Saxoniae a conſiliis intimis et hereditario in Doeblitz et Marckersdorff ex fundamento exſtructum, opera *Iohannis Fleir*.

Nobiles de Wolffersdorff.

Coemiterium in Doeblitz 1594. templum.

Arx Luzenſis 1592. §. IIII. Idem FRIDERICVS WILHELMVS anno 1592. *arcem* ducalem *Luzenſem* reparauit, huius refectionis argumentum ſuppeditant uerſus, dictae arci inſcripti, cum hac inſcriptione: *Dei Gratia, Iohann Georgius, Dux Saxoniae, Adminiſtra-*

ſtrator Epiſcopat. Martisburgenſ. MDXCII. Cum *Iulius Henricus*, dux Brunſuicenſis, contra Turcas, chriſtianorum hoſtes, copias auxiliares in Hungariam mitteret, dictus adminiſtrator anno 1602. per urbem *Merſeburgum* ac eiusdem ditiones iisdem tranſitum conceſſit. Tranſibant uero duo millia peditum ac mille equites.

CAP. XLVII. IOH GEO. 1603.

Tranſitus per epiſcopatum.

§. V. Caeterum in *monumentis* obſeruatum, tempore *huius adminiſtratoris* anno 1598. die 16. Decembris ob *terrae motum* ianuarum ſeras reſeratas, quem uehementiſſimus uentus inſecutus. Anno 1595. menſe Februario *Salae exundatio* tanta, qua maior hominum memoria non fuit. Anno 1599. tanta frigoris uis, qua arbores uiteſque aduſtae. Anno 1602. omnium rerum ad hominis uictum neceſſariarum *maxima caritas.* Aedificia etiam maximo pretio diuendita. Anno 1593. die conuerſionis Pauli, medio die, ſereno coelo *quatuor ſoles* ac *quatuor irides* Martisburgi uiſae ſcribuntur. Anno 1598. *peſtis* graſſata, qua multa hominum millia perierunt Anno 1602. in *feſto natiuitatis Chriſti ruſticus* quidam ex pago *Spergau*, cauponam in *Wengelsdorff* frequentans, ebrius in itinere frigore mortuus. Tandem *nobilium de Stammer* familia illuſtris notanda, e quorum familia *Erhardo de Stammer* in eccleſia cathedrali *Merſeburgi monumentum* poſitum.

Terrae motus 1598.

Exundatio Salae 1595.

Hiems uehemens 1599.

Caritas annonae 1602.

4. ſoles ac 4. irides uiſae 1593.

peſtis 1598.

ruſticus frigore mortuus 1602.

Nobiles de Stammer

§. VI. Verum enim uero IOHANNES GEORGIVS, *poſtulatus adminiſtrator*, iam pubertatis annos pertigerat, ac ea erat aetate, ut ipſe epiſcopatum *adminiſtrare* poſſet. Hinc anno 1603. die ſexto ac ſeptimo Maii *urbem Merſeburgum ſolenni pompa intrauit*, a capituli *cano-*

Iohannes Georgius Merſeburgum intrat; 1603. clientelae iuramentum eidem praeſtatur

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1603.

nicis ac omnibus epiſcopatus *clientibus* poſtulans, ut *clientelae iuramentum* praeſtarent, quod etiam conſuetis ceremoniis *praeſtitum*. Nomina *canonicorum* eo tempore haec:

Nomina canonicorum tempore Iohannis Georgii I.

Iohannes de Koſtitz, capituli praepoſitus.
Georgius de Rothſchitz, capituli decanus.
Dietericus Boſe, ſenior.
Heinricus de Gleiſſenthal.
Georgius de Nordhauſen.
Iohannes Badehorn. I. V. D.
Iohannes Erneſtus de Haugwitz.
Albertus de Koetſchau.
Michael Wirth, ſenior, I. V. D. ordinarius Lipſienſis.
Sebaſtianus de Berbisdorff.
Michael Wirth, iunior, I. V. D. ac profeſſor Lipſienſis.
Euſtachius Muller, I. V. D.

Epiſcopatum per 64. annos uſque ad ann. 1650. adminiſtrauit.

§. VII. Ab hoc tempore IOHANNES GEORGIVS ipſe *epiſcopatum adminiſtrauit*, ac *adminiſtrationem* uſque ad annum 1650. per ſexaginta quatuor annos *continuauit*. Admodum inſignis eſt IOHANNIS GEORGII *adminiſtratio*, tum ob *praeclariſsime* ab eo et belli et pacis tempore *geſta*, tum ob *geſtorum* multitudinem ac durationem. Incidit enim in tempora *belli germanici*, quod per triginta annos durauit. Nulli etiam, qui IOHANNEM GEORGIVM praeceſſerunt ac ſucceſſerunt epiſcopi, tam diutina epiſcopatus *adminiſtratione conſpicui*.

Aula epiſcopalis reſtaurata.

§. VIII. Principio *aulam epiſcopalem* Merſeburgi refici curauit. Diu enim habitari non ſolita ruinam minabatur. Hunc in finem a ſtatibus prouincialibus *indictio extraordinaria*, a ſub-

ſubditis *contribuenda*, anno 1604. *exigi permiſſa.* Indictionis huius *ſyngraphae*, a quaeſtoribus ſcriptae, hodie in quibusdam pagis hoc ſtilo conceptae inueniuntur: *Ich Iohannes Gerſtener, dieſer Zeit Amt Schreiber des Kuchen-Amts Merſeburg hiermit bekenne, daß die Gemeine zu* N. *zu der neuen bewilligten* Contribution *und Anlage zu* Repariru*ng der Fürſtl.* Reſidentz *des Stiffts Merſeburg den erſten* Termin Inuocauit. A. 1605. *entrichtet und erleget haben - - fl. - - gr. - - - pf. Deſſen zu wahren Bekantniß habe ich dieſe Quittantz mit meinen brauchenden Petſchafft bedrucket*, Actum *Merſeburg den 22. Martii A. 1605* Dein anno 1606 in pago *Geuſau campana minor* fuſa, anno 1608. uero *templum* in pago *Bundorff*, olim *Bogendorff*, renouatum. CAP. XLVII. IOH. GEO. 1611. *ad cuius reſtaurationem tributum indictum.* *Campana in Geuſau 1606. Bundorff, Bogendorff.*

§. VIIII. His annis quoque haec acciderunt. Anno 1606. die 17. Martii, hora quarta pomeridiana, *turbo vehementisſimus*, ſubito exortus, *domus, ſtabula, borrea* aliaque *aedificia* deſtruxit, aquae *aggeribus* ruptis *uagatae*, *arbores* in hortis ac ſyluis *deiectae*. Anno 1607. die 28. Maii *grando, glandium inſtar*, praecipue in oppido *Schaaffſtaedt* et *Klebigk* ac *Teutſchenthal* pagis decidens, ſegetes proſtrauit. Anno 1611. die quarto Maii, *incendio* in pago *Linden-Naundorff* exorto, tredecim domus ac tres liberi combuſti. Eodem hoc anno die 12. Ianuarii, *imbre continuo* ingruente, *Sala intumuit*, cuius exundatione ruſticus in pago *Meiſchau*, quatuor porci ac uacca perierunt. Anno 1605. *calceorum caritas* exorta, qua par calceorum ſedecim grosſis venditum. Anno 1607. et 1611. *peſtis* gras- *Turbo 1606. Grando 1607. Incendium 1611. Salae inundatio 1611. Calceorum caritas 1605. Peſtis 1607. 1611.*

CAP. XLVII. IOH GEO. 1611.

graſſata, poſteriori Merſeburgi exceptis ſuburbiis 1067. homines mortui.

Vitulus monſtroſus 1607. *Tres ſoles in coelo 1608.* *Aggeres niuei 1611.* *Scarabaei 1609.* *ſagae duae combuſtae 1604.*

§. X. Alia quoque *mira*, quae his annis contigerunt, in *monumentis* conſignata leguntur. Sic anno 1607. die 21. Martii in pago *Myritzſch uitulus tribus capitibus, ſex oculis, tribus linguis,* ac *quinque oſſibus* enixus dicitur. Anno 1608. die 11. 12. 13. Ianuarii *tres ſoles* in coelo apparuerunt. Anno 1611. *aggeres niuei*, hieme decidentes, *feras ſuffocaſſe* ſcribuntur. Anno 1609. menſe Aprili innumeri *ſcarabaei* arborum uitiumque frondes depauerunt. Anno 1604. die ſexto Martii *ſagae* duae in oppido *Lauchſtaedt* uiuae combuſtae, harum una, *Haferkaſtin* dicta, inter *torquendum* confeſſa, ſe a diabolo in rubrae turris Halenſis culmen deductam, quinquies ibi cum eo concubuiſſe.

Vindicta diuina in ruſticum ſabbathum profanantem.

Eodem hoc anno *ruſticus* ex pago *Doelnitz* in *feſto uiſitationis Mariae* una cum uxore, filio, filia ac ancilla foenum in campo *Collenbeyenſi* collegit, ancillamque, cultui diuino uacaturam, ad laborem continuandum, quamuis *uxore filioque diſſuadentibus*, cogit. Ruſticus, foeni aceruum cumulatum pedibus conculcans, frondem, ut cumulo imponat, poſtulat. Qua impoſita, a cumulo deſcenſurus, raſtri adſtantis cuſpidi incidit, quae abdomen perforat, a dextro latere ani uſque ad ſiniſtrum pectus ad brachium penetrans. Vxor ac liberi *cuſpidem raſtri* e corpore *extrahere* allaborant, ſed fruſtra, *cuſpis* enim infra *frangitur*. Ruſticus dum Halam ad tonſorem uehitur, etiam ſupra *cuſpis frangit.* Tonſor *reſiduum ligni*, corpori infixi, *exſciſſurus*, duas coſtas maximo uulnerati dolore ape-

aperire cogitur. Vulnus quidem coit, ſed priſtinae ſanitati non reſtitutus, poenam profanationis luit, dein peſte anno 1610. periit. CAP. XLVII. IOH.GEO. 1611.

§. XI. Simile *exemplum uindictae diuinae*, de ciue Merſeburgenſi *prafanante ſabbathum*, ſumtae eodem hoc anno die 19. Auguſti occurrit. Hic enim *dominica XI. poſt feſtum trinitatis* boetis ſuis iniungit, ut *pira decerpant*, ne furtim auferantur, aut uento deiiciantur. *Vxor* diſſuadet, *boeti*, *procraſtinationem* fruſtra petentes, *inuiti* decerpunt. Piris propemodum decerptis, magiſter ſuſpicit, obſeruans, an pira decerpenda reſtent. *Puſillum muſci* oculo ſiniſtro incidit, dum oculum manu detergit, *rubeſcit* ac *detumeſcit*. *Collyria* quidem oculo illinit, ſed eiusdem fit *ſuffuſio*, et cum *pelliculam acu detrahi a* chirurgo curat, *amborum oculorum ſuffuſio* exiſtit, ex qua caecus tandem anno 1611. *peſte* interit. Aliud *exemplum* de ancilla refertur, quae anno 1609. die 19. Martii, *dominica oculi frumentum molendum* Merſeburgum humeris geſtauit, ſed altero pede uacillans, humi procumbit, ita ut *inteſtina eiiciantur*. Ob indigentiam *chirurgi anus* quaedam *inteſtina eiecta*, adhibita aqua calida, aluo indit, ac mantili abdomen ligat, calido uino ac herbis aromaticis adhibitis, ancilla ſanatur. Ad laborandum quidem *incapax*, nihilominus poſt ſex annos *libidini indulgens*, a ſeruo *impraegnatur*, ſed foetu edito moritur. Antecedenti anno 1604. die 11. Octobris *Georg Harniſch de Franckenheim* ſecuri *Hieronymi Kietzen de Prieſtaeblich* in pago *Rückmarſdorff* cerebrum uulnerat, ex quo uulnere mortuus. Anno

Similia exempla.

Ciuis Merſeburgenſis oculis priuatur, dum uni collyria illinit.

curatio anus, quae eiecta inteſtina abdomini indit ac ſanat.

quidam ſecuri percuſſus 1604.

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1609. *mendicus pediculis mortuus.* 1609 die 8. Iulii in *armentarii* cuiusdam *magaliis* mendico cuidam, pagatim ſtipem colligenti, *pediculi* ac *cimices* ex auribus, naribus ac ore erepſerunt ac irrepſerunt, quo *malo* in pago *Ranſtadt conſumtus.*

1609. *Iohannis Koſticii epitaphium.* §. XII. Cum etiam in haec tempora *Iohannis Koſticii*, capituli Merſeburgenſis *praepoſiti*, ſupra iam memorati, *obitus* incidat, quippe qui in *eccleſia cathedrali* ſepultus, eius *epitaphium* hic adducere lubet.

IANVS COSTICIVS *maiorum ſtemmate clarus,*
Virtute et propria, genuit quem Miſnica tellus,
Italiam petiit doctam et florentia Galli
Regna, atque Aegyptum uario diſcrimine uitae
Luſtrauit mores hominum, didicitque loquelas,
Hinc tandem rediens percelſi Saxonis aula
Aſcaniique ducis ſe conſilio uſque fidelem
Praeſtitit et templo huic cathedrali munus obiuit
Praepoſiti, donec placide mors ſolueret actus,
Quos ſpes coeleſtis uitae haec monumenta recondunt.

Moritur die XXV. Martii anno Chriſti M. DC. XI. aetatis LXX.

Lucae Brachtii epitaphium. In eadem eccleſia Dn. *Lucae Brachtio* hoc monumentum poſitum: *Memoriae prudentiſſimi uiri,* DN LVCAE BRACHTII, *quondam hic iudicis oppidani meritiſſimi, et ibidem pie in Chriſto defuncti d. 15. Auguſti anno 1608. nec non eiusdem coniugis Magdalenae Heiniae itidem hic pie denatae d. 2. Iunii anno 1613. monumentum iſtud liberi ſuperſtites pietatis et gratitudinis ergo poni curarunt.*

Chriſtiani II. mors 1611. §. XIII. Sed iam *noua periodus imperii* IOHANNIS GEORGII I. incipit. Cum enim *Chriſtianus*

ſtianus II. elector Saxoniae, IOHANNIS GEORGII frater, anno 1611. die 27. Iunii, ſine maſcula prole, apoplexia moreretur, eidem in *electoratu* ſucceſſit IOHANNES GEORGIVS I. SAXONIAE DVX AC ELECTOR, *omnium ditionum Saxonicarum* ac etiam *epiſcopatus Numburgenſis uniuerſalis heres.* A quo tempore *electoratus, Merſeburgenſis* ac *Numburgenſis epiſcopatuum prouincias* ſimul *adminiſtrauit*, ut ex diplomatibus electoralibus luculentiſſime patet.

CAP. XLVII. IOH GEO. 1612. *Iohannes Georgius I. Saxoniae elector.*

§. XIIII. Ad IOHANNIS GEORGII laudes etiam *magnus dignitatis cumulus* accedebat, cum *imperii Romani uicariatus* officio fungeretur. Nam *Rudolpho II.* anno 1612. die 10. Ianuarii ſine *prole decedente, imperium Romanum* uſque ad tertium diem Iunii dicti anni, quo *Matthias* imperator eligebatur, uacabat. Tempore uacantiae igitur IOHANNES GEORGIVS *imperii uicariatus officio* functus, ut ex diplomate conſtat. *Solus* eſt ex omnibus *Merſeburgenſibus epiſcopis ac adminiſtratoribus*, qui hoc honore, ut *adminiſtrator Merſeburgenſis*, condecoratus. Liceat ergo eius *diploma uicaricatus* adiicere.

Rudolphi II imper. mors 1612.

Iohannes Georgius imperii uicarius.

VOn *Gottes Gnaden, wir* IOHANN GEORG, *Hertzog zu Sachſen, Iülich, Cleue und Berg, des H. R. R. Ertz-Marſchall, Churfürſt, und deſſelben Reichs in den Landen des Sächſiſchen Rechtens, und am Enden, in ſolchen* Vicariat *gehörende, dieſer Zeit* Vicarius, *Land Graf zu Thüringen, Marggraf zu Meiſſen, Burg Graf zu Magdeburg, Graf zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenſtein, entbiethen allen und ieglichen Chur-Fürſten, Fürſten, geiſtlichen und weltlichen, Prälaten,*

Diploma uicariatus d. 13. Ianuarii 1612. Electoris plenior titulus, quo uſque uicariatus ſe extendat?

 Gra-

CAP. XVLII. IOH. GEO. 1612.

Grafen, Freyen, Herren, Rittern, Knechten Haupt-Leuten, Vitzthumen, Amt-Leuten, Voigten, Pflegern, Verweſern, Schultheiſſen, Bürgermeiſtern, Richtern, Râthen der Städte, Bürgern, Gemeinden, und ſonſt allen andern, was Würden, Stands und Weſens die ſeynd, unſer freundliche Dienſt, auch was wir Liebs und guts vermögen, freundlichen und günſtigen Gruſs, Gnad und alles Guts zuvor, Hochgebohrne, Hochwürdige Wohlgeborne, Edle, Würdige, Andächtige, Ehrſame und Weiſe, liebe Oheim, Brüder, Vettern, Schwäger, Freunde, Getreue, und Beſondere. Euern L. und Euch geben wir aus hochbetrübten Gemüth zu erkennen, daſs Gott der Allmächtige, Weiland den Allerdurchlauchtigſten, groſsmächtigſten, Fürſten und Herrn, Herrn Rudolphen, den Andern, erwehlten Römiſchen Kayſer, zu allen Zeiten Mehrern des Reichs, in Germanien, zu Hungern, Beheim, Dalmatien, Croatien und Sclavonien König, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Hertzogen zu Burgund, Kärnden, Crain und Wurtenberg, Grafen zu Tyrol etc. Vnſern allergnädigſten Herrn, lobſeeliger Gedächtniſs, vor wenig Tagen durch ein ſeligs Ende aus dieſen Jammerthal zu ſich in die ewige Freude gnädiglich abgefordert, deſſen Seelen der barmhertzige GOtt gnädig ſeyn, und am groſſen Tage des Herrn eine fröliche Aufferſtehung zum ewigen Leben verleihen wolle.

Mors Rudolphi II. imper. ſtatibus indicatur.

Vbi uicariatus fundatus?

Wann dann Vns als Churfürſten und Hertzogen zu Sachſen, nach Anweiſung der gülden

denen Bull, kayſerlichen Belehnung, und uhr-alten Herbringen unſer hochgeehrten Vorfah ren, dieſer Zeit, da das Reich mit keinem Haupt verſehen, die Verwaltung und Verſehung deſſelbigen Reichs an Enden des Sächſiſchen Rechtens, und in unſer Vicariat *gehörenden Prouincien, zu ſtehet: So haben wir uns, aus angebohrner Lieb und ſchuldigen Gehorſam gegen das H. Reich, Teutſcher* Nation, *Vnſer geliebtes Vaterland, demſelben zum Troſt und Gutem, mit ſolchem, zwar mühſeligen Amt, beladen wollen. Damit nun guter Fried und Ruhe in unſerm geliebten Vaterland Teutſcher* Nation *erhalten, auch allerhand Vnruhe und Empörung verhütet bleibe: So iſt von wegen unſers Amts, unſer Begehren, unſert halben unſer freundlich Bitt, günſtiges und gnädiges Geſinnen, Euer Liebden und Ihr wollet bey Euerer Geiſtligkeit verfügen und verſchaffen, auch von Euch ſelbſt, GOtt den Allmächtigen anruffen und bitten, das heilige Römiſche Reich gnädiglich mit einem Haupt, Ihnen gefällig und uns allen tröſtlichen, förderlichſt zu verſehen auch dem Heil. Röm. Reich und Teutſcher* Nation *zu Ehren und Wohlfarth, euch ſelbſt zu Gut, und uns zu gefallen, in Zeit ſolcher unſer Verwaltung und* Vicariats-*Amts, Euer ieder gegen dem andern ſich friedlich halten, und in guter nachbarlicher Einigkeit ſeyn und bleiben, zu Gezänck*, Aufruhr, *gewaltigen Thaten oder* zugriffen *mit nichten bewegen, ſondern ob iemandt irrige Sachen, Gebrechen, oder Mangel gegen dem andern hätte*,

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1612.

Preces publicae de eligendo nouo imperatore ab electoribus eccleſiaſticis dirigendae,

tempore uacantiae ſeditiones ac uiolentiae uitandae,

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1612.

te, oder gewinne, dadurch Aufruhr und Empörung entſtehen möchten, das GOtt der Allmächtige gnädiglich verhüten wolle, dißmahl einſtellen, und aufziehen, oder, wo der Verzug beſchwerlichen, die an uns gelangen, und zur Verhör und Handlung kommen laſſen, darauf wir freundliches und gnädiges Einſehen thun wollen, daß ſolche Irrungen mit GOttes Hülff entweder in Güte bey gelegt, oder, wo es die Nothdurfft erfordern würde, mit Euer L. Euch und andern des H. R. Reichs Ständen Rath und Hülff, alle Thätigkeit mögliches Fleiſſes abgewendet werden möge.

a uicario componendae in conſilium adhibitis electoribus ac aliis ſtatibus,

Euer L. und ihr wollen Sich auch, dem H. Reich zu gutem, einheimiſch, und in guter Verwahrung dermaſſen halten, wo im Reich ſich Sachen begæben, daß einer den andern gewaltiger weiß belæſtigen, und bey Billigkeit nicht bleiben laſſen wollt, oder wo ſich iemands unterſtehen würde, in ordentlicher Wahl eines Römiſchen Königs, was widerwärtiges einzuführen, oder Verhinderung zu thun, da GOtt vorſey, daß Euer L. und Ihr, dann neben den andern Stænden des Reichs, Fried und Recht zu erhalten, und uns alle für Gewalt und Beſchwerung zu ſchützen, Rath, Hülff, und Beyſtand thuet, biß aus Verleihung GOttes des Allmæchtigen und oberſten Regierers, das Reich wieder mit einem Haupt verſehen werde, und Euch in deme allen freundlich und gutwillig erzeigen; In Anſehung was der gantzen Chriſtenheit, dem heil. Reich Teutſcher Nation, *und uns allen daran gelegen, darum unſer beſonders Vertrauen zu Euer L und auch*

in Romano rege nouo eligendo contra imperii obſeruantias nihil innouandum,

mutua ab electoribus ac ſtatibus auxilia praeſtanda.

auch andern ſtehet, E. L. und Ihr für ſich ſelbſt, ohn einig unſer Erinnern, darzu geneigt und willig ſeyn werden. Das wollen wir um Eur. L. und Euch ſamt und ſonders, freundlichen verdienen, günſtig beſchuldigen, und gnædiglich erkennen. Datum Dreßden, unter unſerm aufgedruckten Secret, *am Montag nach* Trium Regum, *den 13.* Ianuarii anno 1612. CAP. XLVII. IOH.GEO. 1613. Subſcriptio. Sigillum.

§. XV. Nimis prolixum eſſet, omnia ab ELECTORE praeclariſſime geſta enarrare, breuitati ergo ſtudentes, ea ſolum conſiderabimus, quae ad EPISCOPATVM MERSEBVRGENSEM ſpeciatim pertinent. Praecipua ELECTORIS CVRA in *reſtaurandis aedificiis eccleſiaſticis* elucet. Sic anno 1614 *Heinricus a Gleiſſenthal Laurentii effigiem*, in porta collegii cathedralis poſitam, renouari curauit, his inſcriptionibus additis: *Laurentius diaconus Romanus ſub Decio imper. igni impoſitus, expirauit, factus martyr Chriſti, Anno poſt Chriſtum CCLIII.* infra: *Heinricus a Gleisſenthal electus et confirmatus praepoſitus Martisburg. decanus Numburg. et conſiliarius Saxon. electoris Anno Chr. MDCXIV.* Paulo ante haec tempora *coemeterium*, *Merſeburgi* ante Sixti portam ſitum, exſtrui coeptum, quo exſtructo, an. 1613. die 23. Martii eidem *aedes inaedificata*, in qua funebres ſermones habentur. Huius aedis ianuae haec inſcriptio adiecta. *Laurentii effigies. Heinricus a Gleiſſenthal 1614. Coemeterium Merſeburgenſe templum in coemeterio 1613.*

D. O. M. S.

Anno ſalutis MDCXIII. X. calend. Aprilis ipſo Theodori die M. Theodor Schultes conſ. primumque aedificii lapidem ponente aedes hae ſacrae publicis ſumtibus in gloriam Dei caepte ſunt aedificari. An-

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1615.

TemplumS. Maximi reſtauratum 1616.

Anno 1616. *templum parochiale Merſeburgenſe S. Maximi* reſtauratum, in ſpecie ea pars, quae uerſus *portam Gotthardi* reſpicit. Huic templo diſtichon inſcriptum.

Vnio, quem praecepit emi ſaluator Ieſus,
Hic ſitus eſt, debet non aliunde peti.
Matth. XIII.

huius templi cathedra 1615.

In templo hoc anno 1615. *cathedra* poſita hac inſcriptione fulget:

GOtt dem allmæchtigen zu ehren und zu ſchuldiger Danckbarkeit für alle ihm erzeigte unzehliche Wohlthaten hat Herr Marcus Donatt, *Bürgermeiſter, dieſen Predigt-Stuhl auf ſeine eigene Vnkoſten bauen, und ſo zierlich, wie für Augen iſt, auſtreichen und ausmahlen laſſen, und andern den Gottesdienſt zu befördern hiermit ein gut Exempel gegeben, im Jahr Chriſti unſers Erlöſers 1615.* infra hi rhythmi germanici.

Alles was ich vermag und hab,
Das iſt, o GOtt, dein G'ſchenck und Gab.
Chriſtus iſt mein Leben, Sterben iſt mein Gewinn,
Leb ich, ſo lebe ich meinem GOtt,
Sterb ich, ſo hœrt auf all mein Noth.
Ich leb oder ſterb, ficht mich nichts an,
Was GOtt will, muß ſein Fortgang han.
Er iſt und bleibt allzeit mein GOtt,
Von ihm mich nicht ſcheid Leben noch Tod.

Luſtratio octo cohortum Merſeburgi 1615.

§. XVI. Cum etiam IOHANNES GEORGIVS perſpiceret, *pontificios* proteſtantibus *bellum* minari, in tempore *exercitum apparauit.* Hunc in finem anno 1615. die 11. Iunii Merſeburgi electoris *octo cohortes militum praeſidiariorum,* qui

qui uulgo *defendentes* dicantur, luſtratae ac recenſitae fuerunt. Quaelibet autem cohors 520. militibus conſtabat. CAP. XLVII. IOH.GEO. 1616.

§.XVII. Eodem hoc anno *dominica XIII. poſt feſtum trinitatis* triſte exemplum *diuinae uindictae ſumtae de ſacerdote quodam, dominicam diem profanante*, occurrit. *Parochus* in epiſcopatu Merſeburgenſi animo ſibi proponebat, *poma in* hortis *decerpenda* curare, ut ſequentibus diebus lunae ac martis, eadem ad *uendendam Merſeburgum* ueheret. Hunc in finem *preces* a meridie in *ſacro coetu* cum populo haberi ſolitas *intermittebat*, ac ipſe et *ludimagiſter* inter ſe conueniebant, ut, prandio capto, ad *poma decerpenda* opes ferret. *Ludimagiſter* initio recuſat, ſed parocho in ſententia perſeuerante, tandem *conſentit*. At enim quid accidit? De arbore in parochi nudum caput cecidit malum, quod tuber contrahit. *Ludimagiſter* ex *immodico* pomorum *eſu* et cereuiſiae *potu alui profluuio* laborare incipit, quo etiam paucis diebus poſt interit. Ex *tubere* a parocho *neglecto* fit *apoſtema incurabile*, cranium laedens. Cerebro laeſo, *memoria* fit *labilis*, *auditus decreſcit*. Poenitentia ductus auditores ad cultui diuino uacandum ſerio adhortatur. *Profanatio diei dominicae, et cum ea coniuncta poena.*

§.XVIII. Sunt et alii *caſus*, breuibus recenſendi. Anno 1616. die 18. Auguſti *incendiarii Zerbigam* ſuccenderunt. Eodem hoc anno *aggeres niuei* ceciderunt, ac *penetrabili frigore* ingruente, multi homines *gelu riguerunt*. Anno eodem die 12. Ianuarii Merſeburgi *tres ſoles* cum *iride* uiſi. Similiter praecedenti anno die 11. Maii *Zerbiga ſuccenſa 1616. Vehemens frigus, tres ſoles, duae irides*

CAP. XLVII. IOH GEO. 1617.

Maii hora matutina quinta ad ſeptimam *tres ſoles* et *duae irides*.

Iohannis Georgii edicta de celebrando iubilaeo.

§. XIX. Nunc is *annus* recurrit, quo *ante ſaeculum Lutherus*, Leonis X. indulgentias reiiciendo, *puriorem doctrinam* reſtaurauit. Quam curam IOHANNES GEORGIUS adhibuerit, de iubilaeo *pie* ac *chriſtiane celebrando*, edicta propterea edita abunde teſtantur. *Inſtructionem* enim anno 1617. die 12. Auguſti Dresdae promulgauit, quo *cauſas* ac *modum celebrandi iubilaei* omnibus prouinciarum ſubditis, praeſcribit. Notatu digna ſunt haec praeſcriptae inſtructionis uerba: *Wir machen keinen Zweiffel, wer unter Chriſtlichen, gottliebenden Hertzen recht erweget, welch ein hohes, groſſes Gnadenwerck des Allmachtigen ſey daß er zu dieſen lezten Zeiten, und am ſpaten Abend der Welt, nach ſo langwieriger erlittener Finſterniß und Dienſtbarkeit, uns zu dem hellen Licht des ſeeligmachenden Euangelii, und chriſtlicher Freyheit gebracht, darbey auch eine geraume Zeit, wider uielfaltiges heſſtiges Wüten und Toben des Teuffels und ſeiner Werckzeuge erhalten, der werde erkennen und bekennen muſſen, daß wir ſchuldig ſeyn, dafur von Grunde unſerer Seelen, der hohen Maieſtat Gottes ſamtlich Lob, Ehr und Preiß zu ſagen etc.* Hanc *inſtructionem* in omnes prouincias, imo etiam ad alios proteſtantes electores, principes ac ciuitates imperiales cum literis miſit, ut uno ore Deo gratias agant ſupplices ac *iubilaeum* una celebrent.

Inſtructio 1617.

Tria mandata ad conſiſtorium Merſeburgenſe.

§. XX. Inprimis SERENISSIMUS ELECTOR ad *conſiſtorium Merſeburgenſe* tria mandata, de pie celebrando iubilaeo, remiſit, quae cum plura

ra notatu digna contineant, hic adſcribere liceat.

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1617

Von GOttes Gnaden, Johanns Georg, Hertzog zu Sachſen, Jülich, Cleue und Berge, Churfürſt etc.

Mandatum primum 1617. d. 22. Septemb. Dresdae. Electoris titulus.

W*Vrdige, Veſte und hochgelahrte, Andæchtige und liebe Getreue, demnach der Allmæchtige GOtt aus beſondern Gnaden, vor hundert Jahren, die dicken Finſterniſſen des Pabſthums in dieſen Landen abzutreiben, und das helle Licht des heil. Evangelii anzuzünden, ein Anfang gemacht, biſshero auch das edle Kleinod der rechten wahren ſeeligmachenden Religion bey uns an vielen Orten der Chriſtenheit wider alles Wüten und Toben des hölliſchen Feindes und ſeiner Schupen mæchtig erhalten. So ſeynd wir dem Allerhöchſten ſelbſt zu ſchuldigen Lob, Ehr und Preiſs, und durch deſſen Gnade eine* ſolennitatem iubilaeam, *anzuſtellen, gæntzlich bedacht, haben auch eine Ordnung verfaſſen laſſen, wie es bey für habenden Werck allenthalben ſolle gehalten werden, und thun euch dieſelbe hierbey überſenden, gnædigſt begehrende, ihr wollet bey allen und ieden euch untergebenen* Superintendentem, *Pfarrern und* Diaconen *die Beſchaffung thun, damit unſerer Chriſtlichen Anordnung von ihnen ſamt und ſonders unnachlæſsig und unterthænigſt gehorſamet werde, und weil wir nicht gemeinet ohne Unterſcheid einem ieden zu verſtatten, daſs er ſeine gehaltene Jubel-Predigten* publicire, *gleichwol aber aus gewiſſen Vrſachen, alle ſolche Predigten allhier bey*

Cauſae celebrandi iubilaei.

Modus celebrandi.

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1617. Sermones ſaeculares Dresdam transmittendi ſine conſenſu electoris in lucem non edendi, exceptis doctoribus theologiae.

zu legen zu laſſen, entſchloſſen, als werdet ihr Krafft dieſes unſers Befehls anordnen, daſs alle Paſtores *und* Diaconi, *keinen ausgenommen, ihre Jubel-Predigten, acht oder zehen Tag nach dem Feſt, rein und ſauber, in* quarto *geſchrieben, ihrem* Superintendenten, *und derſelbe neben ſeinen eigenen* Iubilaeis concionibus *alle* colligirte concepte *aus ſeiner* Dioeces *förderlich in unſer Ober-Conſiſtorium überſchicke, keiner aber, als die den hohen* Gradum Doctoratus *haben, ohne unſern gnædigen* Conſens *und Einwilligung (deſswegen ein ieglicher unterthænigſt anzuſuchen wiſſen wird) bey Vermeidung ernſtes Einſehens ſeine gehaltene Predigten in offenen Druck* publiciren. *An dieſen allen geſchicht unſer ernſter Will und Meinung und wir ſeynd euch mit Gnaden geneigt.*

Datum *Dreſsden am* 22. Sept. an. 1617. — *Iohanns George Churfürſt etc.*

Den Würdigen, Veſten und hochgelahrten unſern Andæchtigen lieben Getreuen Verordneten unſers Conſiſtorii *zu Merſeburg etc.*

Secundum Dresdae d. 1. Octobr. 1717.

Von GOttes Gnaden, Johanns Georg, Hertzog zu Sachſen, Jülich Cleue und Berge, Churfürſt etc.

W*Vrdige, Veſte und hochgelahrte liebe andæchtige und Getreue, euch iſt unverborgen, was wegen Haltung eines allgemeinen Chriſtlichen Jubel-Feſts, wir neulicher Zeit angeordnet haben, dabey wir es auch allerdings bewenden laſſen. Demnach wir aber eine Nothdurfft zu ſeyn er-*

Formula precum

erachtet, daß ein ſonderliches Gebet und Danckſagungs-Notul abgelaſſen werde, als thun wir euch ſolche hierbey überſenden, gnädigſt begehrende, ihr wollet die Verordnung bey allen und ieden euch untergebenen Superintendenten, *Pfarrern und* Diaconen *thun, daß ietzt berührte* Notul *das währende Jubel Feſt über, anſtatt des ſonſt üblichen gewöhnlichen Gebets nach der öffentlichen Beicht und* Abſolution *dem Volck deutlich fürgeſagt, nicht weniger den* 26. Octobris, *laut beygefügter Form das vorſtehende Feſt von allen Cantzeln verkündiget werde. Und ob wir wol nicht zweiflen, daß die meiſten* Paſtores *und* Diaconi *unſerer Lande dermaſſen* qualificiret *ſeyn, und ſolchen Fleiß anzuwenden bereit, daß ſie gebührlich dasjenige, was ſich auf dieſes Werck eigentlich ſchicket und gehöret, ihren Zuhörern fürtragen und erklähren. Dieweil aber in gehaltenen* Viſitationibus *ſich befunden, daß etliche und zumahl alte verlebte Prieſter auf dem Lande entweder mit geringen* Bibliothequen *verſehen, oder dermaſſen ſeucht und unvermögend, daß ihnen die Pſalmen Davids, und die prophetiſchen Weiſſagungen Danielis, und die Offenbahrung St. Johannis, ohne Anleitung zu erklähren, auf bevorſtehende* Solennitaet *richtig zu* appliciren, *und die* Hiſtorica *einzuführen ſchwer vorfallen möchte. So haben wir aus gnædigſter Fürſorge unſerm Ober Hoff Prediger Herrn D. Hoen aufgetragen, die geordneten Texte zu* reſoluiren, *und ſeine* meditationes *dahin zurichten, daß*

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1617. publicarum ac gratiarum actionum praeſcripta.

In gratiam rudiorum parochorum textus iubilaei diſpoſiti à D. Hoe

CAP. XLVII. IOH GEO. 1617.

dieienigen, denen es an anderer Anleitung mangelt, ſich daraus, ſoviel der Zeit nôthig, erholen môchten. Vnd weil dieſes alles zu Leipzig gedruckt, auch die Verſchoffung gethan worden, daß gegen den 15. Octobris zum længſten nicht allein zu Leipzig, ſondern auch allhier zu Dreßden, zu Wittenberg und zur Naumburg in denen Buchlæden die Exemplaria ſollen vorhanden ſeyn. So wollet ihr ieglichen Superintendenten euers bezircks fünff Abdruck des hierbey befindlichen Tituls zu verfertigen, und ihnen befehlen, daß ieder in ſeiner Dioeces, denen Paſtoribus und Diaconis es frey ſtellen ſolte, welcher unter ihnen mehr berührte Anleitungen, die über drey oder vierthalb Groſchen nicht koſten wird, ihme ſchaffen und kauffen wolle. An dieſem allen vollbringet ihr unſer gefællige Meinung und ſeynd euch mit Gnaden geneigt.

quos parochi comparare ſuadentur.

Datum Dreßden, am 1. Octobr. an. 1617. — Iohann Georg Churfürſt etc.

Den Würdigen, Veſten und hochgelahrten unſern Andæchtigen und lieben Getreuen verordneten unſers Conſiſtorii zu Merſeburg etc.

Tertium Dresdae d. 4. Nouembr. 1617.

Von Gottes Gnaden, Johanns Georg, Hertzog zu Sachſen, Jülich, Cleue und Berg, Churfürſt etc.

WVrdige und hochgelahrte, liebe Andæchtige und Getreue, welcher geſtalt wir aus Landes væterlicher Sorgfæltigkeit hiebeuorn gewiſſe Betſtunden, ſowohl auch aus Chri-

Chriſtlichen Eifer, ein Evangeliſches Jubel-Feſt in unſerm Churfürſtenthum und Landen angeordnet, das habt ihr euch guter maſſen zu erinnern. Weil dann der allmæchtige ſo weit in Gnaden ſich gegen uns bezeuget, daß ſeine heilige Allmacht die geſchwinde ſchwere Theurung, ſamt andern wohlverdienten Land-Plagen abgewendet, und uns das evangeliſche Jubel Feſt mit Fried und guter Geſundheit halten und begehen laſſen, ſo erkennen wir uns ſchuldig, Ihme dafür Lob, Preiß, Ehr und Danck zu ſagen. Begehren dem nach hiermit gnædigſt, ihr wollet bey allen und ieden euern untergebenen Superintendenten und Pfarrern die Verordnung thun, daß auf den 21. Sonntag Trinitatis eine allgemeine œffentliche Danckſagung geſchehe, daß Te Deum laudamus nach der Predigt geſungen, und das Volck zu fernerer wahrer Bußfertigkeit und hertzlicher Andacht fleiſſig vermahnet werde, hingegen ſind wir gnædigſt zu frieden, daß gegen die herbey nahenden kurtzen Tage und kalte Winters-Zeit, die bißher abgeleſene Vermahnung für der Beicht ſowol die Haltung der Bettſtunden, biß auf andere Ordnungen nach bleibe. Wolten wir euch zur Nachrichtung nicht bergen, und ihr vollbringet hieran unſern gnædigſten Willen und Meinung.

CAP. XLVII. IOH GEO. 1617.

Solennis gratiarum actio pro auerruncata annonae caritate.

Preces publicae tempore hiemis in cœtu publico intermittendae.

Datum Dreſsden den 4. Nouembr. an. 1617. Leonhard Koeppel J. Seuſius

Den Würdigen und hochgelahrten Unſern lie-

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1618.

lieben Andæchtigen und Getreuen verordneten Vnſers Conſiſtorii *zu Merſeburg etc.*

Simonis Gediccii ſermones ſaeculares

§. XXI. Secundum *hanc* praeſcriptam *inſtructionem* in epiſcopatu Merſeburgenſi iubilaeum primum celebratum. *Simon Gediccius* D. ac ſuperintendens *prima* feſti *feria* die 31. Octobris, in *templo cathedrali* ad textum Dan. XII, 1.-11. *ſecunda feria* die 1. Nouembris ad Apocal. XIV. 6.-13. *tertia feria* dominica XX. poſt feſtum Trinitatis d. 2. Nou. ad Matth. XXII. *ſermones ſaeculares* habuit, quos ſub titulo *ſolennitas iubilaei euangelici* anno 1618. in lucem edidit. Eadem ſolennitate etiam in *pagis* hoc iubilaeum celebratum, de quo teſtantur *ſermones ſaeculares*, magno numero in lucem editi.

et Andreae Springeri Lutherus iubilans.

Andreas Springer, Pegauienſi, paſtor Neukirchenſis ad Salam, de hac ſolennitate celebrata tractatum ſub titulo: *Lutherum iubilantem*, ſiue *apoſtrophen anagrammaticam ad diuum Lutherum*, diuulgauit, quo ritus curatius deſcribit. Inſuper hoc anno *sereniſſimus elector* conſtituit, ut per *conſiliarios ſuos* in toto *epiſcopatu Merſeburgenſi* omnes eccleſiae uiſitarentur. Hac uiſitatione eccleſiae miniſtris ſalaria aucta, iisdem tutela promiſſa, monitique, ut officio ſuo, docendo ac ſacramenta adminiſtrando, fidelisſime fungerentur.

Gotthardi porta exſtructa 1618.

§. XXII. *Anno ſequenti 1618.* IOHANNES GEORGIVS, auxilio magiſtratus Merſeburgenſis adiutus, Gotthardi portam, uetuſtate collapſam, e *fundamento exſtrui* curauit. *Porta* haec a *capella* quadam, *Gotthardo* dedicata, nominatur. Eodem anno d. 22. Iun. in oppido *M...k-Ranſtaedt organum muſicum* in templo erectum.

rectum. Eius *architectus* fuit *Georgius Voigt. Antiſtites* M. *Clemens Creſchmar*, paſtor, *Simon Fiſcher*, conſul, *Hieronymus Zeits*, praetor, *Simon Schmid, Georgius Predel, Steffan Leiſebein,* aediles. Anno 1619. uero in pago *Riedeburg campana media* fuſa.

CAP. XLVII. IOH GEO. 1619. *Organum muſicum in MarckRanſtaedt. Campana in Riedeburg. Cometa longa cauda 1618.*

§. XXIII. Silentio tamen non praetereundus ille *cometa*, qui anno 1618. menſe nouembri in forma *longae caudae apparuit*, cuius multi *annales* aliaque *ſcripta memorant*, *qui ſubſecuta tempora triſtia* ac *tricennale bellum* praedixiſſe dicitur, quod hoc anno Pragae initium coepit, cum Caeſarei miniſtri ex arcis feneſtris eiicerentur. De ſequenti anno *memorabilis hiſtoria* refertur. Die 28. Iunii *Albertus Nietner, parochus Spergauienſis*, plauſtrum foeno onuſtum a pago *Meiſchau* per *Merſeburgi* ſuburbium, *nouum forum* dictum, uehi curauit, cui ancilla inſidet. In ponte, qui *Salae* dicti ſuburbii impoſitus, adſtanti ſaxo currum illidit ſeruus, quo funis rumpitur ac uectis funi alligatus ancillam in fluuium praecipitat. Parochus iuxta fluuium decurrit, clamitans, *Barbara, Barbara, memento Ieſu tui, adnata ad me uerſus ripam.* Ancilla ſub *undis unam ac ſemihoram natans*, a piſcatore tandem extrahitur, lectis ſternitur, ac uiua ſeruatur. Parochus die 29. Iunii ac 11. Iulii in coetu publico *ſupplices Deo agit gratias*, quod ancillam ſeruauit.

Albertus Nietner parochus Spergauienſis. Ancilla undis ſubmerſa extrahitur ac ſeruatur.

§. XXIIII. Interim *tumultus in Bohemia* exoriebantur, dum *Bohemi* anno 1619. die 25. Octobris Pragae *Fridericum V. electorem Palatinum*, una cum coniuge *Eliſabetha*, *regem* coronarent. IOHANNES GEORGIVS a partibus caeſaris *Ferdinandi II.* ſtabat, ac copias conſcribebat,

Fridericus V. elector Palatinus rex Bohemiae coronatus 1619. Iohannes Georgius a partibus Caeſaris ſtans

CAP. XLVII. IOH GEO. 1628.

occupat Luſatiam. Fridericus proſcriptus. Maximilianus Bauarus elector. Conuentus Schleuſingenſis.

bat, quae anno 1620 die 8. Septembris per urbem *Merſeburgum Luſatiam* tranſibant. GEORGIVS, *Luſatiam* ingreſſus, *Budiſſam* occupabat, ſibique totam *Luſatiam* ſubiiciebat, *Friderico V.* ab imperatore *proſcripto*, *Maximilianus Bauariae dux* ab imperatore elector creabatur, eidemque *Palatinatus ſuperior* addicebatur. IOHANNES GEORGIVS quidem electioni *Maximiliani* admodum reſiſtebat, his cauſis motus, quod imperator proteſtantes in Bohemia proſequeretur; in *conuentu* tamen *Schleuſingenſi* eundem electorem cognoſcebat.

Dillingenſes ieſuitae pacis religioſae turbatores.

§. XXV. At *Ferdinandus II.* imperator, ubique uictor, de proteſtantibus opprimendis meditabatur. In dies magis magiſque a *Ieſuitis Dillingenſibus* irritabatur, qui figmenta de *negata Auguſtanae confeſſionis exiſtentia, ueritate, ſenſu eiusque mutatione, et pacis propter religionem initae incertitudine*, paſſim editis uirulentis ſcriptis ſpargebant, ac imperatorem *Ferdinandum II.* ſuis *artibus* tandem mouebant, ut

Edictum publicatum de reſtituendis bonis eccleſiaſticis. Brema Leopoldo addicta. Magdeburgi obſidio.

anno 1629. *edictum promulgaret*, quo eccleſiaſtica bona, poſt *pacem Paſſauienſem* pontificiis ablata, iiſdem reſtituerentur. *Edictum hoc* caeſar ubique terrarum *executioni dabat*, cuius initium *Auguſtae* fiebat, *Leopoldo Auſtriaco Brema* addicebatur, ac *Magdeburgum* obſidebatur, quamuis *Maximilianus Bauariae elector* hoc imperatori diſſuaderet. Hinc *funeſtum tricennale bellum* conflatum, quo epiſcopatus Merſeburgenſis ditiones miſere afflictae.

Iuſſu Iohannis Georgii 1628 defenſio pupillae adornata.

§. XXVI. IOHANNES GEORGIVS contra, ut his malis contrairet, omnibus uiribus laborabat. Primum anno 1624. *generalem ſynodum* con-

conuocauit, cuius decreta eo tempore ecclesiae admodum proficua fuerunt. Dein *theologi Saxonici eius iuſſu* admonebantur, ut *Dillingenſium Ieſuitarum figmenta* refutarent. Hunc in finem Lipſiae an. 1628. *defenſionem pupillae Auguſtanae confeſſionis* contra Ieſuitas adornabant. Cui anno 1631. aliud ſcriptum, Lipſiae adornatum, ſub nomine *Pupillae apologia* addebatur, quibus libris iniuſtas *Dillingenſium accuſationes* ſolide diſcuſſerunt. IOHANNES GEORGIVS etiam miſſis querulis litteris anno 1629. ad Caeſarem *Ferdinandum*, hoc edicto de reſtituendis bonis eccleſiaſticis admodum grauabatur, ſed incaſſum laborabat, hinc adparatus bellici.

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1631.

Pupillae apologia 1631.

Iohannis Georgii querelae ad Caeſarem.

§. XXVII. Inter *medias* has *turbas* tamen IOHANNES GEORGIVS non intermiſit, *reficere* ac *reſtaurare* ea *aedificia*, quae in epiſcopatu Merſeburgenſi refectione indigebant. Siquidem anno 1627. *rudera ueteris monaſterii S. Petri* ad alios uſus ac praecipue aulae ducalis Merſeburgenſis aptari iuſſit. *Coenobium S. Petri* in monumentis admodum notum, quippe in quo diuerſi *epiſcopi*, uidelicet *Wernherus* anno 1101. in media aede, epiſcopus *Albinus* in templi ambitu, epiſcopus *Arnoldus* ante capellam S. Mariae uirginis *ſepulti* iacent. Virgo *Theodica* etiam in hoc coenobio *ſepulta*. Haec a quibusdam *Henrici IV. imperatoris* ſororis, quae *Salomoni regi Hungariae*, anno 1073. regno pulſo, nupta fuit, filia, ab aliis *Rudolphi, ducis Sueuiae*, cuius manus in praelio amputata in cathedrali templo Merſeburgi aſſeruatur, filia creditur. Haec *Theodica monialis coenobii S. Petri* iuſſu epiſcopi *Wernheri* a monachis ad uitae finem

rudera monaſterii S. Petri ad aulam aptantur.

Epiſcopi in monaſterio S. Petri ſepulti.

Virgo Theodica quae ſ

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1628.

nem uſque ſuſtentata. Alia etiam de hac uirgine fabulantur, quae ſilentio praeterimus.

Baptiſterium Kirchdorffenſe 1622. Automatum in Groſſ-Gorenſi 1625. campana in Ieuſau et Lindenau. Edictum Merſeburgi 1624. promulgatum, ne frumentum eueheretur.

§. XXVIII. *Parem curam* in eccleſiaſticis reficiendis adhibuit IOHANNES GEORGIVS. Anno 1622. die 20. Maii in templo *Kirchdorffenſi baptiſterium* erectum. Anno 1625. *automatum* in turri *Groſſ-Gorenſis* templi fabrefactum. In pago *Ieuſau* eodem hoc anno *campana* magna fuſa. Anno 1628. in pago *Lindenau* minor *campana*. Cum etiam anno 1624. *frumentum* ex epiſcopatu Merſeburgenſi maiori copia *eueheretur*, alibi moleretur ac molendina epiſcopalia emolumentis defraudarentur: iuſſu electoris die decima nouembris dicti anni ab epiſcopatus *capitaneo Nicolao de Loſſ, culinae praefecto Matthia Hubnero, ac molarum inſpectore Aſmo Merſeburgk edictum Merſeburgi promulgatum*, quo ſub *multa quinquaginta thalerorum* ac *frumenti confiſcatione* prohibitum, ne *frumentum eueheretur* neque a molentibus *emolumenta molarum defraudarentur*.

Incendium in Kirchdorff 1621. tonitru 1627. grando, inundatio 1622. annonae caritas 1621. 1622.

§. XXVIIII. *Infortunia*, quae his annis contigerunt, haec conſignata leguntur. Anno 1621. die ſexta Februarii noctu hora undecima in pago *Kirchdorff*, ad Salam ſito, *incendium* exortum, quo *tres uillae conflagrarunt, mulier, infans, uacca* ac *nonnullae oues* conſumptae. Anno 1627. die 28. Maii *Merſeburgi coelum tonitru contremit, fulminis ictus* octies in piſcinam cecidit, quo piſces mortui. *Grando ſubita praecipitans* ceu oua gallinacea, qua fruges percuſſae. Anno 1622. medio Iunio *Sala intumuit*. Anno 1621. *annonae caritas* maxima. *Modius farris* 14. 15. 16. florenis, *tritici* 20 ad 24. flor. *hordei* 11. 12. 13. 14.

13. 14. flor *auenae* 5. 6. 7. 8. flor. *pondo carnis* *ſuillae* duodecim groſſis, *bubulae* 9. 10. gr. *ueruecinae* 8. 9. 10. gr. *uitulinum caput* 36. gr. *uitulus* 30. florenis. *cantbarus cereuiſiae* 1. 2. groſſis uenditus. Anno ſequenti harum rerum pretium duplicatum. Anno 1629. die 3. Auguſti *Merſeburgi* in *hydraulo* recens exſtructo *aqua ſanguis apparuit*, et die 30. Auguſti ueſperi *ignea flamma* cum *fulgure coruſcante* per horae quadrantem uiſa, dein in figuram V. et in *fumum igneum* abiit. CAP. XLVII. IOH.GEO. 1629. *aqua ſanguis apparuit 1629. ignea flamma.*

§. XXX. Anno 1624. *biemis frigus penetrantisſimum*, *niues ſexaginta* deciderunt. Lupi rapaces damna intulerunt maxima, multi homines algore interfecti, arbores demortuae, ferae, aues ac pecudes perierunt. Die, quo celebratur memoria crucis et paſſionis Chriſti, adhuc nix decidit, frugibus tamen illaeſis, illarum maxima eo anno ubertas. Anno 1626. *peſte Merſeburgi 431. conſumpti.* Anno 1620. die 10. Maii iuxta pagum *Ruckmarsdorff ciſiarius* alterum ligone occidit. Anno 1623. menſe Iulio *opilio* quidam, Sala lauans, *undis ſubmerſus*. Anno *1626. die 28. Auguſti* in pago *Delitz ad Salam Anna*, *Caſpari Hauers* filia, *partum* ex illegitimo coitu *editum* per *latrinam* in arcis uallum praecipitauit, qui poſt ab eius ſorore extractus in cella reconditus. *Infanticidio detecto*, *mater ultimo ſupplicio* affecta. Anno 1627. Merſeburgi uxor *maritum ebrium*, in lecto cubantem, *manibus pedibusque ligauit*, uirgis caeſum, *carmine* eiusdem corpus lacerauit, quae die 22. Auguſti, ut aliis exemplo ſit, *numellis conſtricta*. *Frigus penetrans 1624. peſtis 1626. Ciſiarius occiſus 1620 opilio ſubmerſus 1623 infanticidium punitum 1626. uxor numellis conſtricta 1627.*

Anno 1628. d. 29. Iulii ciuis Merſeburgenſis ob

fur-

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1630.

furtum Wittebergae ſuſpenſus, quo in anatomia diſſecto, iuuentum, ſtomachum ſex congios continere, iecur ſeptem et ſemi pondus graue, inteſtina quatuordecim ulnarum, in altero teſticulo calculus.

ingens erucarum copia 1625.

§. XXXI. Praecedenti anno 1625. *ingens erucarum copia* arbores depauit, quae itinerum a Caeſareis militibus ſuſceptorum ac ſubſecutarum depopulationum *prognoſtica* fuiſſe ſcribitur. Tale *omen* iudicatur et hoc, cum anno 1630. die 25. Ianuarii *terribile chaſma* ubique locorum uideretur, quod per *totam noctem* inter nubes *coruſcauit* hominesque perterrefecit. Die 15. et 19. Iunii hora ueſpertina quinta *duo exercitus belligerantes, unus a meridie, a ſeptentrione alter*, uiſi, exercitus autem *a ſeptentrione* alterum *a meridie* uicit. Tum *uir ueſte talari* cum arcu et ſagittis praeſentatus, qui tela in exercitum meridionalem eiecit, quo *phaenomena* euanuerunt. Paulo poſt belli flamma erupit.

Chaſma 1630.

duo exercitus belligerantes in coelo.

§. XXXII. IOHANNES GEORGIVS itaque, inter *bellicos motus* conſtitutus, nihilominus *iubilaeum* in *memoriam Auguſtanae confeſſionis*, ante ſaeculum Caeſari oblatae, *celebrandum* indixit, quod etiam anno 1630. die 25. 26. et 27. Iunii in *toto epiſcopatu* ac electoratu *maxima ſolennitate*, ſupplicationibus ac gratiarum actionibus, celebratum. Hoc anno autem iterum *Merſeburgi* 301. homines ex parochia S. Maximi *peſte*, plurimi autem bello ſubſecuto perierunt.

Iubilaeum celebratum. anno 1630.

Peſtis.

§ XXXIII. Nam anno 1631. *bellum* in aliis prouinciis a Caeſare feliciter geſtum, etiam in

Saxo-

Saxoniam ac *epiſcopatum Merſeburgenſem transferebatur.* Supra iam mentio facta *caeſarei edicti de bonis eccleſiaſticis pontificiis reſtituendis,* anno 1629. die 6. Martii promulgati. De hoc quidem IOHANNES GEORGIVS aliique imperii ſtatus penes Caeſarem querebantur, ſed ſtatuum querelae non audiebantur, contra edictum a Caeſare executioni dabatur, quamuis *Maximilianus, Boioariae elector,* in comitiis Ratisponenſibus 1630. Caeſari ſuaderet, ut proteſtantibus *bona eccleſiaſtica ad quadraginta annos* relinquerentur, ne iisdem occaſio praeberetur, ſe cum rege Sueciae coniungendi, ſimul etiam urgebat, ut Caeſar *Wallenſteinium* exauctoraret. *Guſtauus Adolphus* enim anno 1630. die 24. Iunii in inſula *Vſedomia* exſcenderat, cui *dux Pomeraniae Stetinum* tradebat, quo ipſo exercitus caeſareus *tota Pomerania* diſcedere cogebatur. Poſt Guſtauus Adolfus in *ducatu Mecklenburgico* uictor foedus cum rege Franciae inibat, a cuius partibus etiam *Georgius Luneburgenſis* ac *Wilbelmus Caſſelanus* ſtabant.

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1631.

Edictum de reſtituendis bonis eccleſiaſticis 1629. querelae de hoc motae. Maximilianus Caeſari diſſuadet.

Guſtauus Adolphus in Vſedomia exſcendit, eius uictoria, confoederati.

§. XXXIIII. At IOHANNES GEORGIVS anno 1631. Lipſiae *proteſtantium conuentum* conuocabat. *Guſtauus Adolphus* conuentui foedus offerebat, quod elector Saxoniae recuſabat. Interim *Tylli,* caeſareani exercitus dux ſummus conſtitutus, *Brandenburgo nouo* occupato ac *Magdeburgo* miſerandum in modum deuaſtato, confoederatos inuadebat, eosque cogebat, ut a *foedere* plures *diſcederent*: cumque *elector Brandenburgenſis* ac *landgrauius Haſſiae* cum *Adolpho foedus iniiſſent, Tylli* IOHANNEM GEORGIVM ad *Caeſaris partes* trahere nitebatur. Hunc in

Conuentus proteſtantium Lipſiae 1631.

Magdeburgum deuaſtatum.

Caeſareanorum com-

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1631.

Miſſario-rum propoſitiones ad electorem Merſeburgi 1631.

in finem commiſſarii caeſarei, inter quos dominus de Metternich, ad electorem mittebantur. Dicti commiſſarii anno 1631. die 20. Augusti *Merſeburgi* adueniebant, IOHANNI GEORGIO proponentes, 1) *ut bona eccleſiaſtica ac epiſcopatus Merſeburgenſis pontificiis reſtituerentur, ac in iiſdem exercitui caeſareano diuerſoria deſignarentur: 2) ut decretum Lipſienſe caſſaretur, 3) ut elector Caeſari milites conſcriptos relinqueret, minis acerbis additis.* Elector nihil horum conſentiebat, ſed uim ui repellere parabat.

Tylli ac comes de Pappenheim occupant Merſeburgum.

§. XXXV. *Hanc electoris repulſam Tylli aegre ferens, Lipſiam ac Merſeburgum occupabant.* Nam *comes de Pappenheim* die 22. Augusti cum 6000. militibus atque octo tormentis bellicis Merſeburgum petere iubebatur, qui pagos ſuburbiaque depopulabatur urbemque euocabat. Ab electore quidem *quadringenti milites praeſidiarii* uulgo defendentes in urbe collocati, ſed ſi inuaderentur, ſe dedere iuſſi, die 25. Augusti *pactione inita, urbe diſceſſerunt.* Quadringenti milites e Caeſareis urbem occupabant, oppida *Schaaffſtaedla, Lauchſtaedt, S. keudiz, Freyburgum, Numburgum, Leucopetra, Luzena, Pegau, Ziza; Iena* deuaſtabantur, *Mucheln* antea direpta flammis conflagrabat. Die ſeptimo ſeptembris *Lipſia* occupata hoſti ſe dedebat, de qua deditione hi uerſus noti.

Oppida deuaſtata.

Lipſia occupata.

LIpſIa VIM patItVr, ſeD VIs ea LenIoeXtat
Ac Magdeburgum, quam modo paſſa fuit.

Aqua in ſanguinem mutata.

Paulo ante has caeſarei exercitus depopulationes *Merſeburgi* in piſcina aqua ſanguinea apparuit.

paruit. Etiam *Luzenae* in foſſa *aqua* in *ſanguinem* mutata. CAP. XLVII.

§. XXXVI. His *depopulationibus elector* cogebatur, ut *copias ſuas* cum *Adolui Guſtaphi copiis* coniungeret. *Rex Sueciae* igitur ac *elector* unitis copiis die ſeptima ſeptembris in *campis Lipſienſibus* exercitum Caeſareum adoriebantur. *Caeſareani* inito praelio *profligabantur*, de qua pugna hic uerſus notus. IOH.GEO. 1632. *Pugna prima Lipſienſis 1631. d. 7. Sept. qua caeſarei caeſi.*

Et SVeCVs et SaXo fVDerVnt fortiter hoſteM.

Paulo ante hanc primam Lipſienſem pugnam *elector Saxoniae Merſeburgi* in diſcrimine uitae conſtitutus, a Deo liberatus. Copiae caeſareae fuſae *Merſeburgum* aufugiebant. Ibidem confirmatae, *regem Sueciae* die 9. Septembris hoſtes perſequentem, prope Salam *remorari* audent. Sed *2000.* e *Caeſareis caeſis* ac *3000. captis*, rex Sueciae *Merſeburgum*, ac ſequenti die 11. et 12. Septembris urbem *Halam* cum Mauritii caſtro hoſti iterum eripit. *2000. Caeſarei caeſi ad urbem Merſeburgum. Merſeburgum ac Hala a Suecis occupata.*

§. XXXVII. Tum *rex Sueciae* ac *elector Saxoniae* copias ſuas diuidebant, ille *prouincias Rheni* petebat, hic *regnum Bohemiae* ſibi ſubiiciebat. Caeſar in anguſtiis conſtitutus, *Wallenſteinium* ſummum belli ducem denuo denominabat, ac pace cum Rege Hungariae inita, *Wallenſteinius* anno. 1632. 80000. milites comparabat. *Tylli* in *pugna* apud fluuium Licum *occidebatur*. *Wallenſteinius Saxones Bohemia* eiiciebat ac bellum in Miſniam transferebat. *Elector Saxoniae* die ſeptimo Septembris in *electoratu* ac *epiſcopatu Merſeburgenſi* ob uictoriam, hoc die ante annum a Caeſareis in pugna *Wallenſteinius ſummus belli dux. Tylli in pugna occiſus 1632 Supplicatio Merſeburgi celebrata die 7. Sept.*

CAP. XLVII. IOH GEO. 1632.

Pugnae Luzenſis prognoſtica.

pugna Lipſienſi reportatam, *ſupplicationes ſolennes* celebrari iubebat. Hac ſolennitate peracta, *Wallenſteinius* cum ſuis copiis in Miſnia adueniebat, quem e ueſtigio *Guſtauus Adolphus* perſequebatur. *Pugnae Luzenſis* autem prognoſtica in monumentis haec conſignata leguntur. Aeſtate *Luzenae aquae* in *ſanguinem uerſae*. Die 15. Martii, die iouis ante dominicam Iudica hora ueſpertina quinta in pago *Doeblitz ad Salam nigra crux* uerſus quatuor orbis angulos uiſa. Apud *ſcultetum Groſs Goehrenſem* intra oppidum Luzenam ac Leucopetram e *pane diſſecto ſanguis* fluxit.

Lipſia, Hala expugnatae,

§. XXXVIII. Circa *feſtum Michaelis* caeſarei belli duces *Gallas ac Holcke* Saxoniae *electoratum infeſtabant.* Circa *diem Galli Lipſia*, a *Pappenheimio Hala expugnabatur*, *episcopatu Merſeburgenſi* miſere *direpto*. Die 19. Octobris Caeſarei *duce Holckio Merſeburgum*, pactione inita, *occupabant*, qua occupata epiſcopatus deuaſtabatur. His cum copiis *Pappenheimius* ſe coniungebat, qui ex *Thuringia* ab oppido *Butſteda* ad *epiſcopatum Merſeburgenſem* properabat, omnes *pagos* ſpolians ac depopulans. *Die ſexta Nouembris* inter *Guſtauum Adolphum* ac *Wallenſteinium* acerrima *pugna* in campis *Luzenſibus* commiſſa, in qua *rex Sueciae occubuit.* Praelii initium in *tranſitu Rippachenſi* cum *duce Iſolani* erat. Hunc *Wallenſteinius* cum mille equitibus ac peditibus in *uillam Rippach* conſtituerat, ut ab alto pone uineas riuuli pontem obſeruaret ac Suedis uiam intercluderet. Hic *Iſolani*, rei uenereae deditus, miniſtro, qui ei a cubiculo, mandat, ut

Merſeburgum.

Pappenheimius cum duce Galla ac Holckio ſe coniungit.

Praelium Luzenſe d. 6. Nouembris 1632.

Tranſitus Rippachenſis Suedis interclusus.

ex

ex feminis, quae in *diuerſorio Rippachenſi* fre quentes latebant, aliquam ad concumbendum eligat, eique adducat. *Prior electa*, deſuper *ambulacro deſiliens*, illaeſa *euadit*, cum poſteriori adducta *Iſolani* tota nocte *rem habet. Milites rorarii* tranſitum adeunt, eumque, paſtore quodam duce, *tranſeuntes*, *Caeſareanos a tergo adoriuntur*, pleriſque eorum caeſis ac captis. Inprimis *duo uexilla*, quorum alteri *corona rutacea*, *addito uerbo* VICTORIA, alteri *pomum imperiale cum Fortunae ſtatua* innexum, *expugnarunt*, ex quo Guſtauus Adolphus optima quaeque praeſagiit. Hanc uelitationem ipſum *praelium Luzenſe* inſequebatur, quod *Guſtauo belli duces diſſuadebant*, his cauſis moti, quod *exercitus Suecicus* longo itinere *defatigatus*, *caeſareus* contra ex labore *refectus*. *Rex cohortes perequitans* ſuis animos *addit*. *Wallenſteinius* idem agit. Rex magna animi contentione inſtans, in *brachio ſiniſtro uulneratur*, dolorem diſſimulans, milites ad pugnandum excitat, tum *Franciſcum Albertum Lauenburgenſem* orat, ut in ſecurum locum ducat. At belli dux *Falckenbergius* regem globo perfigit. *Rex* euaſurus in manus *gregarii militis incidit*, qui regem abrepturus, a Suedis impeditus, *regis caput glande percutit*. *Rex* ueſtibus ſpoliatus, ab alio gladio *perfoditur*, tandem a ſuis inuentus. *Rege* licet *occiſo*, *caeſarei* tamen ad *internecionem caeſi*, *Suedis uictoriam reportantibus pleniſſimam*. *Bernhardus* enim *dux Vinarienſis* milites ſui officii admonebat, pedites alloquens: *equites fortiter pugnare uelle*, *ut idem facerent*, *admonerentur*. His uerbis etiam e-

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1632.

Velitatio Suedorum cum Caeſareis uictis.

Duo uexilla expugnata.

Praelium Luzenſe;

quo Guſtauus Adolphus occubuit,

Caeſareis caeſis Suedi uictoriam reportant.

Bernhardus dux Vinarienſis poſt Guſtaui mortem uictor.

CAP. XLVII. IOH GEO. 1632. *Pappenheimius globi ictu mortuus.* *Fugientes caeſarei profligantur.*

quites alloquens, *Suedi uictores euadebant.* *Pappenheimius* quidem *Hala* accedens *uictores Suedos* impedire tentabat, ſed iuxta pagum *Dahlitzſch* dictum, globo percuſſus, Lipſiae mortuus. *Suedi uictores caeſareos* paſſim perſequentes, in pago *Ramptitz* ſexaginta latentes trucidabant. In pagis aliis praecipue *Nemptitz* multi e caeſareis caeſi, ubi nuperrime in occiſi militis cranio ducatus inuentus. In *Guſtaui uictoriam* hic uerſus conſcriptus.

Stans, acie pugnans morienſque triumphat. A quibusdam *non mortuus*, ſed *Sueciam profectus* credebatur, ad auxiliares copias comparandas, Eius *ſtrator*, nomine *Iacob Erichſohn* poſt pugnam ex uulneribus moribundus regis cadauer indixit a uulneribus ſanatus. Poſt *pugnam Lipſia ac Saxonia liberata*, *Wallenſteinio* cum copiis *Bohemiam* fugiente, *Suedis Leucopetram petentibus.*

Iacob Erich Sohn, Guſtaui ſtrator.

Variae caedes a caeſareis militibus perpetratae 1631. 1632.

§. XXXVIIII. His uero belli temporibus a militibus hoſtibus uariae *caedes* ac *rapinae* perpetratae. Nam anno 1631. die 26. Iulii *Michel Bauer*, ſtudioſus, die 29. Iulii molitor *Iohannes Tretmar* a copiis *Tylli* caeſariis in parochi domo in pago *Dorhlitz ad Salam* globo perforati. *Ancilla* quaedam in dicto pago ob *violentum ſtuprum*, eidem a militibus illatum, die 14. Septembris miſere periit. Die 9. Martii in dicto pago mater quaedam, *Chriſtophori Bauers* uxor, infantem dormiens ſuffocauit, die 27. Martii *Iohannis Schaefferi* infans recens editus ſine *baptiſmo mortuus.* Anno 1632. die 14. Nouembris *Delizenſis* ruſticus, a caeſareis mili-

li-

litibus gladio iugulatus, in pago *Kirchdorff* ſepultus. CAP. XLVII. IOH GEO.

§. XXXX. Annus ſequens 1633. eadem cum prioribus continet fata. Nam *Merſeburgi* ex *parochia S. Maximi* 193. homines peſte conſumti. *Omen* quoque *triſte* praeſagiebat, quum die quinta Auguſti tanta *procella* exoreretur, ut *manipuli* uentorum uehementia ab agris *propellerentur*. Paulo enim poſt caeſareus belli dux *Holcke* per *Voigtlandiam* penetrans, *Lipſia* expugnata, ab urbibus *Merſeburgo*, *Hala*, aliiſque aeſtimationem condonati incendii exigebat, hinc ob hoſtium rapinas ac depopulationes *epiſcopatus* pene *exhauſtus*. Nihilominus die ſeptima ſeptembris IOHANNES GEORGIVS per omnes electoratus ac epiſcopatus prouincias *ſupplicationem* celebrari iuſſit, ut pro *uictoriis*, *Lipſiae* ac *Luzenae* reportatis, Deo gratiae agerentur. 1634. *Peſtis 1633.* *procella.* *Lipſia expugnata. Merſeburgum, Hala incendii condonati aeſtimationem perſoluunt. Supplicatio d. 7. Sept.*

§. XXXXI. Cum etiam anno 1634. die tertia Maii *Iohannes Georgius* in Sileſia iuxta urbem *Lignitium* per belli ducem *Arnheimium* caeſareos milites *funderet*, *ſupplicatio* ſolennis die ſeptima ſeptembris ideo *celebrabatur*. *Autumnali* tamen *tempore* per urbem *Merſeburgum* ac *epiſcopatum Saxonicarum ac Suecicarum copiarum tranſitus* frequentes, ſuppeditanda militibus *diuerſoria* ſubditis *moleſtiſſima*, *contributionum* genera multiplicia. In monumentis etiam huius anni conſignatum legitur, mulierem quandam *Luzenae* menſe Iunio in foco *carnem* coxiſſe, cuius loco in olla *ſanguis* inuentus, die 26. Iunii in pago *Roeſſen* ex ſalice *ſuccus ſanguineus* *Pugna Lignicenſis 1634.* *copiarum tranſitus ac diuerſoria.* *Sanguis in carne cocta, pulmento, ſalice.*

 ef-

CAP. XLVII. effluxiſſe, et in pago *Oberpeina pulmentum ſanguine mixtum* fuiſſe refertur.

IOH. GEO. 1635. *Pax Pragenſis 1635. die 26. Maii cauſae,* §. XXXXII. Anno 1635. die 26. Maii IOHANNES GEORGIVS ſolus cum Caeſare *Pragae pacem inibat*, quapropter *feſto Iohannis* die 24. Iunii in *epiſcopatu Merſeburgenſi ſupplicatio ſolennis* celebrabatur. *Cauſae* ad paciſcendum mouentes hae, 1) *Oxenſtirnii felices ſucceſſus electori ingrati*, 2) *Galli Oxenſtirnio foederati ubique uictores*, 3) *auxilio Bernhardi Vinarienſes duces potentia pollebant*, 4) *Caeſareani ubique uictores, oppidum Luzenam, ſuppoſito igne, incendebant.* *conditiones,* Pacis conditiones hae: ut 1) *amneſtia fieret*, 2) *Auguſtus, Iohannis Georgii filius, archiepiſcopatu Magdeburgico potiretur*, 3) *Luſatia electori Saxoniae cederet*, 4) *bona eccleſiaſtica ac epiſcopatus in proteſtantium poteſtate* 40. annos *permanerent*, 5) *ſingulis ſtatibus liberum eſſet, initae pacis conditionibus accedere.* De hac pace uerſus noti.

Praga atrox orbi quae protulit impia bellum,
Quo pacto pacem redderet illa bonam?

ſubſcriptores. Oxenſtirnius pacis conditiones renuens expellitur. *Elector Brandenburgenſis, dux Mecklenburgicus,* ciuitates imperiales *Noriberga, Vlma, Memminga* aliaeque pacis tabulis ſubſcribebant. *Oxenſtirnius* quidem, ut paci ſubſcriberet, admonebatur, et ut e Germania diſcederet, *duodecies centena millia pecuniarum*, uulgo *duodecim auri tonnae*, eidem offerebantur, at enim, *Oxenſtirnio* recuſante, IOHANNES GEORGIVS, caeſareis aliorumque ſtatuum copiis adiutus, milites Suecicos ex *epiſcopatu Magdeburgico expellebat*, qui uerſus *mare Balticum* cedere cogebantur. *Damna in epiſcopatu Merſeburgenſi.* Interim *epiſcopatui Merſeburgenſi* ma-

xi;

xima damna ſuſtinenda, *tempore meſſis* per ſeptem hebdomadas auxiliaribus copiis *diuerſoria adſignanda*, *Suecorum inuaſiones* frequentes, *depopulationes* graues, commeatus ad caſtra Lipſienſia deportandi. Eodem hoc anno quoque die ſeptimo Aprilis in pago *Delitz Paul Fulle* puteo incidens, ſuffocatus. Die quarta Iunii uero *undis Salae quidam ſubmerſus*. CAP. XLVII. IOH.GEO. 1636. *Duo aquis ſubmerſi.*

§. XXXXIII. Eaedem calamitates epiſcopatui anno 1636. perferendae. Menſe enim Ianuario *Saxonici equites*, *Magdeburgi* profligati, *turmatim* in *epiſcopatum fugiebant*. Hos Suecicus belli dux *Banier* inſequebatur. Suedi hoſtes ciues cruciabant, aquam ſordidam faucibus infundendo. Die 26. Ianuarii *Stephanum Oſswalden* in pago *Faebrendorff* globo percutiebant, menſe Aprili *ſartorem Spergauienſem* uerberatum *Salae inſilire* coegerunt, ubi aquis ſubmerſus. *Merſeburgo direpto*, reſarciendo incendii damno ſtipem collectam ſoluere cogebatur, ponte Salae impoſito in ſuburbio noui fori incenſo. *Merſeburgum, Ciza, Leucopetra, Luzena, Iena, Islebium* aliquot decies millia thalerorum contribuerunt. *Merſeburgi* etiam *Suecicum praeſidium* conſtitutum uias infeſtabat. Cum uero ineunte menſe Martio caeſarei ac Saxonici in animo habebant, praeſidium Merſeburgo eiiciendi, noctu clam exibant, ponte recens confecto deſtructo. *Multi pagi*, ſpeciatim *Paſſendorff*, a Suedis incenſi, *epiſcopatus* autem a copiis Caeſareis, Saxonicis ac Suecicis fere *deuaſtatus*. Inſuper *peſtis* hoc anno in toto epiſcopatu ac pagis eidem ſubiectis ſaeuiit, qua Merſeburgi 651. perierunt. *Saxonici equites profligati Merſeburgum fugiunt.* *Suecorum inuaſiones in epiſcopatum ac inſolentia.* *Contributiones bellicae.* *Praeſidium Suecicum Merſeburgi a Caeſareis profligatum.* *Peſtis 1636.*

 Hu-

CAP. XLVII. IOH GEO. 1637.

Canis rabida.

Huius inuaſionis *prognoſticon* fuiſſe autumant, cum paulo ante hoſtium incurſionem die octaua Ianuarii dicti anni *canis rabida Merſeburgum* percucurrit, quae multas canes, pecudes hominesque laeſit, antequam globorum ac fuſtium ictibus occiſa. Similiter ingens erucarum copia, quae in plateis, ut proficiſcentes milites, repebant.

Suedorum depraedationes 1637.

§. XXXXIIII. Anno 1637. *Suecorum depopulationes continuabant.* Sub auſpicio enim noui anni *Banner* belli dux Suecicus cum exercitu *Luzenam* ingrediebatur, inde ad *ſenatum Lipſienſem* die 2. Ianuarii litteras mittebat, ut urbem ei aperirent, ſed repulſam accipiebat. *Praefectura Luzenſis*, *Zwenckauienſis* et *Skeudicenſis* hoſtilibus copiis abundabant. *Dux Karre* praefectis, nobilibus ac magiſtratibus circumiacentium praefecturarum, oppidorum ac pagorum iniungebat, ut *Merſeburgi* ſecum ob aeſtimationem condonati incendii agerent.

Obſidio Lipſienſis.

Durante *obſidione Lipſienſi*, die 17. Ianuarii globorum ictibus dicti ducis *Karre utraque crura* perfodiebantur, quapropter lectica uectus Merſeburgum reducebatur.

Pagi incenſi.

Pagi *Schoenes*, *Naundorff*, *Plagwitz*, *Ranſtadt* aliique in diſtrictu Merſeburgenſi ſiti *a Suedis flammis ſubiecti.* Initio Februarii cohors equitum *Merſeburgo* uerſus pagum *Groſſchocher* cum curribus proficiſcebatur. Vexillifer quidam in *Skeudiz* ruſticos colligebat, ut ſecum Lipſiam irent, ac praedam curriculis unirotis aſportarent. Alii milites ſecuribus ac marſupiis ſibi proſpiciebant, ut fornices effringerent ac pecuniis ſe onerarent. Sed *fruſtrati ſpe Lipſia* di-

diſcedere cogebantur, cum caeſareus belli dux *Hatzfeld* die 12. Februarii urbem *obſidione liberaret*, cuius copiis *Merſeburgenſes commeatus* ſuppeditare ac *diuerſoria* adſignare tenebantur. Intercedente uero die 16. Februarii *Ferdinandi II.* imperatoris *morte*, *Caeſarei* progredi impediebantur, *Suedis* die decima Maii *Landsbergam dimidiam incendentibus*. *Peſte* etiam hoc anno Merſeburgi 291. in pagis multi, *inundatione Salae* uero aliquot homines inopinati conſumti. Nihilominus inter hos belli motus *parochiani in Lindenau*, *Chriſtophoro Limmer* parocho, *Iohanne Arnoldo* ſculteto, et *Gregorio Steiger* eccleſiae antiſtite, *maximam campanam* Erfordiae hac inſcriptione fundendam curarunt.

CAP. XLVII. ICH GEO. 1639.

Lipſia obſidione liberata.

Mors Ferdinandi II. imp.

Landsberga incenſa.

Peſtis 1637.

inundatio Salae.

Campana in Lindenau fuſa.

Durch das Feuer bin ich gefloſſen,
Iacob Koenig in Erffurt hat mich gegoſſen
Anno 1637.

§. XXXXV. Anno 1638. die 18 Maii in uilla *Collenbey* prope urbem *Merſeburgum ancilla* quaedam, cum cane concumbens, *quatuor catulos* enixa, poſt euaſit. Initio decembris uero quingenti *equites Saxonici praedones circa fluuium Giſelam* in pagis *Deutſchthal*, *Lauchſtaedt* ac *Steuden* commorantes, uias infeſtauerunt, *latrocinia* committendo. Initio anni 1639. exercitus Suecicus, duce *Bannero*, iterum *Merſeburgum* ac epiſcopatum inuadebat, homines barbarorum more crucians. Ab urbe aliiſque oppidis ac pagis *aeſtimatio* incendii condonati maxima exigebatur, diuerſoria militibus immenſis ſumtibus adſignanda. Cum uero die 17. Maii ex praeſidiariis militibus Lipſienſibus centum et quinquaginta *Merſeburgum*

Ancilla quatuor catulos enixa 1638.

Equites praedones

Banner Merſeburgum inuadit 1639.

exactiones

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1641

Suedi capti Lipſiae in carceres detruduntur

Landsberga incenſa.

Auguſtus Ludouicus comes Barbienſes ultimus.

Annonae caritas 1638. 1639.

gum mitterentur, his urbem intrantibus, *Suecici milites* turrim munitam adſcenderunt, ex qua fortiter pugnantes, ad diem 22. Maii reſtiterunt. Sed ſexaginta militibus Lipſia denuo accedentibus, eodem die ſe dederunt, qui 24. Maii numero ſexaginta una cum centurione *Linterer* Lipſiam captiui ducti, in carceres detruſi. A turri ex militibus Lipſienſibus ſex globis percuſſi, decem laeſi. Eodem hoc anno die 30. decembris hora undecima circa meridiem *Landsbergae* exorto incendio 37. domus 14. horrea flamma conflagrarunt. *Auguſto Ludewico, comite Barbienſi*, hoc anno abſque prole maſcula decedente, IOHANNES GEORGIVS, filium ſuum *Auguſtum adminiſtratorem Magdeburgicum* dicto comitatu *inueſtiebat.* His quoque annis 1638. 1639. *annonae caritas* maxima. *Modius* enim *frumenti octo thaleris* uenditus. Pauperes *cadaueribus* uiuebant.

Pagi Waeckwitz, Godlau Guntherſdorff incenſi 1640.

Ignea ſigna in nubibus.

Murium copia.

§. XXXXVI. *Suedorum deuaſtationes* uero anno 1640. continuabant. Die primo enim Octobris pagum *Waeckwitz, Godlau* ad Salam, *Guntherſdorff* alioſque *epiſcopatus Merſeburgenſis uicos* incenderunt. Antea uero 450. Suecici milites *Merſeburgum* inuadebant. Horum incendiorum omen funeſtum fuiſſe ſcribunt annales *ignea ſigna*, quae die 17. Ianuarii in nubibus apparuerunt, ac totam noctem coruſcarunt. *Murium* etiam ingens copia, in hortis, pratis ac agris gramina ac ſegetes *depauerunt*, aeque ac Caeſareae et Suecicae copiae omnem frumenti annonam conſumſerunt.

Ioh. Banner Suecicus belli dux, 1641.

§. XXXXVII. Nam anno 1641. Suecicus belli dux *Iohannes Banner*, praecedenti anno in

in *Haſſia* fame laborans, ac in *Palatinatu* magnam cladem perpeſſus, cum debilitato exercitu menſe Martio in *Miſniam* reuertebatur. *Altenburgi* febri correptus, inde *Zizam*, *Leucopetram* ac *Merſeburgum* lectica initio Aprilis uehebatur, in *aula Merſeburgenſi* diuertens. Eius exercitus in ſuperiori ac inferiori diſtrictu *Merſeburgenſi* ab urbe *Leucopetra* ad oppidum *Lauchſtaedt*, ac pagum *Paſſendorff*, *cis Salam*, *Caeſareus trans Salam* caſtra metabatur. Inter utrumque exercitum conflictus frequentiſſimi. Febri inualeſcente, *Banner Merſeburgi* exercitui *Adamum Pfulium*, *Arffurt Wittenbergum*, ac *Guſtauum Vranglium* uſque ad *Torſtenſohnii* aduentum praeficiebat. *Copiis caſtra metantibus*, *ſationis tempus* praeterlapſum, *frumenta* conſumta, *agri inculti relicti*, *cultus diuinus* per ſex hebdomadas intermiſſus, *multis pagis incenſis*, ſeptimo die Maii exercitus profectus, *Bannero* die decima Maii *Halberſtadii* uita defuncto. Eidem *Hildeſiae* anno 1640. in conuiuio quodam uenenum propinatum autumant. *Landgrauius Haſſiae* enim, *Georgius dux Luneburgenſis* ac *comes Schaumburgenſis*, ad epulas ſimul inuitati, ſubita morte exſpirarunt. *Bannerus* hic rei militaris peritisſimus, a *Guſtauo Adolpho* in magno pretio habebatur. Eius ſatelles *Chriſtophorus Vollrath*, Coburgenſis, menſe Aprili *Merſeburgi* cum quodam globis certans, ſclopeti ictu percuſſus, die 22. Aprilis in aede S. Maximi ſepultus. Eodem tempore in pago *Spergau* a Suedis ſex domus incenſae. Menſe Februario in campis *Leunauienſibus ardentes faces* uiſae, ad inſtar duarum copiarum in acie contra ſe inuicem ſclope-

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1641. *febri correptus*, *Merſeburgi diuertit.* *Conflictus Caeſareorum ac Sueдorum.* *Damna a duabus copiis data.* *Banner Halberſtadii mortuus, ueneno propinato.* *Eius encomium*, *Chriſtoph Vollrath.* *Incendium in pago Spergau.* *Ardentes faces*

CAP. XLVII. IOH GEO. 1644.

Iohannis Werneri prophetia.

peta diſplodentium. Eodem hoc anno die 19. Aprilis *Iohannes Werner*, Bockendorffenſis Miſnicus, *Merſeburgi prophetiam* conſcripſit, quae cum eiuſdem apologia in theatro Europaeo conſignata.

Leonhard Torſtenſohnius.

§. XXXXVIII. Poſt *Banneri* obitum *Leonhard Torſtenſohnius* in *Germaniam* aduentabat, qui exercitui *ſummus belli dux* praefectus, anno 1642. in *Sileſiam* ac *Morauiam* penetrabat, Lipſiam properans, eandem occupaturus.

Pugna Lipſienſis 1642. d. 23. Octobr. Leopoldus Wilhelmus archi dux Auſtriae.

Inter *Caeſareos* ac *Suedos* die 23. Octobris acerrime pugnatum, his uictoriam reportantibus. E *Caeſareis*, quos *Leopoldus Wilhelmus*, *archidux Auſtriae*, ducebat, 5000. caeſi, 4500. una cum 46. tormentis bellicis ac cancellaria militari capti. *Epiſcopatui* ab *utroque exercitu* maxima damna data. Tempore uerno *Caeſarei* eum

Merſeburgum occupatum.

depopulabantur, die 26. Nouembris *Merſeburgum* a *Suedis expugnatum*. Anno ſequenti menſe Ianuario *equites Suecici* in uias *Lipſienſes* iux-

Landsberga, Skeuditz depraedatae 1643. Friberga obſeſſa.

ta oppidum *Landsbergam* ac *Skeuditz* excurrebant, proficiſcentes depraedantes. Circa diem Egidii in *epiſcopatu* maxima dederunt damna. Interea temporis *Freiberga* a *Suedis* incaſſum obſeſſa, *Morauium* proficiſcebantur.

Merſeburgenſium adflictio 1644. Kinskey.

Caeſarei uero menſe Ianuario 1644. ciues Merſeburgenſes admodum *adflictarunt*. Menſe Februario comes *Kinſkey* dux cum copiis *Merſeburgi* exiens ac intrans, contributiones bellicas exigebat. A feſto annunciationis Mariae

Hundelshauſen. Koenigsmarck.

ad diem 2. Aprilis dux *Hundelshauſen* idem moliebatur. Menſe Maio *Koenigsmarckii* equites urbem ac epiſcopatum infeſtabant. Tempore autumni *Caeſarei Bernburgo*

go in epiſcopatum excurrebant. Menſe decembri *Torſtenſohnius* in praefectura *Luzenſi* ac *Zwenckauienſi* incendendo ac depraedando ſaeuiebat. *Landsbergae* etiam 1642. die 11. Ianuarii hora ſeptima ueſpertina exorto incendio, *aliquot aedificia igne conflagrarunt.* *Peſte* anno 1643. ex parochia *S. Maximi Merſeburgi* 545. perierunt. Eodem anno die 16 Iunii *Luzenae* ex pane hordeaceo diſſecto ſanguis effluxit, paulo poſt ex *cornu cerui* cum lacte materno commixtus ſanguis. *Merſeburgi* piſcina ſanguinea apparuit. Sic anno 1644. ante feſtum paſchatos etiam *piſcina Luzenſis* in ſanguinem uerſa.

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1644. *Luzenſis, Zwenckauienſis praefecturae. Landsbergae incendium 1642. peſtis 1643. ſanguis effluxit.*

§. XXXXVIIII. Eodem hoc anno, *tempore autumni*, familiae incuria in *parochia Spergauienſi incendium exortum*, quo *parochi aedes* ac *ſcholae aedificia* cum *quatuor uillis* igne conflagrarunt. Culmine turris templi igne accenſo, *campanae* atque *automatum* corrumpebantur. *Altare* in eccleſia ardere coeptum, *ſuffuſione aquarum* ſeruatum. Menſe maio anni ſequentis *glires* uites ac arbores depauerunt, *erucarum* uaria genera in hortis ac *ſcarabaei* in uineis damna dederunt maxima.

Incendium in pago Spergau 1644. glires 1645. erucae, ſcarabaei.

§. L. Verum enim uero *imperator imperiique ſtatus* belli pertaeſi, de *pace ineunda cogitare* coeperunt. *Hamburgi pacis praeliminaria* tractabantur, *Oſnabruga* ac *Monaſterium*, ciuitates imperiales, determinabantur, ut ibidem de pace ineunda ageretur, quem in finem ſacramento ſoluebantur. Anno 1643. *Franckofurti deputatio* inſtituebatur. Anno 1644. a rege Daniae termino deſtinato, imperator, Suedi ac imperii ſtatus inuitabantur. Anno 1645. die 27. Au-

Hamburgi pacis praeliminaria. Francofurti deputatio 1643. 1644. Induciae

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1646.

Auguſti inter *Suedos* ac IOHANNEM GEORGIVM *induciae per ſex menſes* inibantur, ad quas electorem filii permouebant. Hae die 20. Februarii anno 1646. ad *pacem Weſtphalicam* uſque prolongabantur. Conditiones erant, *epiſcopatus Magdeburgicus medium ſe gereret, Saxoniae elector imperatori tres tantum cohortes auxiliarium copiarum mitteret, Suedis liceret ad tria milliaria uſque ab urbe Dreſda militem comparare, electori omnes urbes, Lipſia excepta, reſtituerentur, ſingulis menſibus 11000. thaleri ac 3000. modii auenarum ac totidem ſiliginis Suedis traderentur.* His *induciis pactis*, in epiſcopatu ac Saxoniae electoratu *belli tumultus ceſſabant*, cum anno 1647. tempore autumni tam *Suecicus*, quam *caeſareus exercitus* epiſcopatus prouinciis *exiret*; utriuſque tamen *exercitus tranſitus* ciuibus admodum erat moleſtus. Inprimis *ille tranſitus* notandus, quem anno 1648. die 9. Septembris *exercitus Suecicus* per *epiſcopatum* inſtituit. Nam *Hala Merſeburgum* aduentans, in ſuburbio *Altenburg* dicto totus quieſcebat. Paulo poſt *mille equites* ac *quadringenti pedites* ſuburbium *nouum forum* dictum intrabant. Reliquae *ſedecim cohortes peditum* in ſuburbio *Altenburgo* perſiſtebant. Sequentibus diebus urbem pertranſeuntes, *ſuburbia* miſere, *induciis nihil obſtantibus, deuaſtabant.* Iis progredientibus, ciues *6000. libras panum* ac *quatuor Merſeburgenſes cados cereuiſiae* iiſdem tradere tenebantur.

inter Iohannem Georgium et Suedos 1645. prolongatae 1646. conditiones.

Tranſitus Suecici ac Caeſarei exercitus 1647 1648. per urbem Merſeburgum.

§. LI. Silentio hic non praetereunda hiſtoria de *uetula* quadam, nomine *Mareina Elſers*, Salfeldenſi, quae anno 1646. die 11. Februarii an-

Mareina Elſers 1646.

anno aetatis ſexageſimo primo a molitore quodam in *mola Doelnizenſi* impraegnata non procul ab urbe *Numburgo* duos infantes peperit. Vetula haec ante ſex annos fugit, cum *copiae* in *campis Salfeldenſibus* caſtra metarentur; impraegnata itaque, *Merſeburgi* apud ſuperintendentem rem detulit, molitor uero euaſit. Eodem hoc anno die 23. Iunii tempeſtate exorta, *tonitru* ac *praecipitans grando* cecidit, decidens *grando magnitudine unius pondo ac ſemi*, macerias ac tecta lateritia perforaſſe ſcribitur, qua *ſegetes, arbores, uites* ac *lupulus* funditus perierunt. Tempeſtas haec in aliquot eccleſiarum libris ac ſenum calendariis conſignata reperitur. In pago *Doelnitz* uir fulgure interemtus. Anno 1647. die 19. Februarii in pago *Deutſchen-Thal* duo latrones, qui nobilem de Trota globi ictu confoderunt, capite plexi rotae innexi. Eodem hoc anno die 19. Martii *Sorbigae incendio exorto quadraginta domus* igne conflagrarunt. Die ſexto Aprilis *militis* cuiuſdam *uxor Merſeburgum* praeterit, ibidem in officina fullonica *ſimiam* ac *tres ranas* enixa. Infantaria una cum partu monſtroſo a copiis proficiſcentibus Halam abducta, a marito glande confixa. Eodem hoc anno *papiliones turmatim meridiem uerſus uolarunt*, quod *prognoſticon* itineris, ab exercitu *Koenigsmarckii* in Bohemiam ſuſcepti, fuiſſe creditum. Nam anno 1647. Suedi, *Bohemiam* ingreſſi, anno 1648. ſub duce *Koenigsmarckio Pragam* obſidebant ac, duce Erneſto Odewalsky, urbis *Pragae* eam partem, quae parua plaga (*kleine Seite*) uo-

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1647

anno aetatis 61. duos infantes peperit.

Tonitru ac grando damna dat maxima.

Duo latrones rotae innexi 1647.

incendium Sorbigae.

Militis uxor ſimiam ac tres ranas enixa.

Papiliones turmatim uolant.

Praga occupata a Suedis 1648.

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1648.

uocatur, una cum arce *Ratshin*, in qua multa pretioſa recondita, occupabant, *Carolus Guſtanus* palatinus etiam *ueterem urbem* expugnare potuiſſet, niſi hiemis tempeſtate impeditus. Cum uero Suedi tam felices in *Bohemia* ſucceſſus haberent, imperator ad *pacem Weſtphalicam ineundam* properabat. Itaque urbs *Praga belli tricennalis initium ac finem promouit.*

Pax Weſtphalica, Monaſterienſis, Oſnabrugenſis 1648. d. 14. Octobr.

§. LII. Tandem poſt longas paciſcentium altercationes ac remoras *pax Weſtphalica* ſeu *Monaſterienſis et Oſnabrugenſis* ſancita, anno 1648. die $\frac{14}{24}$ octobris *ſubſcripta* ac *tubis ſonantibus promulgata* fuit. Vi huius *liberum proteſtantibus religionis exercitium conceſſum, Paſſauienſe pactum ac pax religioſa confirmata, principibus ſaecularibus ius dioeceſanum pleno iure utendum relictum, epiſcopatus ac bona eccleſiaſtica proteſtantibus reſtituta. Merſeburgi* quidem dominica aduentus *ſancta pax* a ſuggeſtibus annunciabatur; at enim, Suedis eius executionem urgentibus, per annum et quod excurrit, executio procraſtinata. Hinc *Noribergae* anno 1649. *executionis conuentu* inſtituto, demum anno 1650. die ſexto Iunii ibidem *executionis tractatus* his ceremoniis promulgati. *Ab hora ſeptima ad octauam omnibus campanis pulſatis, ab octaua ad nonam in omnibus templis ſupplices Deo agebantur gratiae, atque omnes captiui in hac urbe carceribus liberabantur.* Militibus exauctoratis, urbes ac munimenta *euacuabantur.*

eius capita.

eius executio procraſtinata. Conuentus Noribergae 1649. promulgatio 1650.

Huic

Huic ſolennitati *ridiculum* quid miſcebatur. *Pueri* enim 1500. *baculis inequitantes*, ad ducis *Amalphi*, Caeſarei oratoris, aedes, confluebant, poſcentes, ut ſingulis *numiſma in pacis initae memoriam cuſum* diſtribueretur. Hac puerorum admonitione ſequenti die *numiſma* cuſum ac diſtributum hac inſcriptione: *Viuat Ferdinandus III. Romanorum imperator*. E regione *puer baculo inequitans ſtabat*, his uerbis adſcriptis: *Friedens-Gedæchtniß in Nürnberg 1650.* Nobilis *de Tauff*, belli dux, imperatori *tabulas* ſubſcriptas offerens, annulum 6000. thalerorum ac torquem aureum 2000. ducatorum dono accepit. Ob hanc pacem initam in toto imperio Romano, ac *Iohannis Georgii iuſſu*, die uigeſimo ſecundo Iulii in toto electoratu, ſpeciatim in epiſcopata Merſeburgenſi, ſolennis ſupplicatio celebrata.

CAP. XLVII. IOH GEO. 1649. *Puerorum facetiae.* *Numiſma in memoriam ſancitae pacis cuſum.* *Nobilis de Tauff pacis nuncius ad Caeſarem donatur.* *Solennis ſupplicatio.*

§. LIII. Circa initae pacis tempora *haec notatu digna* acciderunt. Anno 1648. die 14. Februarii *procella exorta, tonitru* ac *fulgur Merſeburgenſes* ita perterrefecit, ut urbis interitum metuentes, diem expectarent ultimam. *Sixti* ac *templi cathedralis turres labaſcentes* ruinam minatae, terrae motu credito. Anno 1649. die 22. Auguſti medio die *ſplendida ſtella* uiſa, quam nonnemo uenerem, a ſole tunc diſtantem, exiſtimat. Eodem hoc anno 31. decembris *Merſeburgi* in ſuburbio *Altenburgo* iuxta parochiam *aedificium*, exorto incendio, *igne conflagrauit*.

Tonitru 1648. *Stella medio die 1649.* *incendium Merſeburgi.*

§. LIIII. Quoad *eruditos*, ſub IOHANNE GEORGIO adminiſtratore, floruerunt ſequentes: M. *Ada-*

Eruditi Merſeburgenſes

CAP. XLVII. IOH.GEO. 1631. *tempore Iohannis Georgii.* *Superintendentes.*

Adamus Roether, theologiae doctor anno 1570. creatus, ſuperintendens anno 1592. dominica iudica ob Crellii factionem officio motus, cui ſucceſſit M. *Caſparus Voccius*, qui ſermonem ſolennem habuit, cum IOHANNI GEORGIO clientelae iuramentum praeſtaretur, hoc die 22. Febr. 1614. mortuo, ſucceſſit *D. Egidius Strauch*, anno 1617. *D. Simon Gediccius*, 1632. *D. Laurentius Andreae*, 1634. *D. Balthaſar Fuhrmann*, 1637. *D. Gothofredus Cundiſius*, 1643. *Lic. Georgius Berlichius*.

Diaconi. Diaconi M. Andr. *Niedner*, anno 1593. Ioh. *Lindener*, 1604. M. Adamus *Stockmann*, 1610 M. Vitus *Stephani*, 1612. Salomo *Flednitzer*, 1616. M. Martin. *Stockmann*, 1624. Albinus *Buxbaum*.

Paſtores in aede S. Maximi, Paſtores in parochia S. Maximi *D. Georgius Luder* ac eius ſubſtitutus M. Caſp. *Voccius*, 1592. M. Andr. *Niedner*, 1632 M. Mart. *Hoffmann*, 1657. Georgius *Weigelius*.

Diaconi, Diaconi *Valentinus Apel, Georgius Richter, Quirinus Zeitz*, 1611. M. *Mart. Hoffmann*, 1619. *Io. Wilich*, 1630. *Georgius Weigel*, 1632 *Chriſtianus Breuer*, 1643. *M. Georg. Hertzberger*.

Paſtores noui fori. In eccleſia noui fori Adamus *Fehrmann*, 1596. Chriſtophorus *Luder*, 1612. Iohannes *Probſt*, 1619. M. Paul. *Stockmann*, 1632. M. Euſtachius *Muller*.

Altenburgi. In eccleſia ſuburbii Altenburg 1592 M. Chriſtianus *Dobeler*, 1600. M. Clemens *Kretzſchmar*, 1613. Georgius *Dilger*, 1636. Valentinus *Niedner*, 1637. Io. *Wolff*.

Rectores. Scholae rectores M. *Bernhardus Herold* 1611. mortuus, M. *Sebaſtian Crellius*, 1617. M. *Val. Heuſtreu*, 1647. M. *Georgius Moebius*, praeter alia ſcripta manuſcriptum chronici Merſeburgenſis reliquit.

Conrectores Conrectores M. *Andr. Keſſelius*, 1602. *M. Adam. Hoerſchelius*, 1607. M.

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1650.

M. *Coeleſtinus Stockmann*, 1610. M. *Elias Opitius*, 1611. M. *Val. Heuſtreu*, 1617. M. *Io. Bozanius*, 1622. M. *Chriſtoph Rohrborn*, 1626. M. *Petr. Schütz*, 1639. M. *Georg. Hertzberger*, 1646. Andr. Roſt. Cantores *Io. Cares*, 1600. *Chriſtoph Heyne*, 1617. *Chriſtoph Streube*, 1639. *Georg. Metz.* Baccalaurei *Simon Krauſſe*, 1591. *Io. Lindener*, 1593. *Georg. Müller*, 1595. *Wilh. Senff*, 1596. *Balth. Schnidel*, 1599. M. *Ad. Herſchel*, 1602. *Georg. Timpler*, 1605. M. *Coel Sockmann*, 1607. M. *Mart. Heffmann*, 1612. *Ionas Hertzberger*, 1612. *Io. Miliſch*, 1615. *Io. Stolbergk*, 1618. *Dan. Kempff*, *Val. Niedner*, 1626. *Paulus Trierling*, 1636. *Gall. Schoeniger*, 1641. *Mich. Seidel*, 1646. *Chriſtoph Groenitz*, 1648. *Pet. Nigetrich.* Collaboratores ac uicarii anno 1600. Georg. *Muſculus*, Martinus *Thilo*, 1606. Thomas *Liebmann*, 1607. Ionas *Dietzſcher*, Nic. *Krumbholtz*, 1612. Chriſtoph *Faber*, Matth. *Arnold*, 1613. Marcus *Zeiſing*, 1615. Andr. *Herfforth*, 1617. Georg *Duben*, 1618. Georg. *Reiſch*, 1624. Mart. *Voccius*, Vrbanus *Voigt*, 1625. Paul. *Deuerling*, 1626. Georg. *Ritter*, Frid. *Saltzmann*, 1630. Frid. *Hahn*, 1643. Ad. *Dreſe*.

Cantores. *Baccalaurei.* *Vicarii.*

§. LV. Sub IOHANNIS GEORGII adminiſtratione etiam *ritus ordinationis* in epiſcopatu denuo introductus. Nam Georgius, princeps Anhaldinus, coadiutor, hunc ritum Merſeburgi iam antea inſtituerat, qui ſub Michaele epiſcopo Lipſiam translatus. Idem IOHANNES GEORGIVS, quum anno 1603. iuramentum clientelae eidem praeſtaretur, *ſenatui* ac *ciuibus Merſeburgenſibus priuilegia* confirmauit, ab *Auguſto adminiſtratore* anno 1545. ac

Ritus ordinationis Merſeburgi introductus.

Priuilegiorum Merſeburgenſium confirmatio.

CAP. XLVII. IOH. GEO. 1656. ac *epiſcopo Iohanne* 1444. conceſſa. Huc referuntur *ſtatuta Merſeburgenſia*, *ordinatio aedilium*, ac aliae. Scholae Rectoris ac conrectoris *ſalaria* auxit, ſuppeditando iisdem quotannis *lignorum penſum*. Anno 1605. *uiuarium* exſtrui curauit, in quod ferae immiſſae. *Gymnaſio* 65. ſexagenas lignorum ſuppeditauit, aliaque plura ad pias cauſas donauit.

Rectoris ac conrectoris ſalaria aucta. *Viuarium.*

Iohannis Georgii ducis coniuges, §. LVI. In coniugio *duas uxores* habuit. Prima dicta *Eliſabetha*, *Friderici ducis Wurtenbergici* filia, anno 1606. ſine liberis mortua. Altera *Magdalena Sibylla*, *Alberti Friderici marchionis ac ducis Poruſſiae* filia, cum qua quatuor

quatuor filii, filios ſuſcepit, IOHANNES GEORGIVS II. natus die 31. Maii 1613. AVGVSTVS, Magdeburgici epiſcopatus poſtulatus adminiſtrator, natus die 13. Aug. 1614. CHRISTIANVS, epiſcopatus Merſeburgenſis poſtulatus adminiſtrator. MAVRITIVS, epiſcopatus Numburgenſis poſtulatus

teſtamentum, adminiſtrator, natus die 28. Martii 1619. *Teſtamentum*, quod exhibet Stryckius, admodum memorabile, in eo enim *quatuor filiis omnem*

diſtributio ditionum, *ditionem* reliquit. Inprimis CHRISTIANO tertio genito *Luſatiam inferiorem*, *epiſcopatum Merſeburgenſem*, *praefecturas Finſterwalde*, *Bitterfeld*, *Doelitzſch*, *Zorbich* reliquit. Adhuc uiuus CHRISTIANO epiſcopatus adminiſtrationem, in quem in euentum a canonicis poſtu-

mors 1656. latus erat, gerere permiſit, anno 1656. die octaua Octobris, anno aetatis ſeptuageſimo primo Dreſdae *e uita diſcedens*, ſolenni pompa Freybergae *ſepultus*, in domino quieſcit. Anno ſequenti 1657. die quarto Februarii *Merſe-*

exequiae 1657. *burgi electoris exequiae* pompa funebri celebratae


XLVIIII CHRISTIA
NUS.I. DUX
SAXO NIÆ.
pag. 559.
XLIX CHRISTIA
NUS.II. DUX
SAXO NIÆ
pag. 573.
L.CHRISTIANUS
MAURITI, SAX.DUX.
pag. 576.
LI.MAURITIUS
WIL HELMUS
SAX
DUX.
pag. 577.

Digitized by Google

tae. Homines in gymnaſio congregati, ex eo exeuntes ad cathedrale templum, ubi oratio funebris habebatur, procedebant. CAP. XLVIII. CHRIST. I. 1650.

CAP. XLVIII.

CHRISTIANVS I.

DVX SAXONIAE,

POSTVLATVS ADMINISTRATOR QVADRAGESIMVS OCTAVVS EPISC. ADMINISTRATOR.

ab anno 1650. ad annum 1691. XLVIII.

CHRISTIANVS I. SAXONIAE DVX, *Iohannis Georgii I.* electoris filius tertio genitus, anno 1615. die 27. Octobris *Dreſdae* natus, a canonicis in *euentum poſtulatus adminiſtrator*, epiſcopatum Merſeburgenſem ex *patris electoris permiſſione* anno 1650. adminiſtrare coepit; *ſolennis* tamen Merſeburgi *ingreſſus* ac in epiſcopatum *introductio* demum anno 1653. die 30. Septembris facta. Commiſſarii electorales, qui CHRISTIANVM I. in epiſcopatum introduxerunt, erant *D. Benedictus Carpzouius*, electori a conſiliis intimis et *Iohannes Georgius de Ponickau*, electoralis appellationum conſiliarius ac *capitaneus Wurzenſis*. *Ingreſſus ceremoniae hae*: CHRISTIANVM DVCEM equitantem, pediſſequis ſtipatum, tubicines praecedunt, *coniux* cum *filia Magdalena Sibylla*, eſſedo uehitur, comitatu ducali ſecuto. *Senatus Merſeburgenſis, adapertis capitibus* cis pontem noui fori *ſtans*, SERENISSIMVM DVCEM ſubmiſſe excipit, qui ciues armatos, ab utraque parte col-

Chriſtianus I. Saxoniae dux poſtulatus adminiſtrator 1650.

Solennis ingreſſus Merſeburgi 1653

Commiſſarii electorales introducentes.

Ceremoniae in ingreſſu obſeruatae.

a ſenatu,

CAP. XLVIII. CHRISTI.I. 1659.

gymnaſii collegis,

locatos tranſit. Ex angularibus domibus plateae, quae dicitur *Burgſtraſſe*, tibicines tubis canunt. In *capella martis* ducem perequitantem gymnaſii rector, *Georgius Moebius* cum *collegis, ſcholaribus ſymphoniacis* concentum inſtituentibus, animi et officiorum ſubmiſſione accipiunt.

canonicis gratulantibus.

In *aula principis* ad *cochlidiam* ſtantes canonici, capitibus denudati, *ducem* ex equo deſcendentem *cum dilectiſſima coniuge* ſubmiſſe excipiunt.

Io. Albert. de Stierling oratio.

Quodam ex iisdem principi aduenienti gratulante, *Ioannes Albertus de Stierling*, aulae magiſter, poſt marſchallus, oratione habita, ducis clementiam promittit. *Duce coenante*, canonici ac ordo equeſtris ſeruiunt, ciuibus ante aulam bombardas explodentibus et excubias agentibus, uſque dum ſatellites comparati.

Chriſtianus introducitur d. 2. Octobris.

Die 2. Octobris per *electorales commiſſarios*, finito ſermone ſolenni, in cathedrali templo a *Georgio Berlichio*, theologiae doctore habito, SERENISSIMVS DVX introducebatur, in quem finem *ſtatus prouinciales* conuocati. In *aulae atrio maiori D. Carpzouius, electori* a conſiliis intimis, panegyri habita, *electoris nomine ſtatibus* iniungebat, ut

clientelae iuramentum eidem praeſtatur,

CHRISTIANO *clientelae iuramentum praeſtarent.* Quo praeſtito, ſtatus ad epulas inuitabantur. *Hoc iuramentum* a *ſtatibus* in dicto atrio et ab *omnibus ciuibus et ruſticis* in aulae area congregatis,

quod 1659. d. 10. Mart. repetitum.

electore mortuo, anno 1659. die decima Martii *denuo praeſtitum*, CHRISTIANO a canonicis pleno iure *adminiſtratore poſtulato.*

Chriſtianus I. ipſe partes audit,

§. II. Praeclare *rempublicam adminiſtrauit* princeps optimus, *ſuum cuique tribuendo. Ipſe* enim ſaepius *cancellariam intrans, partes contro-*

CAP. XLVIII CHRIST. I. 1654.

trouertentes audiuit, ac ſecundum aequum res decidendas iuſſit. Hunc in finem *ſalutares leges* promulgatae, inter quas notanda *ordinatio mercenariorum ac opificum* de die 24. Maii 1651. *ordinatio molarum* de die 29. Aprilis 1653. *mandatum de die 5. Februarii 1665* ut tempore ieiunii quadrageſimalis petulantia cuiuſcunque generis uitaretur, in cauponis fidicines fiſtulis non canerent, aliud *mandatum de die 26. Febr. d. a.* quo prohibitum, ne die dominica nundinae inſtituantur, *mandatum mendicorum*, de die 17. Septembr. 1665. ne mendici ſtipem oſtiatim colligant, ſed ut eleemoſyna, a ciuibus collecta, in curia inter pauperes diſtribuatur, *ordinatio*, quâ quilibet ciuis inſtruitur, quid ei, exorto incendio, faciendum incumbat de die 17. Februarii 1662. hinc etiam anno ſequenti 1663. *edictum publicatum*, quo Merſeburgenſes iuſſi, ut horrea extra urbis portas exſtruerent. Diuerſi quoque *conuentus* habiti, quibus ſtatus conuocati, ut de epiſcopatus commodo deliberarent, inter quos ille notandus, qui die ſexto Aprilis 1663. et menſe decembri 1666. celebrati.

Eius ordinationes ac mandata diuerſi argumenti.

Conuentus Merſeburgi habiti.

§. III. Praecipue CHRISTIANVS omnibus animi uiribus in id incubuit, ut *cultus diuinus chriſtiane inſtituatur* atque augeatur. Hunc in finem frequentes *uiſitationes* per omnes epiſcopatus eccleſias inſtitutae. Inter has notanda, *quae menſe decembri 1654. habita*, in qua conſtitutum, ut ſingulis diebus dominicis in templo cathedrali ac in parochia *S. Maximi*, in ſuburbiis *noui fori* et *Altenburgi* ante et poſt me-

Viſitatio eccleſiarum 1654.

Cultus diuinus diebus dominicis et profeſtis.

CAP. XLVIII. CHRISTI. 1666. meridiem ſermones ad populum habeantur. *Die martis ac iouis* in parochia *S. Maximi, die mercurii* in *templo cathedrali* conciones, ſingulis diebus uero in *utraque aede* hora ſecunda pomeridiana *preces publicae* habeantur. A feſto Michaelis ad feſtum pentecoſte ſingulis diebus iouis in *templis noui fori et Altenburgi* conciones, in *templo noui fori* diebus lunae ac ueneris, et in *templo Altenburgi* diebus martis ac ueneris *preces publicae* habendae. Anno 1666. in *gymnaſio Merſeburgenſi uiſitatio* inſtituta, qua nouae *leges ſcholaſticae* promulgatae. Anno 1653. Chriſtianus adminiſtrator ordinauit, ut *circulares conciones*, antea *die lunae* haberi ſolitae, ac per aliquod tempus intermiſſae *die mercurii* haberentur. Idem etiam *dies poenitentiales* ſolennes ſingulis menſibus inſtituit, inter quos prae caeteris eminent, qui die 18. Februarii 1664. tempore belli Turcici et die 24. Auguſti 1665. celebrati. Eodem hoc anno die 25. decembris inſtitutum, ut in *templo cathedrali oblationes per ſacculum ſonantem fiant.*

Viſitatio gymnaſii 1666.

Conciones circulares 1653

Dies poenitentiales.

Oblationes per ſacculum ſonantem.

§. IIII. In primis *iudicii eccleſiaſtici*, uulgo *conſiſtorii* dicti, mentio iniicienda, quod anno 1666. die ſeptimo Iunii inſtitutum. Antea enim *iudicium hoc* a *capituli canonicis* dependebat, hoc uero anno principi CHRISTIANO a canonicis traditum, quo tradito, hac ſolennitate ac ceremoniis introductum. *Omnes epiſcopatus paſtores et gymnaſii collegae* conuocati ex *ſuperintendentis* domo ad *templum cathedrale* procedebant, inde, concione habita, in *aulae atrium maius* ducebantur. CHRISTIANO DVCE, tri-

Conſiſtorium Merſeburgenſe a canonicis Chriſtiano traditur,

Introductio noui conſiſtorii 1666.

tribus eius filiis, conſiliariis ac *aulicis praeſentibus, D. Marci cancellarius*, panegyri finita, *conſiſtoriales praeſentabat*, paſtoribus ac collegis gymnaſii indicens, ut CHRISTIANI *iuſſu*, *conſiſtorio* ſint ſubiecti. *S. Maximi paſtore ac ſeniore*, nomine omnium reſpondente ac obſequium promittente, omnes parochi ac collegae CHRISTIANO duci *ſtipulata manu* obſequii fidem ſancte pollicebantur. Dein *Georgius Heinricus de Luckewin* duci a conſiliis intimis ac conſiſtorii praeſes, oratione habita, hoc inſtitutum commendabat. *Actu finito*, paſtores ad *epulas inuitabantur*. Cum etiam per aliquod tempus *uiduarum fiſcus paſtoralis* in uſu eſſe deſierat, cura CHRISTIANI anno 1664. idem reſtauratus, *D. Georgio Berlichio*, ſuperintendente in conſilium adhibito.

CAP. XLVIII. CHRIST. I. 1675 *Marci cancellarii et*

Georg. Henr. de Luckewin orationes.

Viduarum fiſcus 1664.

§. V. Diuerſa quoque ſub CHRISTIANO *administratore ſolennia feſta* celebrata. De anno 1655. die 25. Februarii notum *iubilaeum*, quod *ob ſancitam religioſam pacem ſtabilitam* habitum. Idem factum, cum anno 1665. die 15. Octobris ob *pacem inter Turcarum et Romanum imperatores* initam *ſupplicatio* inſtituta. Inprimis *iubilaeum* notandum, quod anno 1675. ante feſtum natiuitatis in *memoriam gymnaſii, ante ſaeculum ab Auguſto adminiſtratore fundati ac reſtaurati*, ſolenniter his ceremoniis celebratum. Omnium campanarum pulſatarum ſonitu durante, *gymnaſii collegae cum ſuis ſcholaribus* ex gymnaſio in templum cathedrale procedebant, quos noui fori ac Altenburgi ludimagiſtri, aedituus aliique cum ſuo coetu ſequebantur. *Superintendens ſermonem ad Num.*

Supplicatio 1655.

1665.

Gymnaſii iubilaeum 1675.

ſolennitates,

CAP. XLVIII. CHRIST. I. 1675.

XXI, 17. 18. habebat, quo finito, *quatuor gymnaſii alumni* in lingua hebraica, graeca, latina ac uernacula perorabant. A meridie *Hildebrandus* rector ac *Ilmer* conrector in gymnaſio orationes ſaeculares inſtituebant. *Programma* a dicto *Hildebrando* elaboratum, lectu digniſſimum, quo de *gymnaſii fundatione* ac *urbis origine* ſolide diſſerit.

programma.

In templo cathedrali reſtaurata.

§. VI. Ingentes praeterea ad *aedificia eccleſiaſtica* reſtauranda *ſumtus* CHRISTIANVS impendit. Sic anno 1663. in *templo cathedrali* aliquot *ſubſellia editiora* exſtructa, 1664. die 13. Iunii in dicto templo *mulierum ſubſellia* adornata, *chorus* renouatus, *altaria*, quae luminibus officiebant, deſtructa, effigies columnis infixae, *conclaue*, in quo *adminiſtrator* cum principali familia ſedere ſolet, e fundamento aedificatum, anno 1665. *nouum altare* ante ferreos cancellos poſitum, nouum *baptiſterium* collocatum, anno 1666. die 22. Aprilis *organum muſicum* concione habita dedicatum, nouo *organiſtae* ſalarium praebitum, peculiaris *chorus* in gratiam ſymphoniacorum aulicorum erectus, nouus *concionator aulicus Elias Piſtorius* conſtitutus, ut Chriſtiano peregrinanti praeſens eſſet. *Ornamenta pretioſa eccleſiae* a coniuge dono data, ſcilicet duo *argentea deaurata candelabra*, *argenteus calix*, *duo argentei canthari*, *argentea capſa*, *quatuor ueſtes holoſericae* et *quatuor ſerta argento diſtincta*, quibus pueri induuntur, quando coena ſacra adminiſtratur.

Elias Piſtorius, concionator aulicus.

Eccleſiae ornamenta

ad gazophylacium

§. VII. Eadem munificentia anno 1674. dilectiſſima Chriſtiani I. coniux *gazophylacium S.*

Ma-

Maximi munerauit, ut dictae eccleſiae miniſtris ſalaria praeberentur. In huius turris reparatione anno 1662. *ſciathericum* hac inſcriptione collocatum. *Anno MDCLXII. die XXX. poſt illum igniuomum 23. Auguſti, quo nitidiſſima pars urbis rapidiſſimo conflagrabat incendio, index hic umbraticus admirandum ſolis curſum exacto demonſtrans digito publicae commoditati conſecratus eſt.* In dicto quoque templo anno 1677. *organum muſicum* et anno 1686. *altare* deauratis literis exornatum. Anno 1669. templum ſuburbii *noui fori* reſtauratum. In altero ſuburbii Altenburg templo *S. Viti* anno 1665. die 20. Aprilis *campana* fuſa. *Xenodochium* quoque *S. Mariae* anno 1683. recens extructum, alterum uero *S. Andreae* anno 1690. reſtauratum. In pleriſque itidem pagis *aedificia eccleſiaſtica* reſtaurata. In *Spergau* 1653. *eccleſiae turris*, et anno 1664. in dicto templo *organum muſicum fabrefactum*, qualia etiam extructa anno 1672. in Geuſau, anno 1677. in *Ober-Peina*, anno 1679. in *Veſta*, anno 1689. in *Marck-Ranſtaedt* hac inſcriptione:

CAP. XLVIII. CHRIST.I. 1675. *S. Maximi donata. Sciathericum.* *templum S. Maximi, ſuburbiorum noui fori S. Viti. Xenodochium S. Mariae, S. Andreae. Spergau. Ober-Peina, Veſta, Marck-Ranſtaedt*

Poſt ſextum decimum ſeclum iam uenerat annus
Octogeſimus et nonus decimus quoque nonus
Aprilis, cum Chriſtophorus cognomine Donat
Non ſolum organon hoc renouaſſet, ſed quaque ludi
Rector, cui nomen Chriſtianus Petzſchius, iſte
Coeleſti patri ceciniſſet carmina ſacra,

CAP. XLVIII.

Fac Deus hicce chorus ſemper te carmine laudet!

CHRIST. I. 1665. *Linden-Naundorf, Veſta, Groſſ-Gœbren, Lindenau, Marck Ranſtaedt.*

Anno 1667. in *Linden-Naundorff altare* exſtructum, templa reparata anno 1681. in *Veſta*, 1671. in Meuſchau, 1688. in Geuſau, anno 1690. in *Groſſ-Goebren*, anno 1691. in *Lindenau*, anno 1685. in *Marck Ranſtaedt* hac inſcriptione:

Ecce chorum uoluit donare Georgius Hubſche,
Hoc clatro, uigeat muſicus uſque chorus.
Die 7. Iunii, qui erat primus pentecoſtes, anno 1685.

Aula principis refecta, §. VIII. Quoad *aedificia publica*, haec ſunt fere *potiora*: *Aula* principis a CHRISTIANO admodum refecta, in qua recens *domus uenatoria*, cum inſtrumentis, *uiridarium* cum *topiario*, *taberna macellaria*, *fabrica lignaria* et *ſtadium*, ac anno 1654. uilla exſtructa, eae uero, quae in *Liebenau*, *Schladebach* ac *Zwenckau*, refectae, in *Scheuditz caſtrum* cum *lateraria* recens aedificatum, in quo princeps diuertere ſolebat, cum feras uenaretur. Anno 1664. pons in ſuburbio noui fori, quem Suedi anno 1636. incenderant, Salae impoſitus et *lateraria* in dicto ſuburbio a CHRISTIANO I. in ciuitatis commodum aedificata. Anno ſequenti die 24. Ianuarii *cancellarii D. Stifferii* domus, in nouo foro ſita, in uſum *praetorii* aptata. *Mola*, quae uocatur *Riſche-Muhle*, anno 1665. cura *Caroli de Diſſkau*, hereditarii in *Kreypa*, aedificata, cuius architectus *Michael Muller*, ut inſcriptio habet. Anno 1667. noua *cancellaria* et *conſiſtorialis curia*, anno 1668. *Sixti porta* ſeu *regia* cum *ponte*, anno 1676. *mola olearia*, anno 1679. *mola* in ſuburbio *noui fori*, anno 1681. *pu-*

uillae in Liebenau, Schladebach, Zwenckau, Scheuditz. 1654. pons 1664. praetorium, mola 1665. cancellaria, Sixti porta, mola olearia,

puteus in *area gymnaſii* cum literis C. H. Z. S. anno 1682. *mola* ſic dicta *regia*, anno 1686. *armamentarium*, anno 1691. *caſa piſcatoria* in Gotthardi piſcina extructa.

CAP. XLVIII. CHRIST. I. 1662. *puteus*, *mola regia*, *armamentarium*, *caſa piſcatoria.*

§. VIIII. Cum *fratre electore* GEORGIO II. amicitiam CHRISTIANVS *adminiſtrator* coluit firmiſſimam ac integerrimam, familiariter eo utens, in primis cum GEORGIVS II. *imperatoris noui eligendi* ac *coronandi* cauſa anno 1658. *Francofurtum* peteret, die 8. Martii *Merſeburgi* cum fratre CHRISTIANO collocutus. Etiam in *cauſis arduis* in *conſilium* adhibitus, praecipue anno 1661. in *penaliſmo* abolendo. In *ciues* ſubditos *benignus* ac *clemens* extitit. Nam cum anno 1662. magna urbis *Merſeburgi* pars, *incendio exorto*, flamma conflagraret, non ſolum afflictis opem ferebat, ſed iis etiam *tributa leuabat*.

